c ¶ Sententia. Adde ꝙ Batt. idem tenet in l. si is à quo. §. fin. infrà, vt in pos. lega. ca. per vestras. de don. inter vi. & vxo. Contrariū tenet Ioan. And. in addi. Spec. in tit. de do. post diuor. restit. §. fin. ver. quid si mulier. & ita dicit tenere Marti. de f..opi. Dyn. & Cy. idem tenent Bal. ang. & Ro. hic. Old. in auth. quod locum. C. de col. Benedi. de Plum. in l. seruum dotalem. infrà de manumissi. ad hoc dicit alex. esse tex. à nemine ponderatum in cap. decreuit. de hæret. in 6. vbi mulier scienter cōtrahens matrimonium cū hæretico amittit dotem, de quo vide hic per eum.

d ¶ Sustineo glos. adde inquantum alex. in hac & q. dicit quòd opin. Barto non videtur vera, quòd illam tanquam veram secutus est Roma. consilio 462. vbi dicit, quod hoc in lec. Barto. improbauit, & cum filius & pater obligati sunt insolidum ad restitutionem dotis, ita quòd ad quemlibet ipsorum præsumitur pro dimidia peruenisse, quod tunc mulier agens contra socerum tenetur insolidum cedere actionem contra maritum, & opin. Bartol. sequitur Pau. de Castro consil. 126. cum quadam modificatione de qua ibi per eum.

plures fratres patruos, vel nepotes, forte simul habitantes, quorũ promissio non est causa generandæ perfidiæ in viro, seu matrimo 35 nio. Et sic intelligo l.fin.C.de dot.cau.si autem † poneres in extraneis prorsus, & tunc inquantum adinuicem videtur fideiubere secundum communem opin. Azo.not.in l.vir vxori.§.fin.ad Vellean.posset dubitari vtrum teneãtur tit.C.ne fideiussores dot.den. 36 quod relinquo sub dubio. ¶ Nonò quæro, † quid si extrane⁹ recepit dotem, & se obligauit, quod fieri potest, vt d.l.fi.C.de do.cau. 37 an eo † vergente ad inopiam habeat locum remedium harum legum? Glo.hic in fi.dicit, ꝙ sic: quia ead.est ratio. ergo, &c. aduerte quia glo.dicit, ꝙ extraneus recepit dotem, &c. & sic non videtur fideiubere. Si autem recepisset, & obligaretur, vt correus, tunc es- 38 set dubium. Tenet ergo ista gl. † quod lex prolata in vno casu extẽdatur ad alium casum habentem eandem rationem. Itẽ tenet Dy. ĩ.de reg.iur.l.quæ propter necessitatem. Contrarium videtur C. de patribus, qui fil.distra.l.2.Dy.in capit.mora.& in c.in argumentum.extra.de reg.iur.libr.vj.tenet istam glo.quãdo lex simpliciter loquitur. Sed si in l.esset verbum taxatiuum, sicut est in dicta l.2.q̃ dicit, hoc tantummodo casu, vel vbi per aliam legem prohiberetur extendi, tunc non extenditur. Istud dictum Dyn.in vtroque casu non videtur bonum. In primo videtur contra authen. quas a actiones,[a] & quod ibi no.C.de sacrosan.eccl.vbi lex simpliciter loquens non extẽditur ad casus eandem rationẽ habentes, vel maiorem, vt ad ciuitates. R̃n. si tenes opin. Pla. ibi notatã, quam tenet 39 Pet. non ob. imo concordat. Sed si tenes † opin. Ioan. quę ibi not. ☞ quæ communiter tenet̃, tũc obstat. Dicendum est ergo, ꝙ ibi tractatur de correctione legis, & ideo non extenditur: quia hoc non mutatur, &c. vt l.præcipimus.in fi. C.de appel. in casu nostro non tractamus de correctione, sed de declaratione, seu distinctiõe. Nã lex quæ simpliciter loquitur, & dicit actionem non dari constante matrimonio intelligitur nisi propter inopiã viri, vt hic: vel extranei qui dotem accepit. per eãd. rationem: & ius facilius distin- 40 guitur † quàm tollatur in totũ, vt dicimus de iure diuino.* quod 41 distinguitur non autem tollatur per humanũ, vt s̃.de const.prin. 42 l.j.in fi.& C.si contra ius, vel vtili.publ.l.fin.& ibi not. † Contra se- b cũdum membrum Dyn.op.[b] quòd etiam vbi esset dictio tantum, vel duntaxat, fieret extensio ad casum habẽtem eand. rationem, vt C.de præd.minorum.l.ob æs, & quod ibi not.& ĩ.de vsucapio. l.serui nomine.& ĩ.de regu.iur.l.contractus.in prin. R̃n. dictio taxatiua impedit legem extendi per hominem. Ita loquitur Dy. sed per aliam l.bene potest extendi, non obstante dictione taxatiua. Ita loquuntur contraria. Contra hoc iterum instatur: & videtur ẽt ꝙ per hominem potest extendi non obstante dictione taxatiua. C.de sacr.san.eccl.l.illud.& quod ibi notatur. Solu. Aliquando dictio taxatiua ponitur in l.quæ permittit aliquid fauorabile, & piũ, tunc potest extendi ad casus similes. Et dictio taxatiua solũ casus dissimilem rationem habentes videtur excludere. Ita loquitur l.illud.cum sua glos. Quandoque ponitur in l.quæ permittit aliquid odiosum: tamen propter aliquam necessitatem toleratur, vt d.l. 2.C.de patrib.qui filios distra.& tunc nõ extenditur ad similes ca- c sus.arg.quia odiosa restringuntur &c. ex his[c] ergo apparet dictum Dy.non esse perfectum. Distingue ergo, cum quæritur vtrum lex extendatur ad casum similem rationem habentẽ: Aut lex est pro 43 lata simpliciter, aut in ea sunt verba taxatiua. primo casu † Aut per extensionem induceretur correctio, & non potest, vt d.auth.quas actiones.& C.de appellatio.l.præcipimus.ad fi. aut inducitur legũ declaratio, siue distinctio & tunc potest fieri, vt hic.& in regula 44 quæ propter necessitatem, vt ibi not. † Aut in ea sunt verba taxatiua, & tunc aut per aliam l.apparet de extensione, & extendimus, vt l.ob æs.& l.serui nomine.& l.ꝯtract⁹. præal. Aut per aliã l.nõ apparet, & tunc aut lex est prolata in casu fauorabili, & extenditur, vt l.illud.C.de sac.san.eccle. Aut in casu odioso, & tunc secus, vt l. ij.C.de pat.qui fil.distr.& quod not.Dyn.in c.in argu.de re iud.lib. 45 vj. † Ex prædictis[d] ergo patet glo. bene dicere in quæstio.propo- d sita: quia ista lex loquit̃ simpliciter, nec est dictio taxatiua: & si esset, loquit̃ in casu fauorabili, & pio, ergo extẽditur ſm p̃dicta: vel possumus dicere si volumus laqueos p̃dictos, effugere, ꝙ idem sit in extraneo qđ in viro, nam hoc non solum fit ex extensione hominis ꝑꝑ identitatẽ rationis: sed in extẽsione legis quæ vult actionem ex stipulatu pro dote pariter eodem modo dari, siue vir, siue alius dotẽ recepit, vt C.de rei vxo.actione.§.& vt plenius. hoc etiã vr̃ exp̃ssum in d.l.vbi: nã ꝯ extraneos possessores ibi dat̃ hypothe- e caria. ¶ Decimo,[e] & vlti. circa hãc partẽ quæro, qđ si maritus, vel 46 socer † vult dare mulieri agẽti fideiusso: an euitabit exactionẽ? gl.in l.vbi, dicit ꝙ non. & idem tenet Cy. in iij. q. & bñ dicit. vt ibi.

Veniamus

Ad ſm, s. ad personam eius qui repetit dotẽ ꝑꝑ inopiã, vel quia male vtitur substãtia sua.

47 ¶ Et primo quæro, & circa hoc, quid in casu vbi est cõis dos patris & filię, an filia possit agere patre inuito? Et de hoc est casus in d.§.illud.in auth.de æqua.do.cõiuncta auth. aut qđ locũ.C.de col. quæ in dote ꝓfectitia distinguit. Aut dos est parua, aut magna: dic vt ibi. Adde alium casum, ꝙ ẽt dos vbi est parua, & pater vxoris est ita pauper, adeò vt si dotẽ perderet nõ posset eã de nouo dotare, tunc filiæ eo inuito permittitur agere, vt in gl.l.ij.§.cæterum.s̃.eo. intelligas quòd in illis casibus in quibus filia põt agere ex forma illius authenticæ, nõ requiritur cõsensus patris, de quo loquitur l.cum non solũ.§.necessitate.& ibi not.in gl.mag.C.de bo. quæ li. f ¶ Secundo quęro, tu dicis ꝙ qñ dos est magna[f] & profectitia, filia põt agere ĩuito patre, qũo ĩtelligat̃ magna, vel parua? R̃nd. ſm 48 † qualitatẽ ꝑsonarũ, vt s̃.de iu.do.l.q̃ro.& l.siue generalis. Ita no. g in d.§.illud.& d.auth.qđ locum. ¶ Tertio[g] quæro qđ † si pater est 49 absens eo casu quo filia nõ põt agere[h] sine cõsensu suo? R̃nd. ꝙ h tunc filia poterit agere, vt s̃.de iud.l.si lõgius.§.j.& ĩ.de iniu.l.sed si vnius.§.filio.& §.sequẽti. qđ tenet Pet.in dicta authẽ.quod locũ. quod intelligo cum cautione rem ratam haberi, vt s̃.eod.l.ij.in fi. 50 ¶ Quarto quæro, quid si filia nõ † vult agere, sed pater ei⁹, vtrũ possit? gl.dicit, ꝙ sic: quia ad patrem pertinet periculum, vt teneatur de nouo dotare eã, vt C.de re.vxo.act.auth.sed quãuis. Aduerte, hoc dictum intelligo si filia sibi consentit, vel causam ꝯdicendi non habet, vt s̃.eod.l.si cum dotem.§.eo autem tempore.& ĩ.e.l. 51 dotẽ. Tunc enim poterit pater agere, † cum vna sit actio numero quæ cõpetit patri & filiæ. Et ita determinatum est s̃.eodem.l.ij. §.item si voluntate. si mulieri cõmittitur actio, vt hic, ergo & patri. Hæc tamen intelligo ꝙ dos exacta nõ perueniat ad manus pa 52 tris, sed oneribus matrimonij deseruiat. Item licèt † aliàs per exactionẽ patris filia amittebat ius consolidationis in ea parte, patre mortuo vel ea emancipata, vt arg. infra eodem.l.si marito.§.si voluntate, & no.ĩ.eod.l.in insulam.in princ.tñ hoc casu filia tale ius non amittit, immo in ea cõsolidatur, & fratribus confert. hoc sa 53 tis innuitur in d.§.illud.& d.auth.quod locũ. ¶ † Quinto quæro i quid[i] si mulier dedit dotem, & stipulata sit sibi reddi quãdocunq; k soluto matrimonio, an ante diem poterit agere? gl.hoc nõ tangit. Videtur ꝙ non: quia huic casui quando agitur[k] constante matrimo

---

ADDITIONES.

a ¶ Auth.quas actiones. Adde quòd illud venit limitandum, nisi per talem extensionem rediretur ad ius commune: quia tunc ex identitate rationis fit extensio tanquã de causa fauorabili, glo.est in c.statutum.in ver.numerandum. de præbend. in 6.no.Anto.in capi. olim tibi.de verbo.signifi.item limita vt in lege 2.C.de indi.vi. item militat, nisi ratio sit scripta in l.correctoria: quia tunc etiam fiet extensio ex identitate rationis, secundum gl.contra tex.in c.1.in versiculo eligitur.de ele.in 6.quod intelligi debet, nisi correctoria non sit pœnalis: quia tunc fit extensio, tex.est in cle.2.in versi.in eiusdem.de ætat.& qua. item intellige verum nisi alia ratio non scripta in l. suaderet extensionem non debere fieri. Ex hoc enim deprehenditur quòd in casu non expresso nõ militat omnino eadem ratio. glos.est in c.constitutio.de elec. in 6.quam ad hoc ponderant Imo.& Gem.alias limitat titulum. Ad ista vide Ant.de Butr.in capitulo 2. in 2.& x.fal.de consu.per Gemi.in capitulo primo, & c.si postquam.de præben.in 6. Fortius dicitur, quòd etiam si ratio nõ sit scripta in l.tamen reddi non possit nisi vnica ratio, tunc etiam fit extensio in correctoriis ad casum non expressum, sicut si ratio scripta esset in l.vt not.glo.& Mode.in l.quamuis.de fideiuss.Bald.in l.maximum vitiũ.C.de li.præte.& in l.fin.& ibi Imol.infrà de hæred.insti.Pau.de Castro in l.si vero.§.de viro.infrà eod. item dum Bartol.dicit, quòd vbi nos sumus in materia correctoria, sed exorbitãti, si tamen est pia & fauorabilis, tunc ex identitate rationis fiet extensio.adde glo.in l.1.C.de his qui ante aper.tab.& in l.miles, de re iud.tex.in l.libertum.§.senatusconsulti.suprà de ritu nupt.item inquantum voluit quòd iura loquentia per dictionem taxatiuam possunt extendi ex aliis iuribus.adde l.3. §.cum Titio infrà.de adi.leg.vbi ipse voluit, quòd si sit statutum, quòd vulnerans aliquẽ puniatur in mille, deinde fiat aliud, quòd vulnerans puniatur tãtum in quingentis, quod omnino erit pœna in mille: quia per dictionem, tantum, non videtur corrigere. De quo dicto vide in leg.1.C.de bon.posses.contra tabu.quam prætor lib.po.& ibi glos.Ioan.de Imo.in l.si vero.§.de viro, infrà eodem, & in capitulo inter alia.de immu.eccles. Et de extensionis materia vide per Cyn.Bartolum & Baldum in l.non dubium.C de legi.per Baldum in leg. prima.C.de interdi. per Sali.in lege secunda.C.de noxa.per Baldum in lege secunda.C.de pat.qui fil. distra.per Gemi.in dicto capitulo primo, per canoni.in cle.1. de elec.per dom.Anton.in dicto capitu. secundo, de consuetu. & per Ioannem Andream in titulo de action.& pet.§.pe.in Addi.quæ incipit, actor, & per eundem in regula, pro possessore.in mercurialibus: per Paulum de Castro consilio trigesimooctauo, & 161.& 336. per Barb.consilio 31.& 4.2.libro, per Petrum de Anchara. consili. nonagesimotertio per Rom.consilio 150.& do.Card.consilio 60. & an in exorbitantibus, per identitatem rationis fiat extensio? vide Rom.cons.285.

b Paris. ¶ Dy.opp. Circa istam materiam, quòd licita sit extensio de similibus ad similia, ẽt in pœnalibus, vide Ias.in §.tripli.in 2.not.Instit.de act.& in §.sequens.in glo.in versicu. ipsius, sed de veritate vide latius eundem in l.eum qui.per totum.ff.de in ius voc.& ad istum articulum, quando ratio est scripta in legibus, vel vnica potest reddi, vide Cor.consi.60.incip.stante statuto ciuitatis.in 1.dub.& pro dubio vide Alexand.in l.peregre.§.1.ff. de acqui.poss.Mod.in auth.quas actiones.C.de sacros.eccl. Item ꝙ liceat fieri extensio de casu ficto ad præsumptum, vide quæ scripsi ad Bar.in l.omnes populi.col.pe.ff.de iusti.& iu. Item adde quod in materia fauorabili fit extensio etiam ad casum qui comprehenditur sub impropria significatione.vide domi.Ias.in l.2.§.prætor ait.ff.de in ius vocand. Item quòd in materia fauorabili exorbitãti fiat extensio de legatis ad hæreditatẽ, probatur in l.conditionibus.ff.de condi.& demonst. Item vide gl.singul.in capitu.statutum.in verbo, numerandum de præbendis, in sexto.scripsi late in auth.quas actiones.C. de sacros.eccl.

c Pom. ¶ Ex his. In ista materia extensionis vide pano.per illum tex.in c.canonica.de sen. excom.Alex.in l.si prius.ff.de ope.no.nun.& consil.92 4.vol.Fel.in c.translato.in fin.de consti.Cæp.cons.33.in fi.& cons.27.cons.24.Bar.Bri.cons.24.in 1.vol.Ale.in l.filiusfamil. §.diui.ff.de leg.1.Imo.cons.63.Alex.in l.1.§.si is qui hæres.ff.ad Trebel.& in l.Marcellus. eod.tit.ad Treb.

d Pomp. ¶ Ex prædictis.in casu vero fauorabili & pio, vide Bal. Nouel.in trac.de dot.in §.parti, vbi late in causa dotis, an sit causa pia.

e ¶ Decimo. Adde quòd idem tenent canonistæ in c.per vestras.Ioan.And.in addi. Spe.in tit.de do.inter vir.& vxor.in addi.incip.vt no.in d.l.vbi.& ista est communis. Ad c.per vestras, potest responderi, quod per remedium illius decretalis non excluditur à beneficio huius l.

f ¶ Dos est magna. Adde quod Bal.in fin.cons.123.1.lib.dicit ꝙ dos mille florenorũ est magna re & effectu.all.ita notasse Accu.in auth.præterea.C.vnde vir & vxor.& vide Bart.in l.admonendi.de iureiur.

g ¶ Poma. ¶ Tertiò. pro intelligentia huius quæstionis, & quis probabit istam dotem magnam vel paruam, vide Alex.cons.66.incip.viso processu, vol.1.pro intellectu l.Titio centum.§.Titio genero.ff.de condition.& demonstrat.

h paris. ¶ potest agere. Vide per Ias.in auth.ꝙ locum.vers.3.prin.not.C.de colla.

i pomp. ¶ Quinto quæro. Vide Ant.de Bo.cons.1.in 3.dub.Imo.cons.100.

k ¶ Agere. Sed quid si sit statutum ꝙ instrumenta guarentigiata habeant executionẽ paratam, an mulier in casu huius l.poterit vti beneficio illius statut: petr.de Anc.cons.118. tenet quòd non.

trimonio, videtur renunciasse, vt s. eodem. l. si cum dotē. in prin. & C. de pac. conuen. l. si cum simi. Contrarium videtur s. de eo quod cert. loc. l. j. & s. pro socio. l. si quis à socio. Dynus dimittit hāc qst. insolutam. Iac. de Are. dicit vxorem non admitti, per iura præall. Cynus in l. vbi. in v. q. tenet contrarium, scilicet, ꝙ mulier admittatur: maxime hac ratione: quia non est vera restitutio, cum adhuc deseruiat oneribus matrimonij. Teneo cum Cyno: quia si mulier ab initio voluisset expresse huic repetitioni renunciare non potuisset, vt iam dixi. s. j. q. prin. q. vj. ne dotis conditio fiat deterior. l. a dedit. s. de pac. do. ergo nec tacite. Prætetea leges [a] in ꝯrium alleg. non vrgent. Nam l. si cum dotē, ſm vnam opi. quæ est vera, tenet ꝙ filia absente, tpe quo pr̄ stipulatur, debet intelli, qđ casus omissus remanet in dispōne iuris cōis, vt l. si extraneꝰ. s. de ꝯdi. ob cau. & ita dotis actio, est ibi in casu omisso cōis patri & filię, aut intelligis, qđ pr̄ in casu omisso videat̄ filiæ solidam actionem cōcessisse, qđ pōt procedere si poneres eam pn̄tem. arg. s. de pac. d. l. inter. §. cum inter, & tūc est specialis fauore dotis tali præsumptio: hoc autem esset cōtra dotē. Iō in hoc intellectu feci dr̄iam inter pn̄tem & abn̄tem, quia ea pn̄te, pōt cadere in pactū, quod pōt porrigi ad futura, ea absente, caderet in simplicem renunciationē, q̄ ad futura non porrigit̄, vt no. C. de pac. l. j. Item nō ob. l. fin. C. de pac, con-
54 uen. Quia fateor, † ꝙ prouisio hoīs tollit prouisionē legis de iure spāli. Quod est verū in eod. casu. vt ibi: sed in diuerso casu secꝰ. sed iste casus inopiæ cōstāte ma. fuit in stiplōne omissus, ergo &c. Qn̄ aūt ꝓuisio hoīs tollat ꝓuisionē leg. dic plene p Cyn. C. de iu.
55 emph. l. 2. in 6. q. ¶ Sextò quæro, quid si † extraneus dedit dotē ꝓ muliere, & pactus est sibi reddi dotē, an in hūc casum inopię agere poterit? Dicit hic gl. & bn̄, ꝙ non, qa in casu soluti matrimonij vr̄ stipulatus. Hic ergo casus inopiæ remanet in iure cōi, & sic mulier agit. Præterea hic fit restō improprie, s. vt mulier se, suosque alat: qđ non posset fieri si extraneo restitueretur, vt gl. dicit, & bn̄. Sed circa hoc insurgit dubiū qualiter consulatur extraneo, nūqd habebit remediū l. in omnib. s. de iud. gl. in l. ij. rn̄. s. eod. vr̄ tenere ꝙ nō: quia actio cōpetēs extraneo, est stricti iuris quo casu nō habet locū cautio dic. l. in omnib. ar. s. de cond. ob cām. l. dedi. Illā
56 gl. ibi in quolibet reprobaui, &c. ¶ Primò in eo † qđ dicit actionē competentem extraneo esse stricti iuris, nō bn̄ dicit, immo est bonæ fidei, vt patet. C. de rei vxo. ac. l. vnica. §. & vt plenius. vbi dat actionem ex stipulatu, siue ipsa mulier dedit dotem, siue extraneus pro ea. Postea in ea. l. §. sed si non ignoramus. dr̄ dictā actionem ex stipulatu, de qua lex dixerat, esse bonæ fidei: qđ ibi vr̄ tenere Petr. Prędicta vīn̄r ēt probari. Instit. de actio. §. fuerat, vbi dicit actionem ex stipulatu esse bonæ fidei. Quod intelligo qn̄q;, & apud quēcūque sit. nec obstat, quod in eo. §. sequit̄, præferri aūt &c. immo facit pro. Nam aduersatiua aūt, vr̄ innuere cōtrarium esse in præcedentib. vt j. de damn. infe. l. hoc amplius. §. de his aūt. in ij. gl. & ibi no. Quicquid ergo in d. §. dixerat, est cōe omnibus quod vero postea sequitur, præferri aūt &c. illud competit mulieri tn̄. & hoc tenere vr̄ alia glo. s. eo. l. de diuisione. Pro hoc facit quod no. doc. C. de priui. dot. l. j. & C. qui pot. in pign. habeā. l. assiduis. in vlt. q. Secū
57 do in eo quod dicit † ꝙ in actionibꝰ stricti iuris nō est locus cau- b tioni, vt d. l. in omnibus, [b] ibi glo. nō firmat: sed in l. dedi. de condi. ob cau. dicit, ꝙ habet locū in actiōe stristi iuris. Idē tenet. j. ex qb. cau. in pos. eat. l. in possessionem, & bene pro hoc. j. de priuil. cred.
58 vbi est casus, & hoc tenent oēs doct. † Cōclude ergo ꝙ extraneo succurritur per remedium d. l. in omnibus. facit ad hoc de precib. Imper. off. l. vniuersali. & qđ ibi no. per Cy. & per eundem. C. vt in
59 pos. leg. l. j. ¶ † Septimò quæro, [c] quid si pr̄ est stipulatꝰ dotē sibi red c di soluto mat. Dico ꝙ ſm opi. gl. positæ in l. si cū dotem. in prin. in casu non expresso vr̄ pater renūciare: ideo hoc casu filia sola ageret: sed illam gl. s. proxi. in v. q. ego tenui, si ponis filiam fuisse præsentē: alias casus omissus remaneret in dispositione iuris communis, & sic est cōis actio patris & filiæ. & erit idē quod dictū est s. in d 4. q. Et prædicta vera intelligo [d] ēt si pater stipulatus sit dotem sibi reddi in omnē casum restituendæ dotis, cum casus inopię non sit casus dotis restituēdę, nisi in vxore, vel in eo qui cū ea habet actionem cōem, vt ex prædictis patet, quod est notandum, & quotidie
60 accidit. ¶ Octauò quæro † pater viri, vel extraneus dotem recepit, & vergit ad inopiā, certū est ꝙ vxor pt̄ agere, vt s. dictū est. Sed nūquid ipse vir suo nomine pōt agere ꝯtra extraneum, vel cōtra patrem, si ponamus eū emancipatū? Vr̄ ꝙ sic: nam patre mortuo exhęredatus hēt actionē vtilem familiæ ercis. vt j. de dot. prælegata. l. 2. §. si tn̄. & no. j. prox. §. in gl. Præterea vr̄ casus j. de cond. & dem. l. Titio centū. §. Titio genero. Pręterea hoc vr̄ sibi permittere regula ḡnalis, quæ est ꝙ vbi est onus matrimonij, ibi debeat esse dos vt s. de iur. dot. l. si is. §. j. In ꝯtrariū vr̄: qa cū ista actio sit inducta cōtra virū, vt hic, cum si. ideo nō vr̄ ei competere, vt j. de leg. j. l. lega
61 ta inutiliter. Br̄ dico, † ꝙ actio ꝑsonalis pro dote, quę cōpetit hoc casu, vel hypothecaria, competit ipsi mulieri, vt hac l. & l. vbi, ergo nō poterit eam intentare vir suo nomine. Pro hoc vr̄ casus j. de leg. 3. l. fideicōmissa. §. interdum. & de leg. j. l. seruo legato. §. si testator. Nec obstat §. Titio: quia illud de æquitate: quia persona viri fuit nominata in legato: aliàs secus. l. cū pater. s. de iur. dot. Fateor tn̄ ꝙ ex regula posita in d. l. si is. §. j. s. de iure dot. resultat quædam conditio ex l. vel officium iudicis competit ipsi filio qui sustinet onera matrimonij, vt dotis actio debeat esse apud eū, quam poterit intentare qn̄que, etiā extra casum inopię, nisi aliquod impedimētū obstet. Pro isto dicto do. gl. notab. j. de dote præle. l. ij. §. si tn̄. e in gl. super verbo, iudicio. ¶ Nono quæro, [e] † vxor decessit extāti
62 bus liberis, dos remāsit apud patrem, pater nūc soluto matrimonio vergit ad inopiam, vtrum filij poterūt agere contra patrē ad dotem per remedium harum legū? Et videtur ꝙ sic: quia priuilegium dotis transit ad filios eiusdem matrimonij. vt l. assiduis. §. exceptis. C. qui potiores in pignore habeātur. & s. eod. l. ēt. in princ. ¶ In ꝯtrarium vr̄ s. de iudicijs. l. lis nulla. & de his reb. potest pater facere quicquid vult, vt C. de bonis maternis. l. j. Ad hoc dico, ꝙ remedia istarum legum non habent locum, quæ tantum succurrūt
63 mulieri constante matrimonio: sed † ea mortua est solutū. Sed si pater male vtitur substātia sua, siquidem est talis abusus qui cadit in prodigalitatem, constituatur ei curator, & de hoc nō est dubiū. Aut non cadit in prodigalitatem, & tūc aut male vtitur dote: forte quia fundū dotalē vendidit, & tunc filij non possunt aliquid dicere: sed patre mortuo poterunt vindicare. vt d. l. j. de bonis maternis, & Authentica. de nupti. §. sed quod sancitum. col. iiij. erubescit enim & c. vt ibi. Sed si dotem alio modo dissipat & subuertit vt cum dos sit in quātitate, & patrimonium suum taliter destruit, vt dos filij non sit salua, puto eis esse consulendum per officiū iudicis, vt suū saluum habeant, vt j. ad Trebellianum. l. Imperator, & C. de sen. passis. l. fi. §. quibus. vbi casus est, hoc etiam optime probatur j. vt legat. nomi. caueatur. l. fi. circa principium, & ibi videtur
64 casus. ¶ Decimo, & vltimo † quęro circa hoc, vxor habēs dotē, & filios, & maritum vergētem ad inopiam, ex excommunicata, vel f bannita, [f] ita ꝙ propter suum delictum non potest agere quin ex ceptione repellatur, filij sui volunt agere tam contra patrem ista actione, quàm hypothecaria contra extraneos possessores bonorum, cū ista actio sit fauore matris, & filiorū, vt ex dote sustētētur, quero vtrū possint nomine eorū, vel nomine matris, vel aliquo alio iure? Non insisto in allegationibus, pro & contra, quæ multę possent fieri: quia questio est dubitabilis. Credo ꝙ filij possent agere contra quoscunq; tanquam coniunctæ personæ nomine matris, nec repellentur exceptione ex persona sua, cum agunt ad eo
65 rum vtilitatē. Hoc patet primo: † quia licèt aliàs coniuncta persona non posset agere contra volūtatem cōiunctæ, vt l. Pomponius. in fi. suprà de procurator. tamen vbi coniuncta persona prosequitur proprium interesse, & agit pro coniuncta, non repellit̄, vt ibi, & l. j. secunda, & tertia. de liberali cā: facit de appellatio. l. non tantum. ¶ Preterea ego video quod pater agit actione de dote nomine suo, & nomine filiæ: quia agit ad suam vtilitatem, & non obstat sibi exceptio ex persona filię, vt suprà eodem. l. ij. §. item si voluntate. etiam si exceptio procedat ex delicto filiæ, vt ibi nota. per Dynum. & probatur in Authentica de nup. §. est quoque.

¶ Preterea procuratori in rem suam ex persona autoris a quo nō habet causam lucratiuam, non opponitur exceptio doli, excommunicationis, vel banni, vt j. de doli exceptione. l. apud Celsum. §. de authoris. cum similibus, & nota. per Dynum in ca. is qui in ius.
66 in pen. quæstio. extra de regul. iur. lib. vj. † Et licèt coniuncta persona non dicatur propriè ꝓcurator, vt infrà iudicat. solui. l. iij. §. j. in fine, improprie tamē dicitur, vt j. de ꝓcurator. l. sed & hę. in princ. & ibi no. Cum ergo hic agant ad suum commodum, & sint quasi procuratores in rem suam, vt l. j. §. in propria. j. qn̄ appellan. sit. Itē non

ADDITIONES.

a ¶ Præterea leges. Et pondera quia consului Mantuæ hodie, quòd si filia non est præsens tempore stipulationis, non quæritur sibi actio. alleg. Bart. hic, & in 7. q. sed Sal. in l. si cū dotem. in prin. suprà. e. tenet cōtra. & mouetur: quia idem operatur tacitum pactū quod operatur expressum. per l. 2. C. de pac. sequitur Ioan. de Imol. in d. l. si cum dotem, allegationem Sal. sed nomen tacet. Lu. Rom. ibi dubitat, ego consului secundum opin. Bar. ex eo quia ista erat quædā donatio, ergo erat opus quòd esset præsens, vel nuncius ad hoc, vel epistola. respon. ad d. l. 2. quod illud pactum tacitum vestiebatur colore iudicij. Vide in d. consi And. Barb.

b ¶ In omnibus. Adde quod l. in omnibus habet locū in contractibus bonæ fidei solū voluit Pau. de Cast. cons. 49.

c Pom. ¶ Septimo quæro. Vide Bar. consi. 4. vol. 2. Imo. cons. 100

d Pomp. ¶ Intelligo. Adde, quòd contra Barto. in fortioribus terminis tenet Pau. de Cast. cons. 226. incip. quæritur. contrariū tamen tenuit Rom. cons. 292. Vide per Imo. in tract. de dote in 3. part. 1. q. 40.

e Paris. ¶ Nono quæro. Vide Fab. in rep. authen. nouissima. in 24. q. in princ. not. 173. C. de inoffi. test.

f ¶ Exbannita. Adde quòd voluit Pet. de An[illegible]. consilio 245. vbi ponit si statutum repellit publicum vsuratium agendo, an similiter repellatur tutor agens nomine filij hæredis vsurarij: & ibi etiā ponit, antecedente excommunicato vel bannito, cessionarius possit agere.

CONCORDIA.

Pro ꝯcordia. Aduerte, ꝙ si creditor vnus habens plures reos debēdi insolidū paciscit̄ cum vno, recipiendo, puta partem debiti, & sic tacite videtur diuidere debitum inter ipsos reos, an istud tacitū pactū ꝓsit absentib? & Bar. vr̄ tenere affirmatiuam in l. si creditores. p illum tex. C. de pac. prout est veritas. ꝯrium all. tenere in hac l. stipulante. in prin. in v. q. secūdi arti. prin. Tu dic, ꝙ nō meret̄ argui de ꝯdōne. nā in hac l. licèt posit filia agere actione de dote, patre absente: eo quia cōis est, tn̄ istud non dr̄ tacitum pactum, sed facultas agenti propter absentiam patris. l. si longius. §. j. ff. de iud. & ita fuit mēs Bar. ibidē. Nec ob. si obiiceretur de illo pacto. de rato & c. quia illud tātum prodest paciscenti, non autem absenti, immo potius posset nocere: & ita in quocunque pacto de rato potest dici.

67 nõ habebãt cãm lucratiuã:qa titulus † dotis ex parte viri, & filio rũ nõ est lucratiuus,vt ĵ.de actionib.& obligatio l.ex promissione, 68 cũ similibus.Ergo eis non obstat exceptio.† Cõclude ergo ꝙ ei⁹ noĩe possunt agere,nec exceptione repellunt. Cõsulo tñ ꝙ in libello dicãt se agere ad eorũ vtilitatẽ.Itẽ dico,ꝙ possunt suo pro prio noĩe,saltẽ vtilibus actionib.q̃ mulieri cõpetebant directo:& hoc probo,video enĩ ꝙ qñ ius dat alicui actionẽ ad meã vtilitatẽ illo impedito agere mihi cõpetit actio vtilis:vt l. .& ij.š.de instit. Sed hic cũ actio det̃ mulieri ad vtilitatẽ filiorum,ergo,&c.Preterea,video,ꝙ si testator legat alteri ad meã vtilitatẽ,mihi cõpetit actio,vt ĵ.de leg.j.seruo legato.§.si testator.de le.3.l.fideicõmissa. §.interdũ.& de lib.le.l.nõ solũ.§.j.cũ si.Sic ergo ĩ iure quo prouidet vxori pro se,& filiis vxori impedite,saltẽ filij agẽt.¶Præterea 69 pro hoc bñ facit š.de iudic.l.filógius.§.j.cum sua materia,† iõ de lictum parẽtũ nõ nocet filiis in iis,q̃ p ipsos filios patribus nõ ac quiruntur,vt l.diui fratres.ĵ.de iur.pat.& š.de sena.l.emãcipatũ,& p Dy.in c.nõ debet aliq̃s.ex.de regu.iu.lib.6.Sic in ꝓposito filii cũ agãt ad eorũ ꝓpriã sustẽtationẽ,& non matris,possent etiã isti filij habere tertiũ remediũ,s.ꝙ per officiũ iudicis peterent dotẽ se questrari,ar.š.e.l.si cũ dotẽ.§.si autẽ in sæuissimo.quncto §.si vero dotẽ.Si opponis mihi,qñ poterũt agere ꝯ patrẽ:cũ non sit d h casibus q ponunt in l.lis nulla.de iudic.& si non possunt agere ꝯ patrẽ,ergo nec ꝯ alios exñeos possessores,cũ debeat fieri discussio bonorũ pr̃is,vt ĵ.dicã.Rñ.imo ẽ de casib.cũ hic casus ptineat ad alimenta,p quib.põt esse lis,vt l.si qs à liberis.ĵ.de alẽ.& agno. lj.& sic seru⁹ et̃ p relicto in casu alimentorũ põt agere ꝯ dñm suũ ꝙ aliàs nõ posset,vt ĵ.de leg.i.l.seruo alieno.§.j.cum similib.Prædi cta vera si filij sunt maiores si vero essent minores ꝯstituerẽt cura tor liti,vt no.in d.l.si longius.§.j.& prædicta tene mente.

70 **Venio** Ad tertiũ.s.ad modũ repetẽdi.Primò ergo q̃ro,qua actione† aget mulier ad illã dotẽ?Rñ.aut mulier dedit in dotẽ res q̃ põdere.numero,vel mensura ptinentur, & tunc mulier poterit agere actione psonali d dote,vt hic,ibi,dotis exactionẽ,&c.de manumissio.l.seruũ dotalem.de dote p̃leg.l.pr̃.&ibi no.Itẽ poterit agere hypothecaria,vt C.e.l.vbi,& h.d.secũda.glo. huius l.Probat̃ p rõnẽ:eo tpe defert̃ hypothecaria quo psonalis, vt š.de distrac.pign.l.cum soluẽdæ,& quib.modis pign⁹,vel hypo theca soluat̃.l.soluit.§.si pasciscatur.Sed hic defert̃ psonalis, ergo &c.Itẽ si ponis res emptas ex dotali pecunia,vel dotẽ esse datã in rebus æstimatis,tali æstimatione q̃ facit emptionem,eo casu quo vir nõ esset soluẽdo,satis puto mulierem habere vtilẽ in rẽ q̃ ibi cõpetit sol.mat.Probatur in l.vbi.& in l.in rebus.in prin.§.fin.C.de 71 iu.do.facit š.de do.inter vi.& vxo.l.vxor marito.Si † vero mulier dedit marito in dotẽ res inæstimatas,tunc si qdẽ vir ipsas res dotales dissipat,hẽt locũ remediũ sequestrationis,vt š.eo.l.si cũ dotẽ.Si vero substãtia sua male vtitur,tũc credo ꝙ poterit vindicare ab exñeo possessore,& à viro sicut posset ab exñeo possessore,vt d.l.vbi,& in l.rebus.licẽt glo.in hoc dubitauerit.C.de rei vin.l.doce.Quidã tñ dixerũt,ꝙ sola hypothecaria sibi cõpetit,qd est fal- a sum.vt no.Cy.in d.l.vbi.in xj.q.¶ Secundò quæro, vtrum † cum 72 vult agere actione hypothecaria ꝯ exñeos,debeat prius p̃cedere excussio in bonis viri?Gl.in l.vbi.dicit,ꝙ sic.Idẽ Cy.ibi xj.q.Idẽ tenet Spe.in tit.de do.post diuor.rest.§.fin.versic.sed quo iure.qd b credo verũ,b licẽt qdã ꝯ.¶ † Tertiò q̃ro ad quas res poterit mu- 73 lier agere hypothecaria?Rñ.Aut q̃rit de reb⁹ im.mobilibus q̃ sũt c ꝓprie viri,& tũc non est dubiũ ꝙ poterit agere ꝯ virũ,& ꝯtra exd neos,vt d.l.vbi.Aut nõ erãt ꝓprie viri,sed emphyteuticariæ vl̃ feudatariæ,& tunc idẽ donec ius viri durat:aliàs secus,vt š.de pig. l.lex vectigali.Si vero quæritur de rebus mobilibus, tunc aut sũt merces,& res cãmerciandi habitæ,& res aut habet eas maritus,& põt agere Aut iã sunt venditæ,& nõ põt agere,vt š.de pign.l.cum e tabernam.in prin.Sed si non sunt merces tunc poterit agere,per f d.l.vbi.cum non reperiatur prohibitum.¶ Quarto, pone,† ꝙ mi 74 nor accepit vxorem & dotem, nunquid erunt bona eius tacite obligata,ita quòd vxor posset causa inopiæ mariti agere hypothecaria?Videtur ꝙ nõ:qa prohibentur res minoris obligari,vt l.j.de rebus eorum,& C.de admin.tut.l.lex q̃ tutores.cum si.Econtra videt̃ quòd sic:quia lex permittit eis facere mr̃ium,vt Instit.de nup. in prin.ergo & accessoria.s.dotem recipere.arg.l.mutus.in prin.š. de iur.dot.Ista quæstio formatur in glo.C.de legi.tut.l.fin.& ibi se nõ firmat.Cyn.ibi tenet ꝙ obliget̃:qa est obligatio legalis,& hoc per rõnẽ p̃dictã,& per l.2.& 3.ĵ.de reb.eorũ. Alibi gl.in simili q.s. 75 vtrũ † inuecta & illata p minorẽ sint tacite obligata,dicit ꝙ nõ,vt no.š.de pac.l.itẽ,quia.et̃ sequitur Dy.Instit.de act.§.item Seruiana. Guil.de Cu.in d.l.Itẽ,quia dicit sic,Aut lex inducit obligationem aut hypothecam rerum,p̃cedente cõtractu,nullo alio subsecuto, & tunc bona minoris possunt tacite obligari,vt d.l.fin.de leg.tuto.&l.2.&3.de reb.eorum.Aut requirit̃ ꝙ subsequatur illud factum,& tunc secus.Ita loquitur glo.in d.l.item quia.Nã ex solo ꝯtractu bona tacite non obligãtur,nisi sequatur inductio,vt l.si nõ inducta.C.in quibus cau.pign.taci.contrahi.quæ verba recitantur g p Cy.C.loca.l.certi iuris.in 5.q. In casu ergo nostro erant tacite bona obligata,cũ aliud factum nõ requiratur.licẽt ista verba sint 76 pulchra & subtilia:tñ nõ videntur vera.Nam † statim cũ vir recepit dotẽ ipso iure videt̃ donatio ꝓpter nuptias cõstituta,vt C.de dot.añ nup.auth.dos data,sm opinionẽ Azo.ibi not.quam sequitur Cy.& Ia.de Are.Ecce ergo si minor accepit dotem,erit ne statim facta donatio propter nupt.æqualis?Certe non,nisi interueniẽte tutore & decreto.d.l.lex q̃ tutores.in prin.& de prædi.mi.l. 77 prædia.Præterea,quid plura?† sicut ex parte viri ꝯtrahitur tacite hypotheca pro dote restituenda,ita ex parte vxoris pro dote dãda,vt l.j.§.& vt plenius.C.de rei vxo.act. Sed pone,ꝙ vxor minori promittit dotẽ,erunt ne bona eius tacite obligata?Certe nõ sine decreto,vt š.de iu.do.l.Titia.& ibi not.& C.si aduer.do. l.j.Apparet ergo verba Gui.nõ eẽ vera:tñ fateor ꝙ si minori tradãtur res æstimatæ in dotẽ,vel ex dote comparatæ,tunc res cũ sua obl'one trãsirẽt,vt d.l.ij.&.iij.de rebus eorũ.nõ aũt res quæ primo minori essent quæsitæ.ad l.mutus,dicas ꝙ põt recipere dotẽ dum tñ reci 78 piat nõ legitimo.Præterea hoc alia rõne ꝓbat̃,mulier † eo ipso ꝙ nubit,vr̃ dare oĩa bona sua in dotẽ tacite,licẽt nihil dicatur,vt no.š.de iur.do.l.mulier bona.Ita tenet Iac.de Aret.indistinctẽ.sed Mart.de Fano.(alias Vber.de Bobio) tenet cũ distinctione,s.put dignitates & facultates viri patiuntur.l.q̃ro.š.de iure do.Ista ergo tacita dotis datio, quæ nullũ factũ requirit per minorẽ in rebus immobilib.põt sine decreto.Certe non, per iura præal. Consulo 79 † ergo,ꝙ ille,qui dat dotẽ minori,obl'onẽ bonorũ expressam recipiat cũ iurõ, per auth.sacramenta puberum. C.si aduers.vend. 80 Quinto quæro,quid in fructib⁹ anni eius,quo dos repetit̃† vtrũ diuiduntur secundum formam l.diuisione.š.eod.Et vr̃ ꝙ sic.dic.l. vbi.Nã dat̃ actio,sicut mr̃io soluto. Credo ꝙ oẽs fructus extãtes q̃ debẽt ꝯuerti in onera mr̃imonij, debẽt reddi mulieri nõ ꝯsumpti,nec debet fieri p̃dicta diuisio. Hoc. ꝓbo & ex idẽtitate rõnis q̃ insurgit ex finali effectu repetitionis.Nam sicut repetit̃ dos vt sit penes vxorẽ,vt ea vtat̃,vt dñs re sua, sic sibi fiet restõ fructuum,q̃ spectãt ad eam,& qbus põt vti vt re sua,sicut apparet ex diuisione p̃dicto mõ facta.Ita in casu nostro cũ dos restituatur,vt mulier in casu mr̃imonij expẽdat,dico oẽs fructus, qui in cã mr̃imonij sũt 81 expendendi deberi restitui mulieri eadẽ rõne.¶ † Sexto quæro, vtrum in hoc iudicio requirat̃ libellus, lit.cõt.& plenaria cognitio,sicut ĩ aliis?Videt̃ ꝙ sic,vt in auth.offerat̃.C.de litis conte.& l. iudices.C.de iud.In ꝯriũ:quia cũ hic vertet̃ quasi cã alimentorũ, adhibet̃ summaria cognitio.vt ĵ.de libe.agno.l. si quis liberis.§.si 82 vel parẽs.Pro hoc in cle.de iu.c.dispẽdiosã. vbi † in mr̃imoniis, & ea quoquomodo tãgentib. p̃cedit̃ summariè & sine strepitu, & figura iudicij,qd ẽ sine libello & aliis,vt ĩ cle.s.e pe.d ver.sig. Et hoc vr̃ sensisse Roff.glossator antiquus.š.eo.l.j. super verbo,cã.in fin.Sed Dy.hoc ibi reprobat. Quid dicemus. Dic fm qd dixi.š.qñ illa cã agitur ꝯ extraneos,& facit plenum præiudiciũ:quãdo ꝯ virum in eo qd queritur vtrum dos sit data,& quanta,facit plenum præiudicium in alio:& vtrum si vergat ad inopiã,vel male vtatur 83 substantia sua,facit semiplene præiudicium.vt dixi.Quãdo † ergo aliqd versatur pleni p̃iudicij dicas p libellũ & litis ꝯtestationẽ requiri,

ADDITIONES.

a Pom.¶ Secundo quæro.Vide Barb.cons.29.vol.1.

b ¶ Credo verum.Adde Rom.cons.188.tenet idem.& cons.quod alleg. dominus Alex.est 430.& idem Rom.cons.391.dicit not.quòd illud ꝙ dicitur,aduersus extraneos bonorum possessores,creditorem hypothecariam non posse dirigere, nisi præcedat excussio corum,qui sunt obligati:procedit nisi agatur cõtra illum qui vous est ex reis principaliter obligatus quando tunc non est necessaria excussio bonorum per glo.quam dicit sing. š.qui bo.l.mulier.& ibi illam summe nor.Bar.& Bal.videtur firmare in auth.sed hodie. C.de act.& oblig.Item dicit prædictam regulam procedere,nisi eorum bona hyp. cantes cons[illegible] precario nomine creditori possideret: quia tunc si ir[illegible] per tertium possessio bonorum debitoris ac iusta creditori excussione non [illegible] in l.vlt.C.de acq.poss.vt singulariter ibi dicit firmare Ia.Butta post lentes conductione ex l.vlt.C.de acq.poss.vt singulariter ibi dicit firmare Ia.Butta post lentes & Bal.quod in l.1.C.de iis quæ in frau.cre.&.in l.ex iis.de acq.pos.

c Pom ¶ Tertio quæro.Adde vltra doc hic quòd [illegible] est,quia in feudo non cadit hypotheca,& est tex.in c.j.in prin.de prohi.feu.alie.per Fed.gl.& bal.in l.lex vect. glo. de pig.bald.in l.2.C.cõia de leg.& in c.j.§.aut si liuellario quio.mod. feu.amit.Ioan.Fab.& Mo.l.in §.item seruiana.inst.de act.Ant.cons.124 4.vol.

d ¶ Emphyteuticariæ.Vide per bal.cons.332.2.lib.& pulchre cons.137.& 256.3.lib.de feudo autẽ bal.cons.382 1.lib.dicit ꝙ mulier põt habere regressum pro grandinentis & non aliter.& cons.l.13. sicut feudum posse dari in dotem quamdiu durat penes mulierem.Et idem voluit Rom.cons.437.per vasallum autem in dotem dari non potest,vt voluit dominus Card.cons.64.

e ¶ Merces.Adde ꝙ hoc parte mulier possit agere ad merces venales. facit illa decisio magis cõs,ꝙ in obligatione gñli non veniant merces venales.cũ gñaliter facta est dispositio de rebus secundum bal.in l.generali.§.vxor.ĵ.de vsufr.leg.& tenet bal.in d.l.cũ tabernam.in repertorio antiquo.vbi refert bar.ita tenere in d.§.vxo.& adde sicut quis esset venditur⁹.cõ mõ & obligatur⁹ hic sequitur Alc.colũ.nas.quia in generali obligatione venit pecunia & in pecunia sp.d venalis,& iõ non cõprehenditur in legato in quo venalia non cõprehenduntur secundũ bal.in l.u.C.de compen.alleg.tex.no.in l.vxorem.§. leg.natur.de 3.Quod in obligatione generali non veniant merces venales.tenuit bald. consilio 367.1.volumine.incip.verba dicunt.& allegat Iac.de Aretio.in principio. leg.vbi adhuc.

f Pom.¶ Quarto quæro.Vide Rom.cons.280.

g Pom.¶ In vo.idem tenet Ro.in repe.auth.similiter.C.ad l.Fal.

h ¶ Cum iuramento.adde quicquid dicat Alex.xã ꝙ opin.bar. sequitur Pe.de Ancha.cons. 93.bal.cons.92.3.lib.vbi dicit ita etiam tenere Fulg.dominũ suum quia cõstitutio dotis non est legalis & necessaria,sed voluntaria, & attenta ratione legis non potest fieri sine decreto:item alia ratione non potest minor constituere dotem,quia requiritur causæ cognitio,vt inf.à de minor.leg.si ex ca.sa §.in dotis. san suppetant facultates.& an vir sit dignus tanta dote.hæc causa cognitio spectat ad iudicem. ad gloss. in leg.prædia.dicit, quòd allegantes non intelligunt.ibi vide insum. & eandem opin. sequitur ipse bald.de bar.mentionem faciens cons.398. incip.in causa ista.1. libr.restringit tamen dictum bart.nisi par pari nuberet,& malitia suppleret ætatem, vel nisi consensus propinquorum adsuerit. Et ꝙ minor absque decreto non possit constituere dotem,voluit Ro.cons.314. licet contra prædicta faciant quæ voluit idem Rom.cons.280.

regri, fm d.auth. offerat. & hoc tenet Spe. in tit. de do. post diuor. resti. §. fin. ver. sed quō iur. & ibi vide libellū. Probatio aūt in his, q plene piudicāt, requiritur plena, in aliis nō vt iam s̄. dictū est. Accedit ad hoc qd no. Spe. de officio iu. §. fi. ver. qnto dicam⁹. & vers. seq. Credo tñ ꝙ iudex in hac cā: qa fauorabilis, poterit dilationes abbreuiare, & erit fauor ipsius cāe, vt ar. l. ij. de re iud. Et sic voluit intelligere Rog. s̄. e. l. j. & bñ. Ad c. dispēdiosā, rñ. vt ibi no. ¶ Septi 84 mo † qro, quas exceptiones admittit iudex in hoc iudicio. Ad qd dico, ꝙ oēs exceptiones iuridicas ꝯ libellū, & ꝯ psonas, vt qa minor, vel qa agit sine cōsēsu patris, eo casu quo ius sibi nō pmittit, poterūt opponi, vt in auth. qd locū, nec video rōnes repugnantes. Itē si sibi opponat ꝙ ēt ipsa male vtit substantia sua, qd tūc iudex habeat facere: patet ex notatis ī hac l. in iiij. opp. Si vero qritur de exceptionib. tangentib. negotiū principale: ad hoc dotales re- 85 gulas. ¶ † Prima est. Omnis exceptio, quæ ꝯstāte mrio ipso iure minuit dotē hoc casu poterit opponi, & hoc probatur s̄. eo. l. quauis, & l. sequ. vbi vr̄ casus. Ad hoc j̄. tit. j. l. quod dr̄, & s̄. de iur. do. l. si 86 is. §. quod dr̄. ¶ Secūda regula est, † ꝙ omnis exceptio, qua omissa, marito soluto mrio non esset consultum, potest opponi. Hoc patet in exceptione, ne quis cōueniatur nisi inquantū facere pōt, & hoc declaratur in tractatu de effectu repetitiōis. j̄. qōne x. Tertia regula negatiua est talis. Nulla exceptio præcedens ex causa quæ dotē constante mrio non minuit, & qua non opposita marito soluto mrio poterit esse consultū, potest in hoc iudicio oppo 87 ni. Hoc pbatur in l. vbi. in fi. ¶ † Quæro, pone maritū [a] esse pactū de dote lucranda soluto mrio per diuortium liberis extantibus, qd pactū valet. vt j̄. de pac. dot. l. ij. si mulier modo repetit dotem, perinde ac si mriūm esset solutum, vt d. l. vbi. poterit ne opponere vir exceptionem ex illo pacto? Certe non: quia talis causa constante mrio dotem ipso iure minuit, & viro soluto mrio potest esse consultum, vt hic. Hoc etiam induxit ratio huius l. & similiū. Sunt enim inductæ vt mulieri consulatur, & viro non noceat, vt patet ex l. vbi. Sed si mulieri possent opponi exceptiones, quæ alias ipso iure dotē nō minuunt, exceptio mulieri noceret. Item si vir non posset opponere exceptiones, quibus non oppositis soluto mrio sibi nō esset consultū, viro noceret, ꝙ esset ꝯ legis ppositū, quòd nō esse debet. l. scire. §. sufficit. j̄. de excusatio. tut. Facit j̄. de leg. j. l. legata inutiliter. & de cond. & demon. leg. cum tale. §. fal- 88 sam. Ex his ergo rñdetur ad qōnem. † Mulier in casu inopiæ repetit dotē cōsistente in quātitate: vir vult opponere exceptionē compensationis alterius quātitatis sibi debitæ, an poterit? Et certe licèt posset indistincte, si ageret soluto mrio, vt no. C. de rei vx. act. l. j. §. taceat. & s̄. e. l. diuor. §. ob donationes, & l. rei iudicatæ. §. j. suprà eo. tñ in casu pposito, cōpēsatio non poterit opponi: qa cōstante mrio dotem non minuit: & eo soluto, & etiam constante potest viro alio modo esse consultum. Ad quod facit: quia hoc casu dos repetitur, quasi in causa alimentorum, ergo non est opponenda compensatio, vt C. de compensa. l. in ea. Hoc probatur al'r. Ius offerendi debitum qd competit secūdis creditorib. ꝯ primo agentes hypothecaria, cōpetit ēt ꝯ mulierem, soluto matr. vt C. q potio. in pig. haben. l. cū tibi. Sed eo casu, quo agitur cōstāte mrio pp inopiam, ꝯ eam talis exceptio non operat, [b] vt no. Cy. in l. cum tibi: præalle. Ista enim repetitio nō est simplex, sed est limitata fm suum effectum: & ideo cū omnis exceptio nitatur sua equitate, vt s̄. de dol. excep. l. qui æquitate. ꝯ istā non apponunt oēs exceptiones quæ opponūtur sol. mat. qa æquitas hoc nō dictat. ¶ Octauo 89 † quæro nunquid mulier sibi possit cōsulere p viam retētionis? Certe sic, tam ꝯ extraneos hypothecaria agentes, vt d. l. vbi. q etiā ꝯ ipsum virū, si sibi dotē non soluit, & petit vir q vergit ad inopiā 90 vt in c. p vestras. extra de donatio. inter virū & vxorem. ¶ † Nono quæro, si vir est contumax, vtrū pcedatur ad diffinitiuā ꝯ eu: Certe non, sed mittitur mulier in possessionē: sicut rl'r fit. l. cū proponas. C. de bo. auct. iud. poss. de quo in Spec in tit. de dot. post di. rest. §. fi. ver. qd si vir vocat⁹. ¶ Decimo & vl. qri posset circa hoc, vtrū vir, spōtanea volūtate possit pp inopiā restituere mulieri: q qō licèt hic caderet, tñ qa non posset bñ hic tractari, nisi videremus repetitionis effectum, iō reseruo eam tractandam j̄. prox.

91 Veniamus Ad quartum, s. ad repetitionis effectū. ¶ Primo qro, † quis sit repetitionis effectus? Rñ. magnus: nā mulier non poterit ammodo perdere dotē suā per viri dilapidationem. Item vxor non poterit alienare. Itē viri ꝯdō ex hoc nō fit deterior: qa simul ex eā alimentatur. Idem pacta dotalia remanēt sibi salua in casum soluti matrimonij, vt d. l. vbi. s̄. eo. l. 92 si cum dotē. §. si vero dotem. & hoc est clarū. ¶ † Secūdo quæro, an mulier hoc casu ꝯsequatur dñium rerum assignatarū pro dote? Quidam ꝙ sic, qñ agitur personali: nam tūc res dantur in solutū, & mulier cōsequitur dñium. Ita vr̄ dicere gl. in d. l. vbi. in gl. parua, quæ incip. idem dicas, &c. Alij: vt Vber. de Bobio tenent ꝯriū: qd probāt ex d. l. vbi: nam ibi prohibetur alienari, dicit ipse, ergo non dantur sibi in solutum: nec transfertur dñium. Ita not. Spe. in tit. de dote post diuor. resti. §. fi. ver. s. sed nūquid poterit. Credo gl. bene dicere, & vr̄ casus in d. Auth. de æqual. do. §. illud: sic enim habitura erat in collationis ratione proprias res: &c. Tamen vt ista materia clarius liqueat: distingue. Aut mulier agit hypothecaria: & tunc certum est ꝙ non consequatur dñium: sed pignus tñ: d. l. vbi. Aut actione in rē: & tūc dñiū nō ꝯsegtur p traditionē: sed sufficit esse ex legis rōne declaratur. d. l. in reb⁹. C. de iure do. Aut agit psonali, & dātur sibi res in solutū, & cōsequitur dñium, vt dictum est. Aut dubitatur. v. g. mulier petit de rebus viri sibi assignari vsq; ad 93 dotis quantitatē. † & iudex in sñia assignauit. Modo istud ve rbū, assignare. [c] est dubiū, pōt. n. intelligi per translationē dñij, sicut s. de rei vin. l. item si verberatum. §. j. & de caic. l. Lucius. ad hoc j̄. de assign. lib. per totum. Item poterit se habere loco pignoris, vt loco custodiæ, vt infrà de verit. in posses. mit. leg. j. §. antepenult. & de leg. 3. l. item legato. §. itē interest. Isto casu dicit Guil. de Cun. suprà de pecu. l. si noxali. §. j. quod bona videntur data cā custodiæ, & sic loco pignoris, non dñij cā. C. ne pro dote mulier bonā materna addi. l. j. de iure do. impetran. l. j. in fi. In hoc (nō sto cū Gui. scilicet ꝙ bona sunt loco pignoris.) imo dico ꝙ videtur trāslatū dñiū in dubio cum præcedat cā habilis. Casus videtur s̄. de iure do. l. dotis fructus. §. fi. & l. seque. & infrà pro dote. l. j. circa med. Non ob. iura alleg. in ꝯriū: quia loquūtur de quadā adiectione, quæ fit mortuo viro, & quæ habetur loco vl'is successionis, quæ ibi nō potest fieri: sed fit in casu speciali fauore libertatis, vt Instit. de eo cui li. cau. bon. addi. per totum. & infrà de fideicom. lib. l. cum vero. §. subuentum. Item facit pro Guil. l. cum pater. §. pater pluribus. infrà de leg. 2. vbi videtur dicere, ꝙ in dubio traditio videtur facta cā custodiæ, vt ibi no. glo. Sol. ibi non procedit aliqua cā, vñ in dubio non 94 præsumitur causa donationis. sed cā custodiæ: hic secus. ¶ † Tertiò quæro, aliqui agentes hypothecaria [d] ꝯsequūtur oīa bona sibi obligata, vt pignori incumbant vt no. de bo auth. iu. pos. authen. ei q. Nūqd ergo hypothecaria intētāda p mulierē erit huiusmodi effectus? Rñ. non [e] credo. Nā mulier agit ꝯstante mat. vt ex spāli iure: & agit respectu certe cāe, vt se suóque alat ex dote: ergo pro qtitate dotis aget hypothecaria. C. com. de leg. l. j. in fi. idē no. Cy. 95 in d. l. vbi. in 14. q. ¶ † Quartò quæro, [f] pone ꝙ vir ꝯstāte mrio ex iudiciū vxori restituit certa bona p sua dote, & ꝯfessus est, se vergere ad inopiam, vl' iurauit corā iudice, & de plano ꝯfessus est vir, vtrum valeat ista restō, sic vt piudicet viro, & ēt aliis creditorib. ne possint hoc reuocare? Hæc qō est dubia. Dy. eā tangit, & Cy. recitat in l. vbi. in xij. q. & vr̄ tenere ꝙ non valeat talis ꝯctus: quia donationis est instar, vt ipse ibi ponit. Ego arbitror istam qōnem requirere altiorem indaginem. Dico ergo sic, Aut erat verū ꝙ cōfessio ꝯtinet, s. ꝙ vergebat ad inopiā, & hoc ꝯstat, & tūc non est dubiū talē restōnē valere: qa cogitur bonam fidē cognoscere. l. quoties. §. sicut. j̄. de administratio. tut. & maxime si hoc est manifestum. qd hr̄ quasi pro sñia [g] l. emptore. s̄. de act. em. & illo casu ipse non poterit reuocare, nisi quatenus dedisset res maioris ptij, q caderent in donationē. Creditores vero nō poterūt dicere ꝯtra, nisi vt possent facta restitutione per iudiciū contentiosum. Aut est falsum, quia vir non vergit ad inopiam, & hoc non cōstat, vel nō pōt probari ipm vergere ad inopiā: tūc scias ꝙ ista falsa cā adiecta à sciente non vitiat ꝯctum, vt j̄. de verb. obl. l. si diuortio. Videndū est ergo, vtrum ꝯctus iste valeat? Et ad hoc examinādū dotalem regu- 96 lā oīs † ꝯctus, ex quo dotis conditio fit melior, & vir non efficit pauperior est licitus inter virum & vxo. & hoc pbat s̄. de iu. do. l. 97 ita ꝯstante. clarius eo. tit. l. fi. In † pposito ergo, si vir assignauit dotē vxori, vt hēat loco pignoris, tunc dotis ꝯdō fit melior, & securior esse vr̄ ex eo ꝙ res est pignorata & vir non efficit pauperior, cū de iure esset tacite obligata. Sđ tñ minus habeat ipse maritus, ꝙ añ, istas res administrabat ipse, mō non administrat, sed mulier vtrum

ADDITIONES.

a parif. ¶ pone maritum. Vide aliquid per Soc. in l. conditionibus. ff. de cond. & demon.

b ¶ Exceptio non operatur. adde quòd idē tenet Ioan. and. in tit de dot. post diuor. ref. §. fi. super ver. quid si mulier. Bal. in d. l. vbi. pau. de Cast. in l. 2. suprà eo. & Bal. & ang. in l. 1. ad fi. suprà eo. Sed hic Bal. ang. Imo. Ro. & pau. de Cast. tenent contrarium, quod limitat pau. hic verum si fructus dotis sufficiant ad alimentandum familiam: aliter debeat sequestrari de bonis mariti tantum quod sufficiat ad alimenta, vt in §. si autem in sæuissimo. Tu dic quod Bal. cons. 282. inci. in Christi nomine præmittendum est. 1. lib. tenet opin. bar. hic, & in d. l. cum tibi. quam dicit esse iac. de are. & Cy. non tamē facit mentionem de bar. hic.

c ¶ assignare. Vide bal. in l. vbi adhuc. C. de iu. do. vbi sequitur Bar. & quòd voluit idem Bal. in c. 1. in tit. quid si inuestitura, & iō dicit idem Bal. in l. fi. C. de san. ec, quòd verbū assigno, est verbum plenariū, sed pendet mō dubitatio per me, quod si maritus dixit, assigno vxo. talem fundum loco fundi dotalis, quem alienaui consensu suo, vtrum, importet trāslationem dominij. quia doc. hic loquuntur in actu iudiciali: quia vxor agebat contra maritū. parif. ¶ Vide de verb. concedo, transfero, & assigno. Fel. in c. cum venerabilis. col. 1. extra de excep.

2 *Vestes datæ vxori per virum, quando sint vxoris, vel restitui debeant hæredi viri.*
3 *Victus appellatione venit vestis.*
4 *Dominus quando possit accipere vestes famulo recedenti.*

§. Seruis vxoris. Facto diuortio, maritus vestimenta data seruis dotalib. recuperat qualia sunt, alias cõpensat in dotẽ. h. d. ¶ Opp. s. de in rẽ verso. l. iij. §. proinde. & l. si res. in prin. Gl. soluit ꝙ hic maritus dedit vestimenta vltra q̃ esset necesse, & ſm hoc loquitur hic siue erant dotales, siue nõ. Sed Iac. de Are. legit, quòd loquitur in seruis, qui erãt ꝓprie mulieris. Ad ɔtrariũ dicit, ꝙ maritus vtebaẽ istis seruis, & iõ cõpẽsanẽ vestimẽta cũ seruitio. ¶ Opp. C. de rei vxo. actio. §. sed nec ob impẽsas. Gl. soluit. Dixi in l. ẽt. §. j. s. eo. ¶ Sed opp. ꝙ hęc cõpẽsatio non habebat locũ, cũ ex altera parte debeant species. s. vestimẽta. Sol. Quando vestimenta dantur, quæ ɔsumunẽ vsu, perinde est, ac si dareẽ pecunia, vt hic. & s. de vsuf. earũ rerum quæ vsu cõsũ. per
1 totũ. Quæro, † vestimenta nõ restituuntur, vtrũ cõpẽsetur pretiũ qđ est tunc: an quantũ constitit ab initio? Tex. hic non aperit, puto ꝙ tm̃ pretium quantũ est tũc: nec põt ei imputari cur vestimenta nõ restituat: Est. n. iusta cã non restituendi: ne nudus remaneat. argũ. l. si domus. §. qui ɔfitetur. ĵ. de leg. j. & l. fin. si fænerator. s. qđ
a metus cã. Item quæro a extra † glo. quid de vestimentis quæ vir
2 dat vxori, & postea moritur, an debeãt esse vxoris, an hæredis mariti? In hoc reperio tres opi. Pr̃ia qđ vxor lucraẽ, quasi vir videatur donasse, & donatio morte confirmaẽ, vt l. cũ hic status. §. j. s. de do. inter vir. & vxor. l. si filii. C. de do. inter vir. & vxo. & C. fa. er. l. filiæ. Scđa opi. fuit Dyni, q dicit quòd istę vestes ñ vñr donari: quia maritus teneẽ alere vxorẽ. l. si cũ dotem. §. sin aũt in sæuissimo. s. e.
3 & l. qđ si nulla. de religio. & sump. fune. sed † appellatione victus ɔtinenẽ vestimenta, vt l. verbo victus. de ver. sig. & l. legatis. de alim. & ciba. leg. Cũm ergo necesse habeat dare vestimenta, nõ vñr donata: quia nemo in necessitatib. liberalis existit, l. in rem legatã. ĵ. de adimẽ. leg. Pro hoc vr̃ casus in l. mortis suæ cã. s. de do. inter vir. & vxor. Certe ex hoc dicto Dyn. sequitur, ꝙ vestes q̃ sunt ad vsum quotidianum nõ vñr donatæ, sed dẽnt esse hr̃dis viri. Sed vestes festiuæ, & ꝓtiosę vñr donatæ: quia eas spõte maritus sibi dedit, & sic
b sunt mulieris, q̃ opinio manifeste cõtinet iniqtatẽ. Tertia opi. b ẽ, ꝙ vestes quotidianę quas maritus tenetur dare vxori, statĩ efficiũẽ vxoris, l. ex annuo. ĩ prin. de don. inter vir. & vxo. & sic sine dubio ꝑtinent ad hr̃des mulieris. Vestes vero ꝓtiosę nõ efficiunẽ mulieris, nec vir vr̃ dare aĩo donandi, sed ꝑꝑ seipsum facit vt vxor eius magis ornata vadat, vt l. mortis suæ cã. in prin. de do. inter vir. & vxor. Et h. d. gl. ĵ. ad Falc. l. si vsusfructus. Et hoc vr̃ velle lex, quòd talia ornamenta ñ sunt vxoris nisi expresse legarenẽ, vt l. ornamẽtorũ. de ali. & ciba. leg. l. legatũ. cum l. seq. ĵ. de leg. iij. Et hoc mihi
c placet, & pluries c ɔsului. s. vt vestes quotidianæ sint vxoris, prætiosæ & festiuę sint hr̃dis viri. Nõ obstat l. cũ hic status. §. j. quia ibi constat, ꝙ dedit aĩo donãdi, hic ñ, vt dixi. Non obstat l. filia. C. fa. er. qa aliud in filia quàm in vxore: qa ĩ ea nõ ẽ illa rõ, q̃ est in vxore, vt s. dixi. Nõ obstat l. filij. C. đ do. iter vir. & vxo. qa rñdeẽ vt ibi no.
4 ¶ Vltimo † gl. inducit hũc §. ĩ arg. ɔ̃ seruiẽtes & pedisequas q̃ recedũt, vt tunc dñs possit eis accipere vestes. Dic vt in gl. q̃ incipit, hoc vr̃ corrigi. qđ no. Vñ dic, ꝙ qdã sunt vestimenta q̃ danẽ seruis nõ vt sint ipsorũ sed vt his vtaẽ certo tẽpore, cũ seruiũt dño in mẽsa, & nõ aliter. Aliter est vestis, q̃ daẽ seruo vt ea vtatur, & ad suum vsum ɔsumat. Istã distinctionẽ ponit tex. in l. đ vestimẽtũ. s. đ pec. vñ p̃io casu, vestis vr̃ dari, vt spẽs. scđo casu, vestis vr̃ dari, vt qtitas. l. sed & si qd. §. & si vestimẽtorũ. s. de vsuf. & đ vsuf. earũ rerum q̃ vsu ɔsumũtur. l. si tibi. Isto ergo casu, qñ vestis daẽ vt pecunia sic dicas. Aut famulus recedit ex tali cã, ex qua sibi insolidum satisfieri debet: quia absq; culpa sui, & culpa dñi, & tunc absq; dubio non põt retineri vestis. Sed si ñ dẽt sibi fieri integra solutio ſm distinctionẽ positã in l. si vno. §. itẽ cũ qdã. s. loca. tũc nõ debẽt ei auferri vestimenta, si vult dño restituere quantitatem, vt hoc §. s. dixi. Sed si quantitatem non vult restituere, ɔsuetudo inducit vt possint eius vestimẽta reaccipi. Rõ ẽ: qa cõmuniter isti serui sunt suspecti & fugitiui, arg. l. ait ꝑtor. §. si debitorem. ĵ. de his quæ in fraud. cred. Sed si nõ essent suspecti, nõ video de iure ꝙ possint eis auferri vestimẽta: & quia ꝑꝑ debitũ pecuniæ qs posset spoliare reũ, & sibiipsi ius dicere, licèt cõtrariũ de ɔsuetudine obseruetur. Nec obstat iste §. quia hic isti, qbus vestes erãt datæ, erant serui & sic vestimenta ñ erant sua effecta: nos loquimur in seruis liberis. Præterea, nec hic dr̃ quòd dñs spoliet eos sua autoritate, immo magis innuit ɔ̃riũ:

ADDITIONES.

a Barb. ¶ In his rebus. Vide Bar. consi. incip. Bar. de Tuder. ad quod alleg. istam legem. & vide gl. & Innoc. in c. sicut dignum. extra de homi.
pom. ¶ Vide ale. consi. 20. in fi. in 5. vol.
b ¶ Tene mẽti. adde, quod Bal. secundum Cy. tenet contrarium, quia esset nimis inhumanum: quia nulla ratio dictat, quod si habes rem conductã, & aliquis ponat incẽdium absq; tui culpa: quia habet te odio, quod tu tenearis, arg. l. sed & dãno. suprà loca. pau. de Ca. distinguit, quod aut potuisti prouidere, quia ille fuit minatus hoc facere, & non adhibuisti diligentiam, nec mihi significasti, & potest procedere dictum Bart. alias dictum Cy. & Bal. Et de hoc vide Bar. in l. cotem. §. qui maximos. de publ. Spec. in tit. de iniur. & dam. da. §. sequitur. versi. sed pone inimicus. Raph. in l. si Stichus certo. de ver. ob. bal. in l. falsus. infrà de fur. Bar. in l. creditor. infrà de sol. vbi dicit quod damnum datũ a prædone dicitur casus fortuitus. Et vide per Bald. consil. 159. & 227. lib. 2. an damnum ꝙ passus est socius ob inimicitiam socij, vel partialitatis, tangat socium.

ADDITIONES.

a Pom. ¶ Item quæro. Vide Alex. consi. 42. incip. In causa & lite vertente. in 1. colum. in 5. volu. Rom. consi. 146. Feli. in c. super ea. lib. 2. de test. Barb. consi. 49. Ro. consil. 172. & consi. 254. Card. consi. 44.
b parif. ¶ Vide Ang. consi. 134. in c. Quidam nomine Mattheus. Quid autem sit in dotalibus & ornamentis, vide Ang. consi. 329. vide Ale. consi. 42. volu. 1. Roma. consil. 146. incip. ista quæstio. vbi de omnibus istis.
Barb. ¶ Tertia opi. Et vide Rom. consi. 251. de vestibus, quas vxor apportat ad domum viri ad vsum quotidianum.
c Parif. ¶ Vide Alex. consi. 48. incip. In causa & lite vertente. vol. 5.
d pom. ¶ pluries. Vide Alex. consi. 21. in vlt. col. in 4. vol. & consi. 42. in i. vol.
e ¶ Adde, quod cõmuniter doct. transeunt cum opin. Bar. tam legendo q̃ cõsulendo. vt ipse

Bar.consuluit consi.incip.Quod de vestimentis.Angel.consi.329.incip.Nicoletus de Tartagnis, qui fuit pater aui domini Alexandri,vt ipse refert, & consuluit Pau. de Castro consi.184.Pet.de Anch.consi.181.vbi refert ita consuluisse quendam dominum Ioannem de Caramonte,solennem virum,dominus Card. consi.14.Idem consuluit Roman.consil.146.in quo consilio tenet,quòd licèt donatio facta sponte per verba de præsenti non valeat,vt per Bal.in authen.ex testamen.tamen si illa sponsa non erat viripotens, quòd donatio tenet,per causam singularem in l.antep. suprà de don.inter vir.& vxor. Tenet etiam quòd annuli,qui dantur vel mittuntur per sponsum sponsæ,dicantur donati,& valeat donatio:quia donatio facta per sponsum sponsæ,eorum,quæ necessaria sunt ad contrahendum matrimonium,valida est,vt est casus suprà de dona.inter vir.& vxo. l. si quis pro vxore.in ver.de contrahendo matrimonio.& in versi,necessarij oneribus.Sed annulli,vt patet de consuetudine hodierna,licèt non de iure communi,vt patet in capitulo illud.extra,de præsump.sunt necessarij pro matrimonio contrahendo, igitur,&c. Card,tamen allegato consi.aliter loquitur.Dicit etiam in d,consi. apud eum fore dubium id qđ Bart.dicit in §.nec castrense.scilicet quòd si famulus spõsi dicat, sponsus donat tibi hoc, quòd non est inducta donatio,sed subintelligitur ad vsum tãtum:quia impropriatur verbum illud,secundum subiectam materiam.l.si vno.in princ.ff.loca.quia dicit Rom.non videtur verum,ex quo verbum illud,donat,simpliciter prolatum est & generaliter,merito contra sponsum interpretandum potius,quàm contra sponsam.l.veteribus. suprà de pact.Sibi enim imputari debet si ita generali sermone vsus est.l.fin.C.de dotis promis. Item ex quo simpliciter fuit donatum,non subintelligitur illa clausula, quo ad vsum, etiam si sponsus hoc in mente habuerit.l. si repetendi.C.de condi. ob cau.Item quia in hac donatione facta sponsæ solum hic tacite hoc intelligitur scilicet si matrimonium secutum fuerit,& per sponsam non steterit, ergo non debet intelligi hic quo ad vsum. Si enim Imperator illam voluisset subintelligi,illam expressisset,quemadmodum & alia.C. de cadu,tollen.l.1.§.sin autem ad deficientis,& c.ad audientiam. de decim.Vnde dicit ipse.Aut præcedit aliqua donatio per sponsam, facta sponso, & tunc transmissio facta per maritum ornamentorum,intelligitur facta causa remunerandi,& donatio inducetur.l. si vero non remunerandi.§.Papinia.suprà,man.quæ donatio valida est:quia reciproca,vt suprà,de donatio.inter vir.& vxo.l.quod autem.§.si vir.Aut nulla donatio facta per sponsam præcedit,& tunc aut ornamenta sunt paruæ æstimationis,aut magnæ. Primo casu donata præsumuntur:secundo non,arg.iur.s̃.alleg.Tenuit etiam in d.consi.quod vestiũ donatio facta per maritum vxori,valeat in vita,quemadmodum valet donatio per vxorẽ facta viro causa honoris.l.nuper.& l.quod adipiscẽdæ.suprà de donatio.inter vir.& vxor. ex paritate rationis.An autem in casu earum vestium vel ornamentorum,quæ præsumũtur donata,si vxor moriatur:& cum illis sepeliatur,maritus teneatur hæredibus mulieris restituere æstimationem,& cui incumbat onus probandi illas extare, vide eundem Rom.cons.254. An res donatæ per cõsanguineos viri vxoris sint viri vel vxoris,adde Bal. cons.215.lib.4.

§.Filiusfamilias. Voluntas de soluẽdo patri,non impedit filiæ ius consolidationis mortuo patre in ea parte,quæ soluta non est.h.d.Concor.s̃.e.l.si marito.§. si voluntate.Iste §.allegatur pro casu,quòd quando pater stipulatur dotem reddi sibi,ius consolidationis in filia extinguitur, per hoc quod tex.hic dicit, nec promissa nouandi animo, &c. quod plene examinaui in l.post dotem.suprà eod.

1 *Pacto conuento si dati sunt floreni æstimati,vt reddantur sub eadem æstimatione, quòd licet florenus sit deterioratus, tamen debent reddi sub æstimatione facta tempore traditionis.*

§.Mancipia. Si ad maritum spectat periculum ancillarũ, ad eum spectat partus earum. h. d. Facit ad 1 † quæstionem.Dedisti mihi centum libras in florenis,hoc pacto, vt ibi reddantur in florenis sub eadem æstimatione. Quæro quid importat istud pactum?Et ista lex est in arg. quòd si florenus est factus deterior, debeam tibi supplere:sed hic loquitur in mancipiis, quæ possunt crescere & decrescere in bonitate intrinseca. Plus enim valet seruus iuuenis, quàm antiquus:& sanus, quàm infirmus: quod in florenis non cadit.Nam eiusdem bonitatis intrinsecæ est semper,licet eorum æstimatio varietur:& ideo importat, vt semper floreni tanti æstimẽtur,quanti a æstimati sunt tempore traditionis,vt dixi in l.Paulus.infrà de sol.

ADDITIO.

a Æstimati.¶ adde quod consuluit Bal.cons.423.1.vol.& cons.339. eod.vol.Quid autem in sententia,an debeat inspici valor tempore sententiæ,an tempore solutionis.vide Old. cons.13.Quid autem si testator dicat,lego ducentas libras pro anima mea : nec apparet de qua moneta,& testator viuat per decem annos post,an debeat fieri solutio secundum quòd currebat moneta tempore testamenti,vel tempore mortis? Oldra. consuluit quòd tempore testamenti,cons.31.cuius contrarium consuluit Roman.cons.123. alleg.tex. in l. cum certum.vers.precium præsentis.infrà,de auro & arg.leg.& Spec.ita tenere.Quid autem in rescriptis? vide Old.cons.167.& Roma.prædicto cons. Quid autem in constitutionibus & statutis,an solutio sit fienda de antiquis vel de vsualibus nummis.Old.cons.250. tenuit,quòd solutio sit fienda de moneta quæ currebat tempore constitutionis. Idẽ abb. cons.56.lib.2.Sed Roma,tenet in contrarium in alleg.cons.quòd in vltimis voluntatibus, statutis,constitutionibus,rescriptis,debeat fieri solutio de vsuali,per dictum text. quem dicit fuisse incognitum Oldr.

§.Mulier Si maritus per errorem promisit plus debito, non potest exigi vltra debitum.h.d. Oppo.de l.si diuortio.infrà,de verb.oblig. Solu.ibi maritus promisit scienter, hic ignoranter. ¶ Quæro quid si ducenda promissa essent in dotem,an post promissionem teneretur insolidum, an inquantum facere potest?quod videtur in l.iij.suprà de constit.pecun. In contrarium quòd insolidum.l.eum qui.§.si mulier. suprà, de iureiur. gloss.non soluit.Tu dic considerando esse verba promissionis, vt not.in l.si prior.suprà, eodem.

1 *Mulier,an videatur omnia eius bona in dotem dedisse remissiuè.*
2 *Matrimonio vltimo contracto cum concubina an filij antea nati legitimentur.*

§.Vxor. a Dos primi matrimonij videtur in sequenti matrimonio repetita, licèt matrimonium tertij in medio interueniret. b h.d. Facit ad quæstionem quam disputaui de muliere † habente magnum patrimonium c quæ assumpsit virum, & passa est eum possidere illa bona, nulla facta constitutione dotis,an videantur omnia bona in dotem data? Et hic facit in argumentum, quòd sic:quod dic vt dixi in quæstione vij.quæ incipit mulier habens.Secundo facit † ad quæstionem,quam disputauit Richar.Malum.Videlicet,quod per matrimoniũ vltimo contractum cum concubina,filij ante nati legitimentur licèt matrimonium alterius medio tempore interuenerit.Qđ tangit Iacob.de Aret.in l.cum decem mihi.§.ij.ĩ.de solut.& ibi dixi.de hoc nota bene istum §.

ADDITIONES.

a Barb.¶Vxor.Allegat istum.§.Barto. in consi.52.incip. P.nupsit.quòd si mulier alienauit cum viro fundum dotalem,quòd potest dimidium pretiũ petere ab hæredibus viri,actione de dote:quia non videtur donare,& succedit in locum dotis,vide ibi.

b Roma.¶ Interuenerit. Vide Roma.consi.44.

c Patrimonium.Adde Bald.cons.98.2.vol.Quid autem si sit minor.12.anno.& vir ministrauit patrimonium,tam ipsa existente minore,quàm facta maiore,& carnali copula matrimonio consummato,deinde etiam sit facta æstimatio patrimonij inter generum,& socerum non tamen habita mentione dotis,& sit statutum quòd decedente vxore in matrimonio vir lucretur dotem,vel dimidiam,an hoc vir lucrabitur,vide Roma. consilio 314. Quid si sit statutum,quòd omnia bona præsumantur in dotem data,nisi fuerit bis constituta,vt est Paduæ,& mulier quæ primo nupsit assignata dote,nubat secundo alia dote nõ constituta,an vigore statuti præsumatur omnia bona dedisse in dotem,an vero dos data primo dicatur constituta secundo,vide Pau.de Castro consi.284. Et quid si sit mulier 15. annor.nubens simpliciter,an statutum illam comprehendat,vide Anch.consi. 93.

1 *Maritus si fuit confessus se habuisse dotem,quam promisit restituere, & statim dicta confessione non obstante,pater vel extraneus promisit dotem,an soluto matrimonio hæredes viri debeant dotem restituere,vel liberetur cedendo actionem.*

§.Si Vir. a Dos acceptilata potest repeti,sicut dos data.hoc dicit.¶ Oppo.suprà,eodem l.si marito.§.j.& s̃. de pac.dota.l.fin.in fin.Solutio.Ibi pacto,hic acceptilatione:quę vim solutionis habet.Et hoc est vtile b ad † quæstionem occurrẽtem sæpe de facto. Maritus est confessus se habuisse dotem integram, quam promisit restituere:& statim non obstante dicta confessione & promissione,pater vel extraneus dans dotem promisit tantum marito illam dotem soluere,quæritur an soluto matri.hæredes viri debeant restituere dotem,an liberentur cedendo actionem contra hęredes soceri,vel alterius promittentis?Quod videtur,vt l.si socer.§.Lucius.s̃. eod.in contrarium, quod post quàm fuit confessus se habuisse,videtur sibi solutum,vt hic, & s̃.de iure do.l.vir ab eo.& l.dotem. quod sine dubio c verũ esset in extraneo promittẽte:sed in patre est dubium, propter glo. quæ est in d.l. dotem,quæ in patre hoc non tenet:nam illa verba quibus confessus est se habuisse,& recepisse,videntur emanare spe futuræ numerationis, vt patet ex sequenti promissione:vnde illa verba ab initio,non inducunt obligationem efficacem.Vel possumus dicere,quod non fuit facta prima promissio spe futuræ numerationis,sed spe futurę promissionis.Pro illa enim futura promissione fuit iste confessus se habuisse dotem: vnde illud nomen tantum æstimasse videtur.Facit C.de rescin.ven.l.pretij causa. Videtur enim in solutum accepisse illud nomen,& sic periculum est ipsius viri, c vt dixi in l.Mæuia.in prin.s̃.eod.&hoc videtur tenere Iacob. de Aret.

ADDITIONES.

a Barb.¶ Si vir.Vide Angel.in §.mulier.suprà eodem.& ibi Bald. Angel.in consilio 116. vbi consuluit contra Barto.& vide Bald. in l.legem.C. de pact.Et in l.si voluntate.C. de dot.promissio.& in l.pollicitatione.C.don.ante nupt.& in l.ab Anastasio.C. manda.& l.si absentis.C.si certum peta.consulo nunc Senis contra Barto.& vide Barto.in consilio incipien.statuto cauetur quòd mulier.& ibi etiam allegat Iacob. de Aret.quòd statutum loquens de lucro dotis,habet locum in dote promissa.Et vide Barto.in consi.257.vbi consuluit de eo qui confessus est recepisse dotem,& incontinenti socer promisit sibi soluere, incipit illud consi.statuto cauetur,quòd si mulier.

b Pom.¶Vtile.Vide Alexand.cons.36.in 1.col.in 2.vol.& vide Pau.consi.73.in 2.vol.& cõs. 65.ad fin.eod.vol.& Barb.cons.19.in 2.vol.

Paris.¶ Vide ad hanc quæstio.omnino Angel.consil.145.incipien.gener à socero.vbi ponit quid iuris,si maritus legauit vxori dotem,hoc casu,an valeat legatum,& dicit Com. consi.160.ante fin.quòd multoties quis confitetur se recepisse quod non recepit, sed postea loco illius confessionis fit promissio ex alia causa,pura depositi,mutui,& similium,vt per doct.& Bart.hic,&ex facto sequenti declaratur præcedens. Vide Com.cõsi.178.incip. thesaurarius.post prin.Vide Bal.hic &Roma.consi.445.Bald.in l.si absentis.ff.si cert.peta. sed quòd in iure talis confessio censeatur facta sub spe futuræ promissionis non numerationis,vide omnino Alexand.cons.148.vol.5.col.pen. volum.2. vbi reprobat Bald.hic, & alios idem tenentes:tamen opinionem istorum late defendit Barto. consilio 18. vol.2. Ideo bene considera. Item quòd in istis sufficiant probationes per indicia, vide Pau. consi.280.& 333.& late Fel.in c.pastoralis.de rescrip.& Ias.in l leges.C.de pact.&Abb.cõs. 33.vol.2.

c ¶ Ipsius viri. Adde quod hoc sequitur Pau.de Castro & Bald.saluo quòd Bald. dicit quòd illud est verum,si promissio fuit facta ex interuallo,secus si incõtinenti.quòd Pau. de Castro reprobat:quia immo econtra : quia quando sequitur incontinenti,tunc tempore confessionis censetur habuisse respectum ad illam promissionem statim secuturam. & contemplatione filij censetur confessus,iuxta not.in l.per retentionem.C de vsur.Sed quando ex interuallo,non censetur ad illam habuisse respectum,& sic censetur potius, spe futuræ numerationis,quàm spe futuræ promissionis.Licèt ergo ex postfacto promissionem recipiat,non perdit exceptionem numeratæ dotis:quia hic promissio non contrariatur ei,sed potius eam roborat:quia probat numerationem non esse factam. Et hanc opin. Pau.de Castro habuit Abb.consilio 73.libr.2.vbi consuluit in facti contingentia, secundum Bartol.& Iacob. de aret.In diuersa tamen opin. fuit Roma.consilio 445. De quo etiam vide ang. plene consi.145.& per Rom.aliquid consi.46. barb.consi.19.libro 2. concludendo opin.barto.& Iacob.de aret.sequitur clare bald.& in pulchro casu consilio 450.lib.2.Sed quid si maritus sit confessus se habuisse dotem a muliere,& hac confessio-

ne non obstante mulier per aliud instrumentum statim promisit dotem, quam nunquã soluit, an habeat locum hæc determinatio Bar. Pau. de Cast. in facti contingentia dicit se respondisse quòd non, quia hæc determinatio loquitur quando fuisset confessus se recepisse ab alio, & conuenitur à muliere. Non sic, quando ab eadem muliere, per text. §. sequentis. & l. promittendo. & l. fi. suprà de iure dot. Et esset iniquum ꝙ mulier repeteret à marito pecuniam, quam nunquam soluit. Facit l. nupta. §. j. suprà eod. Adde quod idem vult Ang. in dicto cons.

§. si quis. Pro qua parte mulier tenetur soluere, pro ea parte ad virum non spectat periculum.

LEX LXVIII.

1 *Castrum si cum iurisdictione datur in dotem, confiscationes, mulctæ, & condemnationes sunt viri, & non restituuntur soluto matrimonio.*
2 *Iurisdictionis fructus sunt condemnationes, mulctæ, & confiscationes.*
3 *Grege in dotem dato omnia, quæ nascuntur ex eo, sunt viri licet ex renatis in loco mortuorum ponat.*
4 *Vir non debet repudiare lucra obuenientia circa dotem.*

In partem. Vir tenetur de dolo, & culpa, in quærendo, & conseruando peculium, & fructus peculij spectant ad virum. h. d. ¶ Quæro, & mulier dedit in dotem vnum castrum[a] cum iurisdictione, durante matrimonio contingit, quòd sunt commissa delicta per subditos, ex quibus bona sunt publicata, & aliæ condemnationes & mulctæ impositæ: quæritur an istæ debeãt restitui mulieri? Videtur ꝙ sic, vt l. iiij. & l. cum in fundo. s. de iure dot. & s. ead. l. diuortio. §. si vir. vbi ea quæ non renascuntur, debent restitui. In contrariũ videtur l. ista: quia quãdo aliquid vniuersale datur in dotem vt peculium, fructus illius pertinet ad maritũ. Quidã dñt ꝙ pecunia & res mobiles perceptæ ex cõdenatione sunt mariti, immobilia verò restituuntur vxori. Alij dñt ꝙ omnia debent esse mariti, tanquã fructus illius iurisdictionis. Et hoc verũ puto per hanc l. & l. itẽ fundi. §. ii. & §. aucupiorum. s. de vsufru. & l. vsufruct. s. eo. Omnia † enim sunt fructus iurisdictionis, vt x. colla. quæ sint rega. cap. j. C. de mo. mulcta. l. mulctarum. & ibi per Cy. Ad contraria rñdeo, ꝙ illud, quod accrescit, dẽt vxori restitui, si tñ nõ est in fructu, vt hic. Non ob. quod dr, quòd ea, que nõ renascũtur, nõ sunt in fructu: quia nunquam ex aliena re illud idem numero quod semel nascitur, postea renascitur, sed aliud eiusdem generis. Ita in iurisdictione sæpius contingit cõmitti delicta, pp quæ condemnationes, mulctæ & bonorum publicationes dñr renasci, licèt nõ eorundem bonorũ numero. ¶ † Quæro, pono quod datur in dotẽ grex ouiũ, nũquid pertinebit ad virũ? Dico quòd omnia quæ nascuntur, sed ex renatis debet in loco mortuorum ponere, & gregem supplere. l. vetus fuit quæstio. cum l. seq. s. de vsufru. Facit l. diuortio. §. non solum. s. eo. ¶ Vltimo not. tex. † qui dicit, ꝙ vir teneatur acquirere, quod intelligo. i. lucra obuenientia non repudiare, sm formã l. seruus dotalis. s. eo. Aliàs sequeretur ꝙ vir teneretur ad vtiles impensas, quod non est verum, vt dicam j. tit. j. l. j. circa prin.

ADDITIONES.

a ¶ Vnum castrum. Adde quòd Bar. non fatetur decisionem Bart. in confiscationibus bonorum immobilium: quia si pertinerent ad maritum, non redderetur territorium integrum mulieri. Quod non placet Paul. de Castro hic: quia ius redderetur, nec in aliquo diminuitur quantum ad iurisdictionem: quia mulier erat domina vniuersalis territorij. & iurisdictionis, non singulorum bonorum immobilium. Vnde sicut transeunt de priuato in priuatum, titu. donationis, vel venditionis, & non alteratur territorium, & vniuersitas, ita & si transeant in virum per confiscationem, & sic mulier recuperato territorio exercebit iurisdictionem contra virum, vel hæredes eius super bonis confiscatis, sicut contra alios subditos. Allegat bonum text. in l. vsufructu legato. suprà de vsufructu legato. An autem dans in dotem videatur dare territorium, vide Bald. cons. 392. 4. volumine. Et an dando omnia bona, & iura in dotem, transeat iuspatronatus, vide Bald. cons. 1. lib. v.

b Pom. ¶ Omnia enim. Vide Rom. cons. 7. in vlt. dub. in vlt. col.

LIBER VIGESIMVS-QVINTVS.

TITVLVS PRIMVS.

De impensis in rebus dotalibus factis.

ADDITIO.

a Barb. ¶ Factis. Vide circa hanc rubr. fratres dederunt dotem sorori, & stipulati sunt eis reddi, & passi sunt instituere hæredem filium suum, quòd non est restituenda fratribus. allega. l. mulier. ff. de iure do. Bar. cons. 227. incip. quidam fratres.

LEX PRIMA.

a Impensarum.[a] In isto titulo sic procedit Iurisconsultus. Primo ponit vnã diuisionẽ generalẽ impẽsarũ, vsque ibi, necessariæ. vbi tractat de necessariis, vsq; ad l. qd dicit. §. vtiles. vbi incipit tractare de vtilib⁹, vsq; ad l. voluptariæ. vbi de voluptariis, vsq; ad l. vtiliũ. vbi incipit tractare cõiter & pmistim de omnibus vsq; ad fi. legã totam simul: ponendo casum vsque ad l. quod dicitur. assume §. necessariæ.

ADDITIO.

a Pom. ¶ impensarum. Adde an impensæ custodis sint efficaces, vide Ro. sing. 333. Et an impensæ inutiles, vide Rom. sing. 410. Et quid si in vtilitatem alterius al. qui expendit contemplatione concedentis. vide Rom. sing. 673. & sing. 674.
Paris. ¶ Circa istam materiam, vide Math. no. 43.

1 *Necessariæ expensæ sunt quas maritus habet necesse facere, & quæ dicantur. numer. 3.*
2 *Vir an teneatur facere vtiles impensas ex necessitate contractus.*
4 *Impensæ necessariæ in petitione hæreditatis, vel rei vendicatione dicuntur quando sunt ex parte rei.*
5 *Curator repetit impensas actione negotiorum gestorum.*
6 *Expensæ factæ per maritum in exigendis debitis in dotem datis quando computentur mulieri.*

1 §. Necessariæ. Not. hic & in l. & in totum. in prin. ꝙ † necessariæ, impensæ sunt, quas maritus habet necesse facere, aliàs teneretur. ¶ Contra maritus tenetur facere impensas vtiles, vt j. eo. l. pen. & s. titu. j. l. fin. ergo vtiles sunt necessariæ. Huius timore gloss. hic positæ se inuoluunt. Dicit enim prima gloss. ꝙ debet intelligi hic de necessitate ex parte rei: quia aliàs si non fieret, res periret, vt l. impensæ. j. eo. Sed hoc est cõtra tex. s. & in totum, vbi inspicitur necessitas ex parte personæ. Est enim necessitas ex parte rei, vt qñ domus periret, oportet quòd reficiatur. Est etiam necessitas ex parte personæ, vt qñ lex imponit personæ necessitatem, vt faciat: sed de qua necessitate loquatur, Gl. inuicem variant hic, & in d. l. & in totum. Et vide hic gl. in verb. impendendi. quæ incipit. A. l. impositam. ¶ Pro cuius † declaratione quæro, an vir teneatur facere vtiles impensas. Et videtur ꝙ non: quia quæ fiunt ex necessitate contractus, nunquam veniunt in actione mandati, vel negotiorũ gesto. sed in actione ex eo contractu. l. hæredes. §. si vnus. suprà famil. ercis. & l. si communes. de nego. gest. Sed impensę vtiles repetuntur à viro per actionem mãdati, vel actionem nego. gest. vt l. j. §. sed nec ob impensas. C. de rei vxo. act. ergo non debet vir eas facere ex necessitate contractus, & hoc est verum. Non obstat l. pen. infrà eo. quia ibi dicit, quòd debeat res tueri, non quòd debeat augeri. Non obstat. s. tit. j. l. fi. quia intelligitur quòd debet acquirere non faciẽdo expẽsas de nouo: sed lucra sibi obuenientia agnoscere, & non repudiare, sm formã l. seruus dotalis. suprà tit. j. & l. si communes. s. de nego. gestis. Nũc ad propositum dico, † ꝙ impensę necessariæ dicuntur, quæ habẽt necessitatem ex parte rei, & ex parte personæ simul. Nunquam. n. est necessitas personæ mariti, nisi subsistat necessitas rei. Et ita sentit Hugo. in l. & in totum, in prin. quod est verissimum. † Prædicta vera cum tractatur de impensis in rebus dotalibus factis: sed in petitione hæreditatis, vel in rei vindicatione, in quibus bonæ fidei possessor non tenetur ad aliquid, solum inspicitur necessitas ex parte rei, vt dicantur impensæ necessariæ, vt dicit glo. in l. & in totum, & bene. ¶ Vna obiectio restat † de curatore qui repetit actione nego. gest. & istud teneo, & semper tenui, nec vnquam reperi contrarium. ¶ Oppo. infrà eo. l. impensæ. Sol. vt in glo. ¶ Venio ad vers. necessariis. Quæro mulier[a] dedit in dotem † nomina debitorum, maritus fecit expensas[b] in exigendis debitis, an illæ expensæ computentur mulieri? Glos. hic dicit quòd non: quia illud non est impẽsum in rem mulieris, & ita dicit casum esse hic. Et vide glo. in verbo non sunt, quæ incipit, Nec ad perpetuam. ibi, Conuenisse videtur, & signa eam, & no. quia singularis est. Specu. tractat hanc quæstionem in titu. de dote post diuor. restituen. §. fi. versi. illud etiam quæritur, & ibi recitat opinionem antiquorum, scilicet Ioan. & Guarnerij, qui Guarner. fuit in contraria opinio. ¶ Et pro ista gloss. facit. C. de bonis mater. l. j. & de bon. quæ libe. l. fin. §. vbi autem. vbi videtur casus in contrarium: quia si impensæ fiant gratia rerum deducuntur de fructibus, vt l. si à domino. §. fin. suprà de petitio. hæredi. & suprà titu. j. l. fructus, & l. diuortio. §. impendia. ¶ Præterea istæ impensæ in exigendis, vel conueniendis debitoribus videntur necessariæ: quia eis non factis maritus teneretur, & suum esset periculum, vt dixi s. tit. j. l. Mæuia. in prin. & in hac opin. est Guar. Nec ob. l. j. de bo. mater. & de bon. quæ libe. l. fin. §. vbi autem. quia ibi pater percipit fructus propter patriam potestatem, non propter aliquod onus quod ipse sustineat: quia etiam si nullum onus sustineret, & ipse perciperet, merito de illis fructibus debet facere impensas. Sed hic vir percipit fructus propter onera matrimonij. Si ergo de illis debet facere impensas in conueniendo debitores, iam in duplicem causam computarentur, cõtra l. quod Labeo. suprà de compensa. ¶ Quid dicemus? Dico sic. Quãdoque datur in dotem nomen æstimatum, & sic periculũ est mariti;

ADDITIONES.

a ¶ Quæro mulier. Vide Bald. in l. 2. C. de actio. & obligat. & in l. per diuersas. in v. quæst. C. mand. Bal. in l. 3. C. de fal. causa. dicit hanc glo procedere in expensis paruis. De quo not. per Bar in l. qui se debere. in vltima quæstio. suprà de condict. cau. dat. Et ad istam gl. vide gl. in l. Mæuia. §. fin. suprà tit. j. nota per bal. in l. j. C. de bonis maternis.
b Barb. ¶ Maritus fecit expensas. Vide bal. l. in l. 2. C. de actio. & oblig. & habetur in l. j. C. de bon. mater. & vide ibi ang. & doct. in c. indicante. de testib. bal. in l. j. & l. C. manda. & in l. per diuersas eod. titu.

mariti: & tunc sine dubio non repetit impensas. l. si nomē. ff. de hæredi. vel actio. vendi. Dixi in l. Mæuia. in princ. suprà tit. j. Quandoque vir accepit nomen debitoris in dotem simpliciter, & tunc dico quòd omnes impensæ legitime factæ, in exigēdis nominibus debitorum debent deduci de dote. Pro hoc do glo. quæ hoc dicit in simili. C. manda. l. per diuersas. in gl. magna, vbi dicitur, quòd qñ nomen datur, tantum videtur dari, quantum potest consequi deducta impēsa. ¶ Venio ad versi. proinde. & in eo quòd dicit, quod præstitit ex stipulatione damni infecti interesse, intellige si vxori erat vtile magis præstare, quàm domum pro derelicto relinquere. l. si quis putans, communi diuid.

LEX II.

Vel in valetudinem. Op. ff. tit. j. l. diuortio. §. impendia. Sol. hic in impēsa magna, ibi in parua, quòd facit ad quæstio. quam ibi dixi.

LEX III.

Vel si vites propagauerit.

a §. Nos. No. regulam, Aut impensa fit ad perpetuam [a] rei vtilitatē, aut ad vtilitatem illius anni. Sed circa hoc quęrit glo. quid si fit expensa ad vtilitatem x. anno. Et respondet, quòd dicitur expēsa necessaria, & venit deducēda. quod nota. Hoc intellige verum, si post impensas factas matrimonium statim est solutū. Sed si matrimonium non esset solutum, tunc per totum decēniū perderet expensas cum fructibus. arg. l. diuortio. §. quod in anno.

b ff. tit. j. Item si matrimonium durauit per mediam partem temporis, medietas tantum quæ respicit vtilitatem futuri temporis veniet repetenda. arg. d. §. quod in anno.

ADDITIONES.

a ¶ Ad perpetuam. Dixit tamen gl. in l. in fundo. suprà de rei vendi. ꝙ expensa quæ fit principaliter causa percipiendorum fructuum, non dicitur fieri ad perpetuam vtilitatem, & ita dicit ibi Bar.

b ¶ in anno. Sed ille tex. non bene facit, sed bonus text. est in l. domos. de lega. j. & ibi vide Moder. de istis impensis factis, & no. bene quando fit vtilitas ad certum tempus, vide quæ dixit post imo. in d. l. domos.

LEX IIII.

Et in totum. Ex principio sume regulam, quæ impensæ dicantur necessariæ, quod declaraui ff. e. l. j. in prin. ¶ Ex fi. not. ꝙ sufficit ab initio interesse, licèt postfacto desierit: quod tractat Dy. hic: & plenius per Cy. in l. ad comparādas. C. manda. Dixi in l. qui autem. §. j. ff. si quis cau.

LEX V.

1 *Impensæ factæ circa fundum dotalem quando minuant ipsum fundum.*
2 *Dos est quoddam nomen iuris.*
3 *Et quid sit dicere nomen iuris.*
4 *Maritus si vult, an potius possit repetere impensas, quàm habere fundum.*
5 *Mulier si vult dimittere fundum viro, & impensas non soluere, an vir possit contradicere.*
6 *Dos propter impensas quando videatur de nouo dari.*
7 *Dote crescente propter impensas, an habeat locū authen. sed iam necesse. C. de do. ante nup.*
8 *Impensas vtiles an teneatur facere maritus.*
9 *Feudo in auito vnus fratrum commisit feloniam & amisit feudū, dominus remisit, an videatur de nouo datum, an remaneat auitum, quod remanet.*
10 *Compensatio quòd non fiat ipso iure.*

Quod dicitur. Expensæ necessariæ in dotem factæ minuunt dotem, & quātitatem in dote cōtentam, non corpora dotalia: secus si extra dotem sint factæ. Item muliere soluēte eas, dos crescit. h. d. Et est subtilis & difficilis multum, & diuiditur in quatuor partes vsque ad §. si dos. ¶ Primo declarat regulam de dote minuenda propter impensas non porrigi ad corpora: & hoc probat per absurdum, & marito cōsuluit. Secūdo declarat regulam pertinere ad quantitates. Tertio declarat regulam nō pertinere ad expensas factas extra dotē. Quarto determinat vnam quæstionem, circa prædicta, vsque ad §. si dos. Secunda ibi, manebit igitur. Tertia ibi. hoc de iis. Quarta ibi, sed si impēsis. ¶ Opp. hic † dr ꝙ corpora non minuuntur pp impensas. Contra de l. si is. §. quod dicitur. suprà de iure dotiū. Huius timore sunt hic in gl. magna quatuor opinio. Prima quòd non minuitur corpus propter impēsas. s. ab initio, vt hic. Sed si mulier cessat soluere per annum, tunc minuitur, vt in contrario. Vide gl. magnā quæ incipit. i. vniuersitatis. ibi, sed si postea mulier. & ibi, sed si marit⁹. Ista opinio non placet gl. nec docto. qa ibi vř tex. quòd ab initio minuatur. Vnde alij dicūt, quòd statim minuitur corpus, sed muliere soluente intra annum finitur non esse minutum, quę opinio non est vera. Nam in ɔrio Scæuola dicit, Aut impensæ æquiualent toti fundo, & totus fundus desinit esse dotalis, vt ibi: sed qñ æquiualent parti, nihil dicit. Vnde alij dicūt, quòd aut æquiualēt toti fundo, & tunc totus fundus desinit esse dotalis, vt ibi. Aut æquiualent parti fundi, & pro parte non minuitur corpus, vt hic. Ista solutio est contra tex. huius l. vbi reputatur absurdum deminutionem fieri in totum, vel in partem, ibi, cæterum hæc res, &c. Vnde alij dicunt ꝙ ibi ponitur opinio Scæuolæ: hic Vlpiani qui eum manifestissime reprehendit. & ista est vera. Et vide d. magnam glo. ibi, vel illud quod dicitur, &c. ¶ Vt ergo hic examinemus, arguo primo pro Scæuola, pro quo facit, quòd debem⁹ leges legibus cōcordare. l. j. C. de inoffic. doti. Secundo, quia ibi in tex. dicitur, desinit. Itē ibi in tex. dicit reuertatur, ergo desinit esse dotalis. Itē dicit, quòd est ratio, quia pars fundi desinit esse dotalis ne inducatur communio, quæ ratio cessat, quando impensæ æquiualent toti fundo. Et istam rationē ponit Ioan. in ɔrio. Et hanc opin. Scæuolæ, vt distinguamus, an expensæ æquiualeant toti fundo, vel parti, tenet glo. C. de rei vxor. actio. §. sed nec ob impensas, vt ibi tenet Iac. de Rauen. & Cy. Insti. de actio. §. fi. & Dy. ¶ In cōtrarium cōtra Scæuolā probatur, quia in l. ɔria dr manifesta iniquitas, &c. Itē: quia ibi dr, impleatur. Tertio per rationem. Nō deber esse deterior conditio mulieris, quàm alterius, imo melior, vt l. j. ff. tit. j. Sed si alius expēdit in rem meā necessario plus q̄ valeat, nō desinit res esse mea. l. si seruos. ff. de pig. actio. ergo &c. Præterea pone si seruus dare deberet dño plus quàm habeat in peculio, an corpora desinant esse peculiaria: casus est ꝙ nō in l. peculium. §. si ære alieno. ff. de pecu. Præterea ɔ Scæuolā est hic text. in versi. cæterum. ꝙ iniquū est minui in totum, vel in partem. Sed ad hoc vidi rñderi hoc modo, exponendo sic versic. cæterum. hæc res faciet desinere fundum esse dotalem, subaudi. s. totū, eo casu quo impensa æquiualet toti fundo, quod est verum. Sequitur, vel partem eius, subaudi. s. eo casu, quo æquiualet parti fundi, quod est absurdum. Sed hæc expositio est manifeste ɔ tex. qui dicit vtrunq; absurdū. Itē ɔ tex. quia rō tex. quare nō fit deminutio, est: qa nō fit ɔpensatio speciei ad quantitatem, vt patet in vers. manebit igitur: teneo ergo opinio. Vlpiani, reprobata opinio Scæuolæ. ¶ Ad contrarium respon. & dic ꝙ nos debemus leges legibus concordare si possumus. Sed hic non possumus: quia directe ɔtradicunt. Non obst. quod ibi dr, desinit: quia ibi loquitur ſm opin. Scæuolæ reprobatā per Vlpianum. Nō obstat quod dr, reuertatur: quia est impropria locutio: sicut verbū reddere, ponitur pro dare. l. cum quidam. de leg. ij. & l. verbum reddendi. de ver. & rer. signifi. Non obst. rō Ioann. quia non est illa rō, ne inducatur cōmunio: sed illa, quia speciei ad quantitatē non fit ɔpensatio, vt hic. ¶ Opp. dr hic deminutio fit pp impensas necessarias quando pecunia est in dote. Cōtra, in pecunia non pōt fieri impensa necessaria. Sol. Gl. intelligit, ꝙ in dote erat corpus & pecunia, secus si pecunia tantū. & vide gl. quæ dicit qñ corpus inæstimatū, &c. Et sic habes quod qñque est pecunia, seu quātitas tm̄ in dote, & non fit dotis deminutio pp impensas, neque rei in dote cōprehensæ. Qñque est corpus tm̄ in dote, & tunc fit deminutio dotis, id est, iuris. Qñq; est corpus, & quantitas seu pecunia in dote, & tunc propter impensas necessarias deminuitur pecunia. ¶ Opp. hic dr, qđ vir remanet in detentione rerum. Contra. C. de rei vxo. actio. §. sed nec ob impensas. Solu. Quidā dnt, ꝙ id, quod hic dr, manebit, igitur, &c. corrigitur. Dic verius ꝙ §. sed nec ob impensas loquitur de impensis vtilibus vel voluptariis, sed pro necessariis ɔpetit retentio, vt hic, ideo non corrigitur. ¶ Quæro, dr hic, nec. n. ipso iure corporum, sed dotis fit deminutio. Quid vult dicere? Gl. mirabiliter declarat, ꝙ dos est quoddam nomē iuris, sicut hæreditas, peculiū, & similia, quod no. & declaraui ff. tit. proximo, in rubrica. ¶ † Quæro quid est dicere, nomen iuris? Respondeo. i. nomen eius, quod est ius. Vel dic. i. nomen à iure inductū. Primum plus placet. Ista aūt nomina iuris quædam sunt particularia, vt obligatio, seruitus & similia: & de istis loquitur Insti. de re. cor. & incor. l. j. §. quædam præterea. ff. de rerum diuisio. Quædā sunt nomina iuris vniuersalis, & ista quādā ɔtinent vniuersitatē personarum, vt populus, collegiū & similia. l. proponebatur. ff. de iud. & l. mortuo. ff. de fideiuss. Quædam sunt nomina iuris vniuersitatis rerum tm̄, vt grex. Quædam sunt nomina vniuersitatis iuriū & rerū, vt hæreditas, peculiū, dos, patrimonium & similia: & de hoc non multū curo. ¶ † Quæro quid si vir vult potius repetere impensas, q̄ habere fundū. Glo. mag. hic dicit, ꝙ pōt, ibi, sed si maritus, &c. Mihi vř, ꝙ ista qō sit fundata super illa opin. quam ff. reprobaui. s. tenendo, ꝙ pp impensas æquiualētes toti fundo, fundus desinit esse dotalis, tunc enim est qō. Quæro quid si vir velit restituere fundū, & repetere expensas, sed vt dixi, nunquam fundus desinit esse dotalis, nec vir pōt retinere muliere volente soluere, ſm opi. Vlpia. Dēt ergo sic formari qō. † Quid si vxor vult apud virū dimittere fundū, & impensas non soluere, an vir possit ɔdicere? & tunc bene procedunt leges allegatæ in glo. Pro quo vř casus infrà proxi. §. In contrarium arguitur per Dy. ĵ. de aqua plu. arcen. l. is cū quo. & ĵ. de dam. infe. l. prætor. §. hoc edictum. l. & si forte. §. etiam. ff. si ser. vind. & l. cum fructuarius. ff. de vsufru. Dy. determinat, quòd sit in electione viri. per le. j. C. de his qui veni. æta. impetra. ne vir legis authoritate decipiatur, vt l. omnino. infr. eo. & ibi dicam. ¶ Quæro, † vtrum aliquo casu dos videatur de nouo dari pp impensas? Breuiter ſm opinionem istorū vř ꝙ sic, si solus fundus esset datus in dotē, & impensæ æquiualerent toti fundo, & sic dos esset extincta. Soluendo ergo impensas vř de nouo dari. Sed ſm opinionem, quā teneo, non pōt videri dos de nouo constitui, sed constituta augetur. Aut enim sola quātitas est in dote, & impensæ necessariæ non possunt constitui. Aut est in dote quantitas & corpus, & tunc dos non pōt extingui pp impensas, vt dixi. nisi forte poneres, ꝙ illud corp⁹ naturaliter perimeretur. augeretur ergo dos qñ impensæ redduntur. ¶ Venio † ad vnum dubiū. Dos crescit quādo impensæ redduntur, an tunc habeat locum aut. sed iam necesse. C. de dona. ante nup. quòd debeat reddi in

in rebus immobilibus ſm formã dictæ authenticæ? Cogitabitis.
8 ¶ † Vltimo quærit Dy. quid de impensis vtilibus. Vr idem, quod vir habeat necesse eas facere, vt no. ſ. eod. l. i. in princip. ſed illud ibi reprobatur in expensis vtilibus, tene quod dixi in l. vtilium. ỹ. eo.
a ¶ Hæc lex a (per gl. hic in verb. creuisse. ibi, & est hic arg.) induci-
9 tur † ad q̃onem de feudo. Et præmitte b φ si sint plures fratres
b habentes feudum auitum, vno decedente transit ad alios fratres: secus si erat feudum ipsi fratri decedenti concessum, & probatur x. col. de succes. feu. cap. j. Pone ergo, φ vnus fratrum cõmisit feloniam, & amisit feudum, dñs remisit illi feloniam, an videatur de nouo datum, vt sic non sit auitum, an videatur esse illud idem feudum quod primo erat? Et hæc lex est in arg. φ antiquũ feudũ duret sicut antiqua dos dicitur durare & crescere, & hoc probatur decima colla. de vasallo decrepitæ ætatis. §. j. not. de prohibita feu 1 di alie. per Fridericum. c. Imperialem. §. insuper. & ibi glo. determi- 2
10 nat, φ ibi videt̃ auitũ. ¶ † Vltimo lex nostra determinat opi. que 3 fuit inter glossatores nostros, an compẽsatio fiat ipso iure, vel sit necesse, φ opponatur ab homine: De quo. ſ. de compen. l. si quid à fideiussore. & l. si constat. C. de compen. & Insti. de actio. §. in bonæ fidei. sed hic habes casum in verſ. hoc de iis, &c. Nã speciale est in impensis necessariis in dotem factis, vt fiat compensatio ipso iure, si in dote est quantitas. Sed quid de impensis factis extra dotem? Certe ipso iure nõ compensaretur, nisi opponeretur ab homine. Et pro hoc est casus. infrà. proximo §.

ADDITIONES.

a Poma. ¶ Hæc lex. Vide Ale. conſ. 105. ante fin. in 4. volumine. alias 107. & conſ. 2. in 2. volumine.

b Et præmitte. Adde glo. in l. peculium. §. si cre. de pecul.

1 *Dos tota si soluitur sine deductione impensarum necessariarũ, qua actione agatur. Et quomodo in hac actione formetur libellus.*

§. Si dos. Tota dos soluta sine deductione impensarum necessariarum indebiti condictione condicitur. h. d. ¶ Opponitur de l. si in area. ſ. de condictione indebiti. Solu. Glo. dicit, solue, vt supra de cõdictione indebiti. l. qui exceptionem. §. si pars, quasi dicat in l. si in area, restituebatur res quæ erat illius, cui restituebatur. Et sic nullum negotium inter eos gerebatur, vt ibi. sed hic transfertur dominiũ à restituente, in eũ cui restituitur, & sic inter eos negotium geritur, & sic potest oriri condictio in- debiti, vt d. §. si pars. ¶ Sed contra hoc videtur, quòd dos, quæ resti- 2 tuitur, est debita, & pro impensis vir habet actionem de dote, vt l. omnino. infra eo. ergo vir non habet condictionẽ indebiti, vt supra de condictione indebiti. l. qui inuicem. & infra tit. j. l. si cũ dos. in prin. quæ allegantur in glo. pro concordantia, & tamẽ sunt cõtrariæ. Sed contraria loquuntur, qñ compensatio non fit ipso iure: sed hic fit ipso iure in necessariis impensis, merito tãquam in-
1 debitum, repetitur, vt no. d. l. qui inuicem. ¶ † Sed tertio instatur, quare de hoc fuit quæstio inter Iurisconsultos? Si enim est ipso iure indebitũ, sine dubio cõdictio indebiti cõpetit de rigore. Respondeo. In dote sunt consideranda duo. Primo ipsum ius dotis, prout est nomen iuris, & cuiusdam vniuersitatis, & istud pro iure minuitur ꝓpter impẽsas, vt in principio huius legis. itẽ sunt corpora dotalia, & illa non deminuuntur, vt supra dixi, sed quantitas sic. Aut ergo soluitur plus debito quantitas, & tunc repetitur per condict. indebi. secũdum omnes. Aut soluitur plus debito ipsum corpus quod solũ erat in dote, & tũc si ipsum corpus inspiciatur, non haberet locum cõdictio indebiti: quia debebatur: sed debet vir repetere per actionẽ de dote, vt l. omnino. infra eo. & d. l. qui exceptionẽ, & l. si cum dos. Aut cõsideramus ipsum ius dotis, quod erat deminutũ, & illo respectu videtur solutũ plus debito, & sic habet locum condictio indebiti: quia nõ debebatur: sed debet vir repetere, & ita loquitur hic. Et sic in libello dicã totã dotẽ solui in debite. Vel agitur aliter condictione indebiti, secundũ qđ dicitur in l. qui exceptionẽ. §. si pars. supra de condictione indebiti, tamẽ primum, plus mihi placet.

§. Vtiles. Istum §. cum l. seq. prosequere, vt in glo.

LEX VII.

Voluptariæ. Opp. φ pictura sit vtilis expensa, vt infra eo. l. qđ si hæres. Solu. Verũ est in re quam quis venalẽ habet: qa melius vẽditur: secus in re quã qs hẽret ad vsum suũ: qa eodẽ mõ vtitur sine pictura, atque cũ pictura. Quæro qua actione istæ impensæ vtiles repetantur. Dic vt in glo.

LEX VIII.

Vtilium. Iurisconsultus hic incipit tractare de omnibus impensis cõiter vsq; ad finem. Mulier tenetur ad impensas vtiles si eius voluntate factæ sunt, vel aliunde soluere potest: alias secus. h. d. ¶ Op. C. de rei vxo. actio. l. j. §. sed nec ob impẽsas. Soluunt quidã φ hodie indistincte cogitur mulier istas impẽsas restituere, & in hoc ista iura antiqua videtur corrigi per noua. Vel dic φ illa intelligatur ſm istã. Aut sunt factæ impensæ voluntate mulieris, & tenetur. Aut sine, & tunc aut potest aliunde soluere, & idem, vt in contrario. Aut non potest aliunde soluere, & nõ tenetur, vt hic. Non. n. tũc videtur vtiles, cũ non expediebat mulieri, & hanc tenet Dy.

LEX X.

Pro voluptariis. Mulier debet pati virũ tollere qđ voluptarie impendit, si ablatum viri cõmodo cedat, aliàs secus: & si nõ patit̃, debet soluere. h. d. Gl. signat argumenta ɔtraria. ſ. de iure do. l. cum in fundo. §. diuortio. in fin. Sed ibi ex detractiõe vsusfruct⁹ põt vtilitas percipi, vt suprà tit. j. l. vsufructu. hic ex detractione impensarũ voluptariarum non secũdum Dy. Item petit ibi quod suum est, ideo sibi restituitur.

LEX XI.

In voluptariis. No. istum casum. Nã q de eo non recordaretur, deciperetur: cum gl. dicat cõtra istam legem, insti. de actio. §. pe. & Dyn. eam reprehendat.

LEX XII.

1 *Negotiorum gestor repetit expensas minimas: secus in dote.*
2 *Doctis actio duplex: est scilicet directa, & contraria.*
3 *Expensa modica dicitur arbitrio iudicis.*

Omnino. In actione de dote de impensa modica nõ curatur: secus in actione negotiorum gestorum. h. d. ¶ Quæro pro declaratione literæ, qđ vult dicere versiculus, alioquin negotiorum, &c. gl. exponit primo, φ impensa modica non repetitur, impensa magna venit in actione negotiorũ gestorũ, qđ non placet. Primo: qa nõ ɔgruit literæ. Secũdo per rõnem. Impensa necessaria fit ex necessitate ɔctus dotalis, vt ſ. e. l. in totum. ergo non venit in actione neg. gesto. l. hæredes. §. si vnus. ſ. fami. erci. & l. si cões. ſ. de neg. gestis. & hoc prout intellr̃ de necessariis impensis. sed si hãc legẽ velles intelligere in voluptariis, procederet dicta expõ. Exponunt† ergo alij secundo modo. Et dicunt, expensæ
1 necessariæ modicę nõ curant̃ in actione de dote: si aũt diceres aliter, sequeretur φ nulla esset dña inter actionem de dote, & actionem negotiorũ gestorũ in qua curatur de minimis. ista est bona expõ. ſm quã summaui. Et est rõ ſm Pet. quia negotiorum gestor nihil lucratur, ideo modicã impẽsam repetit: sed vir lucratur fructus, iõ modicas impensas nõ repetit: hoc etiam inducit societas vitæ inter eos, vt sic inuicem infesti esse nõ debeãt. Sed ad hoc op. iudicium de dote nõ vr̃ posse adaptari ad impẽsas, cũ illa actio cõpetat mulieri & non viro. Et huius timore qdã dñt, φ loquitur de impensa facta à muliere in rebus viri, quod est ɔtra mentẽ literæ. Sumus. n. in materia de impensis in rebus dotalibus factis. non in
2 rebus viri. Vnde Rog. † dicit, φ actio de dote est duplex. s. directa & contraria. Secundum Rog. directa datur vxori, ɔtraria dat̃ viro pro impensis: sicut in actione pignoratitia, depositi. & simili. Sed gl. dicit, φ de hoc ɔrio non meminit se legisse. Vñ intellige iudicium dotis cõpetere viro pro impensis hoc est deductionẽ ex dotem nam vxore agente vir excipiet. Mihi placet opi. Rog. φ sit in a-
a ctione de dotẽ ɔria. Primo per casum huius legis. Secundo per rationẽ: quia ea quæ fiunt ex necessitate ɔctus veniunt in actione ex eo cõtractu. l. hæredes. §. si vnus. ſ. fami. erci. sed impensæ necessariæ fiunt ex necessitate cõtractus dotis. l. & in totũ. ſ. eo. ergo ea actione repetuntur. Preterea actio de dote est bonę fidei ex parte viri & vxoris, vt dixi ſ. tit. j. l. de diuisione. ergo in eã debet venire quicquid est æquũ, vt Insti. de actio. §. in bonæ fidei. Præterea, non video æquitatem, quare in hoc ɔtractu nõ cõmpetat viro contra-
b ria de dote, sicut in aliis, b de quib. ſ. dixi. Tene ergo, quòd actio de dote est directa, & contraria, vt hic in tex. ¶ Redeo ad primã gl. & opp. φ impensæ etiam modicæ repetãtur, vt l. sed si mors. §. ñ. ſ. de don. inter virum & vxorem. Solu. ibi non erant modicæ. ¶ Opponitur de l. quod si vir. de dona. inter virum & vxorem. Glo. aliquãtulum se inuoluit. Dic clarius, quòd si vir vult donare potest, vt in contrario. Sed in dubio si est impensa magna, non præsumitur donare: secus si modica, vt hic. ¶ † Quæro qualiter dicatur modica.
3 Dic quòd est in arbitrio iudicis, & ista est bona.

ADDITIONES.

a ¶ Casum huius legis. Et ideo dicit Bal. quòd hic in gl. traditur doctrina, quæ nõ est alibi, quòd directa, & contraria non habent locum, nisi in casibus à iure expressis. ita dicit ipse in cap. in fine, quid procedere debeat, an inuestir. & etiam in l. edita. de eden. & allegatur Ang. & imol. in l. j. suprà tit. j. Et cum ista opinione Bal. videtur concordare Ang. in l. diuortio. § si vir. in fi. suprà tit. j. & Pau. de Cast. in § impendia. ead. l.

b ¶ Sicut in aliis. Et colligitur etiã ex doctrina tradita per Bart. in l. curatoris. de neg. gest. dum loquitur de contractũ pign. & neg. gest.

LEX XIII.

1 *Qui percipit fructus, tenetur soluere collectas, & tributa.*
2 *Res dotalis non dicitur in bonis viri quo ad onus personale: sed quo ad onus reale.*
3 *Vir tenetur soluere pro fundo dotali onera quæ imponuntur personæ, pro rebus.*

1 a Neque stipendium. † Qui percipit fructus dẽt tributa, & collectas soluere. h. d. Nota hanc legem. ¶ Op. ỹ. ad münic. l. Lucius. §. idẽ rñdit constan-
2 te. Solu. † Illud verum, φ quo ad onus personale res dotales nõ dicuntur in bonis viri. Secus quo ad onus reale, vt hic, & l. hactenꝰ.
3 ſ. de vsufru. cum si. † Idem in eo quod imponitur personis pro rebus, vt collecta, spectat. n. ad virum, vt in gl. C. de mulier. & in quo loco. l. j. lib. x. Et hoc tenet Spec. in ti. de censib. §. nunc dicendum.

ADDITIO.

a ¶ Collectas soluere. Et idem not. gloss. Barto. & doct. in l. j. C. de mulie. & in quo loco. libro x. & Barto. in l. Lucius. §. idem respondit constante. ff. ad municip. & Specu. in titu. de censi. §. nunc dicendum, versicu. fin. ille enim qui fructus percipit, & possidet ad talia munera vocatur. l. hactenus. & l. si pendentes. § si quid cloacarum. ff. de vsufruct. & l. j. C. de a . . . o. & tribu. libro x. & l. si sine hærede. §. Lucius. infrà de admin. tut. l. fructus. C. de actio. empt. leg. in summa. C. de pig. sed maritus est de talibus. l. pro oneribus. C. de iure dot.

dot.l.dotis fructus.§.si res.suprà de iure dot.& l.pomponius.§.in dotem.ff.de acqui.poss. & l.vnica.C.de vsuc.pro dot.ergo,&c.in tantum quòd si essent munera,non tantũ realia, realia enim sunt,de quibus dixi in l.voluntariæ.C.de execu.tut.sed etiã personalia,de quibus personalibus muneribus conueniri possit mulier,debet conueniri vbi vir eius incolatum habet,d.l.j.C.de mul.& in quo loco.l.fi.& C.de incol.lib.x.l.fi.§.item rescripserunt mulierem.ff.ad municip.Consuetudo.n.in talibus attendi debet,vt est casus in l.si sine hærede.§.Lucius.infrà de admin.tut.cum simil.ibi allegatis.vbi habetur quòd valet consuetudo etiam contra ius commune in talibus oneribus,& in tantum quòd dicit Bal.in l.omnes populi, in pen. col.in vers.sed pone,statuto cauetur quod mulier,&c.de iusti.& iure,quod etiam si statutum,vel consuetudo loquens in talibus onerib.dicẽdo quòd nullus ciuis originarius teneatur ad talia onera,extendetur etiam ad eum qui est ciuis ex priuilegio,vt ipse etiam non teneatur. Vide no.Bart.in l.si maritus si in magistratu.§.j.ĩ.de adult.& in cons.inci.punctus talis est quidam,&c.vbi dicit quòd consuetudo talis disponens in ciue,locum etiam sibi vendicat in ciue ex priuilegio,& idem dicit Bart.in l.si non speciali.C.de testa,& in l.siue possidetis.C.de proba.& in l.3.§.hæc verba.de neg.gest.& in l.ciues.C.de appe.& in l.2.C.de iure aur.annu.& in l.in vrbe.post Cy.per illum text.ff.de statu.homi.& late per Pet.de Anch.in repeti.cap.canonum statuta.de consti.in vers. Secundo pone,statuto cauetur,& quod not.Bar.& doct.in l.si is qui pro emptore.in fi.3.quæstione prin.ĩ.de vsuc,& in l.j.infrà ad munic.cum simil.quòd priuilegium ciuitatis cum non sit de casibus reseruatis principi,possunt etiam antiani, & consules ciuitatis sic habentes administrationem concedere,vt per Bar.in l.2.infrà de iure immuni.& in l.vacuatis,de decurio.lib.10.& Spec.in tit.de censi.§.nunc dicendum,vers.quid si vniuersitas alicuius,& ibi Ioan.And.in addit.incip.& per hanc legem.& do.Ant.& alij in c.peruenit.de immun.eccle.Legitur & notatur in c.auditis.de restit.in integrum.vbi habetur,quôd ciuitas,& vniuersitas possunt hoc concedere.& l.fi.§.idem rescripserunt,ad municip.glo,& doct.in l.origine.C.de munic.& origin.lib.10.Bald.& doct.in l.cum quædam.de iurisd.om.iud.Iste enim non est de casibus reseruatis principi,c.quòd translationem.cum ibi no.de offi.delegati.c.nuper.cum nota.de sententia excommu.Spec.in tit.de lega.§.nunc ostendendum,vers.legatus igitur quicunque,& gl.2.quæst.3.cap.1.& quod nota.xv.q.2.in summa,quod priuilegium seruãdum est.l.decurionibus.C.de silen.lib.12. cum similibus: talia enim onera possessorem,seu successorem in possessionem vndique sequuntur.l.1.& 2.C.sine cen.vel reliq.l.licet.C.de iure dotium.etiam si alius sit in æstimo descriptus,vt declarat Bal.in l.si negotium.C.de neg.gest.& in prin.C.sine censu,vel reli.& sic qui rem in alium transtulit,ab onere liberatus est.Facit ad hoc quod not.Specu.& Io.And.in tit.de cler.coniug.in ver.ad huius.& vers.seq Vxor enim nõ habet neque dominium,neque possessionem neque fructus.l.doce.de rei vend.& l.si prædium.C.de iure dot.Item quia si sic esset, sequeretur quòd de vna,&eadem re duplex collecta esset solnẽda,scilicet.vna à viro,alia ab vxore,contra no.per gl.& doct.in d.l.j.C.de mulie.& in quo.lo.li.10.& gl.in l.honorem sustinenti.ff.de mune.& hono.Inno.in c.cum nõ sit.de deci.& Bar.& doct.in l.fina.§.quoties.ff.de public.& Bal.in l.j.§.quibus.in 2.q.prin.ff.quod cuiusque vniuer.no.Pet.de Anch.in clem.præsenti.de censi.adde primæ partis huius apostillæ omnino,quæ consuluit Pau.de Cast.cons.89.inci.posset quis dicere.vol.2.vbi ponit an mulier debeat subire onera in loco patrimonij, vbi habet bona,licèt mutauerit domicilium ,& quid si ciuis nouellus sit creatus cum hoc quòd non fiat præiudicium villæ, an si postea in eadem villa emat bona,an tenebitur ad onera,vide Bald.consilio 123.cum sequent.3.volum.

LEX XIIII.

1 *Colonus quando teneatur facere aggeres,& fossata.*
2 *Fossata,& aggeres veniunt in venditione.*
3 *Quæ recepta sunt,de consuetudine regionis veniunt in contractum.*
4 *Cautela vt probetur consuetudo.*

Impensæ.ᵃ Declarat per exempla, quæ dicantur impensæ necessariæ.ᵇ Nota quòd aggeres facere,& fossata,est impensa necessaria.Habui † hoc anno consulere,quòd quidam conduxerat multum terrenum à communi, quærebatur an conductor teneatur scalpere,& purgare aggeres,& fossata?Videtur quòd nõ debeat facere nec mandare,nisi sit actum.l.si in lege.§.si domus.suprà loca.cum quadam glo.quæ est ibi.in verb.efficerent.In contrarium videtur:quia † aggeres, & fossata veniunt in venditione.l.prædia maritima.§.ita legatum.infrà de fundo instr.ergo & in locatione,cum eisdem regulis venditio & locatio cõsistãt,vt l.2.suprà loca.Bř dico sicᶜ quòd primo inspiciatur cõsuetudo regionis:† quia ea quæ in consuetudine regionis sunt,veniunt in contractum l.circa.C.locati.&C.de agric.& censi.l.domini pdiorũ.& l.si prius.§.j.ĩ.de aqua plu.arcẽ.& l.sp in stipl'onibus.ĩ.de reg.iur.& l.φ si nolit.§.qa assidua.ĩ.de edil.edic.Et iõ † ꝯsulo tibi,φ facias positionẽ de consuetudine.vt in actis appareat.ᵈ Si vero ñ apparet de cõsuetudine:tunc qñq; debẽt mũdari ad vtilitatẽ perpetuã,vel longioris tpis,quã sit tps ꝯductionis:& istud nõ dẽt facere colon⁹,vt hac lege.Ponit.n.inter istas expensas necessarias quas vir repetit,& nõ cõpẽsat cũ fructib.& sic nõ teneť facere colon⁹,vt hic,ꝯiuncta l.3.nos gñaliter.s̃.eo. Prædicta vera,ꝯductor ꝯduxisset p illo tpe,quo dẽt durare vtilitas seu impensa,vt dixi s̃.eo.l.3.§.nos gñaliter.Si vero sunt fossata quæ annuatim debẽt refici,tunc ad colonũ ptinet,vt hic in l.j.§.de eo.ĩ.de aqua plu. arcen. Probo hoc.Nõ est dubiũ φ colonus dẽt colere fundũ.l.ex ꝯducto.§.j.s̃.loc,Sed istos aggeres,& fossata facere,est de cultura fundi.d.l.j.§.de eo,cum respiciant præsentem vtilitatem, vt d.§.nos generaliter.ergo colonus dẽt facere,& hoc est verum,siue fuerint aggeres fundi proprij conducti siue cões cum vicinis. Item si proprij alterius,& domin⁹ fundi cõducti teneť purgare,& qñq; tenetur alius.l.j.§.j.& 2.de aqua plu.arc.& ibi dixi. Puto etiã,φ si colonus conduxisset ad lõgum tp̃s,quo teneretur facere aggeres,fossata quæ respiciunt vtilitatem totius illius tpis,licèt non præsentis tantum,per ea quæ dixi in d.l.3.§.nos.suprà eod.

ADDITIONES.

a Poma,¶ Impensæ.Vide ale.cons.4.ad finem 5.vol.
b ¶ Necessariæ.Vide quod legitur,& notatur in l.diuortio.suprà tit.j.
c ¶ Dico sic.Vide Bar.in l.prædia.infrà de fun.instru.
d ¶ actis appareat. Et iõ circa tales impensas vidi dubitari de domo quæ erat in fundo seu agro,in quo habitat colonus agri,quæ fuit exusta,& postea fuit refecta per maritum,an illa expensa refectionis possit repeti ab hæredibus vxoris,& quia colonus non poterat aliter stare in illo agro,nisi esset illa domus, videtur connumerari inter necessarias

expensas,vt est text.in l.diuortio.§.impendia.s̃.sol.mat.ibi dum text. dicit plane si nouã villam necessario extruxit,vel veterem totam sine culpa sua collapsam restituerit, erit eius impensæ petitio,& licet ibi gl.dum tex.loquitur de cõstructione nouæ villæ,exponat necessario.i.vtiliter,tñ secundũ Bar.& alios,ibi text. stare nõ põt proprie.s.φ sit impensa necessaria, qñ fundus aliter laborari non poterat sine constitutione nouæ villæ. Ita etiam in effectu accipit Dy.in l.1.super glo.in verbo,factum.s̃.eo.& ibi Ang.in §.1.dicens,quòd si nullus collonus volebat in prædio dotali stare,nisi ibi de nouo fiat pistrinũ,& illa impensa dicitur necessaria,& ad illã faciendã tenebitur maritus:quia aliàs res dotalis efficeretur deterior. Multomagis ergo erit impensa necessaria,qñ combusta,& destructa erat domus ipsa,& fuit postea reædificata per maritũ,vt d.l.j. & quod ibi not.gl.in verbo factum,s̃.eo.& etiã per istum tex.expresse no.Ang.in l.& in totũ.s̃.eo.Et nõ est dubiũ quòd impensas necessarias indistincte cõsequi dẽt maritus, quinimo dos minuitur pp dictas expensas,l.φ dicitur.s̃.eo.cũ ibi plene not.s̃.e. & l.de dote.de ritu nup.& Insti.de actionibus.§.ita si de dote,vers.pp retentionem, & est in electione viri si potius velit agere ad expensas tales,q̃ dotem retinere,vt no.gl.Dy.& Bar.in d.l. φ dicitur,& ibi probatur in.vers.si dos.& in l.omnino. secundũ intellectũ bar.& aliorũ cõiter,eod.tit.dato etiã φ illa impensa nõ fuerit necessaria: & ad quam faciẽdam fuisset obligatus maritus.tñ quia fuit facta ad perpetuam vtilitatem rei , & rem reddit melioré,& deterioré esse nõ permisit,dicitur fuisse vtilis impensa , vt legitur,& notatur in c.pastoralis.de decim.& in l.impensæ.de verb.sig.& in l.quod dicitur.in fi. prælle.vnde venit repetenda,cũ præsupponatur non fuisse modica impensa , siue contraria actione de dote.d.l.omnino.secundũ intellectum Bar.& aliorũ, & ibi Ang.in l.diuortio.§.si vir.sol.matr.& Pau.de Castr.in d.§.impendia.siue actione neg.gest.leg.j. §. sed nec ob impensas.de rei vxor.actio.quæ remedia procedunt vbi absque volũtate mulieris impensæ factæ essent,alias haberet locum actio mandati.d.§.sed nec ob impensas. & l. vtilium.s̃.eo.nec aliquo modo vñr factæ donandi animo ipsi mulieri,vt probant iura præalleg. vt l. vtrum.cum gl.ff.de do.inter virum & vxo.& no.glos.& doct.in d.l.omnino.& Dy.& Ray.in distinctione quam ponunt in l.j.suprà eo.quam etiam approbat Cy.in d.§. sed nec ob impẽsas.& minus etiã videtur habuisse animũ donãdi ecclesiæ,vel alteri personæ,cuius dicebatur fuisse directũ dominiũ soli,vt probatur in l.fin. C.de iure emphy.& in c.potuit.de loca.vbi suas meliorationes vendere potest emphyteuta , vel conductor ad longum tp̃s.Bene facit φ habetur in c.dño guerrã.§.si vassallus.& quod ibi Bal.in tit. hic finitur lex Corradi.& declarat Bald.in auth.excipitur.C.de bo.quæ lib.& in l.fi.§.emptor.C.cõmunia de lega.& in l.fundo.ff.de rei vend.in l.2.C.eod.titu.Specu.in titu. de loca.§.nunc in pluribus verbis illius §.& Ang.in l.Senatus.§.Marcellus.de lega.j.præterquam in casu posito in §.si vero quis locator.in auth.de alie.& emph. per Bar.in l.colonus.in princip.ff.loca.per Bald.& Ang.in locis præalleg.nec etiam potest dici φ fructus percepti à marito debeant computari in sumptus factos, iuxta l.sumptus.ff.de rei ven.quia illud locũ non habet in eo aduersus quem nec fructus, nec res peti poterant,tpe quo fructus percipiebantur:vt not.glos. reputata singularis.ff.de rei vendi. l. emptor in princip.in vers.medij.in vers.sed quid si pendente,&c.sed constante matrimonio nullus poterat petere rem dotalem,nec fructus l.pro oneribus.C.de iure dot.l.dotis fructus.suprà de iure dot.Item non ob.si dicatur quòd expensæ vtiles factæ in dote sine volũtate mulieris aduersus eam exigi non pñt,nisi qñ ipsa aliunde quam ex facto dotali hẽt vnde soluat.l.vtiliũ.suprà eod.quia respondeo quod posito sine præiudicio,quòd si de voluntate mulieris nõ apparet dictas expensas factas fuisse,quôd nihilominus hæres mulieris,qui vult exigere dictas expensas,seu melioramenta tenetur:quia satis est quòd tempore,quo agitur de repetitione,& de restitutione dotis mulier,seu pari ratione hæres mulieris,habeat aliũde vnde soluat.d.l.vtilium.vbi loquitur de tempore quos dos exigebatur, vt ibi legitur,& not.hoc clare apparet ex distin.Dyn.in l.j.suprà eo.quam ibi in addit.formaliter reassumpsit,& sequitur Ray.ad quã se remittit Cy in l.j.§.taceat.C.de rei vxo. actio. vñ verba Dyni sunt hæc quo ad propositum nostrũ.Si expensa per maritum facta est vtiliter, tunc Aut maritus impendit mandato mulieris, & repetit totum per actionem mandati.d.§.sed nec ob impensas.& d.l.vtilium.aut sine mandato , & tunc si mulier est soluendo tempore impensæ factæ,& tempore quo repetitur,tunc repetet per actionem nego.gest.in totum d.§.sed nec ob impensas.aut est soluendo tempore impensæ factæ,non tempore quo repetit,& tunc idem arg.l.sed an vltro.§.j.de neg.gest.& l.& in totum,suprà eo.& no.in d.l.vtilium.Aut non est soluendo mulier tempore impensæ,nec tempore repetitionis,& tunc ita demum tenetur si aliunde soluere potest.d.l.vtilium. Et ita resident Dy.& alij doct.& sic volunt quòd etiam,dato quòd tempore impensæ factæ,mulier soluendo non esset , hoc non nocet petenti expensas , vel excipienti de expensis , dummodo quando dos repetitur,mulier aliunde habeat vnde soluat, & ideo si tempore quo facta est impensa,mulier non est soluendo, vt quia impensa erat adeo magna quòd excedebat primæuum valorem fundi dotalis , & omnium bonorum mulieris, si quæ habebat, contingit etiam quòd mulier non erat soluendo tempore quo soluitur matrimonium, quod quidem tempus appellatur tempus repetitionis dictæ dotis.l.ij. in princip.so.mat.& l.j.§.exactio.C.de rei vxo.actio.postea antequam actu ageretur ad ipsam dotem,mulier,vel forte hæres eius,si morte mulieris fuit solutum matrimonium , vt in casu nostro,reperitur habere bona alia,quæ non habebat tempore impensæ factæ,nec tempore quo matrimonium fuit dissolutum , certe hoc casu volunt præfati doctores, expensas esse repetendas.Ita videtur exemplificandum dictum membrum prædictæ distinctionis,alias videretur implicare contradictionem,inquantum dicunt præfati doct. quod si non esset soluendo mulier tempore impensæ , nec tempore repetitionis,si aliunde soluere potest tenetur:quia si intelligeremus,quòd tempore quo soluitur matrimoniũ mulier haberet aliunde vnde soluere posset,diceretur soluendo.l.facere.so.matr.facit l. qui põt facere.cum si.infrà de reg.iu.idem decidit Neap.in l.vtilium.cum seq.vbi quærit,quid si qñ maritus fecit expensas mulier non erat soluendo,nunc autem sic.Et respondet,quòd hoc casu non solum retentio dotis,sed etiam actio neg. gest. competit pro eis,per id φ ibi habetur,& quod sufficiat si tempore quo agitur ad dotem, possit aliunde soluere expensas,probatur in l.litis.de neg.gest.& plene Bar.in l.rei iudicatæ.in prin.suprà so.matr. Nec obst.si diceretur,quòd dato quòd hæres habet aliunde, tamen fortasse mulier non habebat.Rñde hoc non esse in consideratione.Quod probatur:quia aut dicimus:quod hoc erat concessum mulieri in priuilegium,vt in ipsa non teneretur satisfacere vtilibus expensis:nisi aliunde habeat tantum quod satisfacere possit,ne ipsa habeat alienare fundum dotalem,& tunc dicendum est quòd hoc priuilegium non transibit ad hæredem mulieris.l.j.C.de priui.dot.Aut dicimus,quòd transibit ad filios eiusdem matrimonij,iuxta l.assiduis.§.exceptis.qui potiores in pign.hab.& glo.& doct.in dicta l.j.de priui.do.& in l.etiam in princ.suprà solut.matr.& tunc cõsideramus personam,& statum ipsorum filiorum.d.l.etiam in princip.Aut volumus dicere quòd istud est ius commune in muliere,scilicet,quòd expensas vtiles non tenetur soluere, si aliunde non habet vnde soluat,sicut etiam habet in aliis personis.l.in fundo cum ibi nota. suprà de rei vend.& tunc cum attendi debeat tempus inchoati iudicij,& sic tempus quo fit exactio.dicta l.litis.in princ.ideo tunc habemus considerare an hæres , qui repræsentat personam mulieris,habeat aliunde vnde satisfaciat pro dictis melioramentis tempore iudicij,id si habet tenetur satisfacere.

LEX XV.

1 *Expensæ factæ ad custodiam temporalem rei non repetuntur,sed compensantur cum fructibus.nu.3.*
2 *Expensæ factæ per detinentem castrum in custodiam castri, compensantur cum fructibus.*

Quod dicitur. Expensæ necessariæ minuũt dotẽ,si in dotẽ sunt factæ a.l.perpetuã vtilitatem, secus

secus si causa quærendorum fructuum, vel ad temporalem rei cu-
1 stodiam. h.d. cũ l.seq. ¶ Not. † ꝙ expensæ quæ fiunt ad tempora-
a lem custodiã rei, non repetuntur. Et ideo si vxor dedit in dotẽ ca-
b strũ, expensæ factæ in custodia castri non repetuntur. b Item facit
2 † ꝙ si aliquis detinet castrũ alterius, quòd impẽsæ factæ in custo-
diam castri compensantur cum fructibus ibidem perceptis, sunt enim sicut impensæ factæ causa quærendorum fructuum, vt hic,
3 quæ in omnem casum ab omni possessore debet deduci. † Not. etiam quòd si istæ impensæ factæ in custodiam, essent maiores q̃
c fructus, quòd non debent repeti c debent enim cum fructibus cõ-
pensari, vt hic vides. facit quod dixi suprà tit. j. l. diuortio. §. quod in anno.

ADDITIONES.

a Pom. ¶ Nota quòd. Vide proposi. in c. ius generale in vlt. col. j. distin.
b ¶ Non repetuntur. Bart. in hoc fuit contrarius. Vide de hoc artic. in dicta l. diuortio. §. impendia. suprà tit. j. & ibi Ang. tenet contra Bar. & dicit se ita consuluisse apud vrbẽ veterem, per not. per Bar. in l. cùm quæreretur. §. prædiis. de lega. 3. & Imo. in d. §. impẽdia. concordat ꝙ si est expensa temporalis, vt quia fiat quid tantum singulo mense custodibus, tunc pertinet ad maritum: secus si fuit perpetua, vt si emit seruos, qui perpetuo esse debent in custodia. Facit quod habetur in l. seruos. de alimen. lega. Nec obst. prædictis d. §. prædiis: quia ibi testator legabat fundum, & ea quæ parata erant culturæ. ideo nimirum si seruus saltuarius non veniat: quia non operatur circa culturam. Secus si legasset ea quæ parata erant gratia fructuum percipiendorum, cum seruus saltuarius sit paratus, vt melius, & facilius percipiantur fructus. Ad vide nota. in l. domos. & in l. sumptus. de leg. j. & vide quæ dixi in d. §. prædiis. & not. Imo. in d. l. sumptus.
c Alex. ¶ Repeti. De hoc post Imo. aliqualiter tangunt Moderni in d. l. domos. in fi. de l. j. & solet etiam tractari in l. diuortio. §. impendia. præalleg. alexand.

TITVLVS SECVNDVS.

De actione rerum amotarum.

LEX PRIMA.

1 *Vxor est quodammodo domina rerum viri.*
Dictio quodammodo, denotat improprietatem.
2 *Condictio furtiua non datur marito contra vxorem.*
3 *Libelli conclusio in actione rerum amotarum quæ sit.*
4 *Vxor pro magno furto facto viro, potest puniri criminaliter per potestatẽ, licèt vir non possit agere.*
5 *Vxor quòd possit facere eleemosynam de bonis viri, etiam pro anima sua.*

Rerum amotarum. Licèt vxor constante matrimonio furtum faciat, furti non tenetur, sed actione rerum amotarum, diuortio facto conuenitur, nisi post diuortium contrectauerit. h.d. ¶ Op. dicitur hic quòd mulier, quæ facit furtum, nõ tenetur actione furti, contra l. fi. §. fi. C. de fur. sol. vt ibi. Op. qui est
1 dñs, nõ facit furtum l. j. ĵ. de fur. Sol. Non † est dña nisi quodamo-
a do, vt hic dicit tex. quia dictio a quodãmodo denotat improprie-
tatem, vt dixi in l. ꝙ si vir. s̃. tit. ij. & l. si me in vacuam. s̃. de acq. poss.
b & l. in suis. ĵ. de lib. & posthu. Opp. de l. si quis b vxori. de fur. Solue
c vt in gl. c Quæro an mulier teneatur condictione furtiua. Et glo.
d arguit pro & cõtra in verb. cõstituto. i. aperte, vt Insti. de obli. d ibi.
2 sed an ꝯdictione fur. &c. sed in l. ꝓxi. determinat, & ponit † ꝓ ꝯtã
ti, ꝙ nõ datur cõdictio furtiua. Ad istã legẽ r̃ndet ꝙ isti sunt casus speciales. Ad legẽ rerũ r̃ndet vt ibi videbitis. Sed ꝯ̃ istas gl. habeo gl. ꝯ̃riã in lege cũ qs. §. ij. ĵ. de solu. Iac. de Are. dicit, ꝙ illa gl. est falsa. & ista est vera. Põt aũt dici ꝙ ꝯdõ furtiua nõ daĩ marito ꝯ̃ vxorẽ, sed pro furto facto extraneo põt dari condõ furtiua, & illa marito põt cedi, & ita loquitur ibi, & videbitis. ĵ. ꝓxi. §. ¶ Quæro, quo
3 dignoscã actionẽ furti ab actione rerum amotarum. R̃ndeo, † in actione rerũ amotarũ nõ fiet mentio furti in libello, vt ĵ. l. proxi. Dicã. n. ꝙ amouit, vel exportauit, nõ aũt quòd furata est. Itẽ in cõclusione potero ꝯcludere sic, & quia nõ ꝯgruit bonæ fidei aliquẽ locupletari cum aliena iactura, iõ peto, &c. vt dr̃ in simili in lege non dẽt. s̃. de dolo. vbi ponitur quaľr dignoscat actio de dolo, ab actione in factũ, quod not. Cyn. in l. si superstite. C. de dolo. & hoc
4 fm quosdã. ¶ † Vltimo q̃ro, an ptãs posset mulierem punire, licet vir nõ posset agere. Certe alias dixi vobis, aut est furtũ modicum, & tunc nõ põt puniri criminaľr, sed magnũ sic, in lege respiciendum. e furta domestica. ĵ. de pœ. & l. fi. ĵ. de fur. & lege si liber
5 tus. eo. tit. Quæro, † an mulier possit facere eleemosynam de bonis mariti. Et iste tex. facit ꝙ sic: quia societas vitæ quodammodo facit eã dñam. Et ego puto ꝙ fm quod maritus ꝯsueuit facere, &
e ipsa possit: l. vel vniuersorum. s̃. de pignoratitia actione. Et pro hoc. l. fi. s̃. quod cũ eo. Sed ista lex concludit, ꝙ potest facere eleemosynã pro domino, seu ꝓ anima domini. Sed vtrũ ipsa etiã possit facere pro anima sua. Breuiter concludo, ꝙ vxor pro se eleemosynã posset facere de bonis mariti ipso permittente: quia isto casu permittitur donatio. l. si sponsus. §. concessa. circa finem. s̃. de dona. inter virum & vxorem.

ADDITIONES.

a bar. ¶ Quia dictio. Et nota de dictione, quodammodo, vide tex. in c. j. de dona. & in c. fi. xij. quæst. j.
b bar. ¶ De lege si quis. Vide gl. in c. non dicatis xij. q. j. & de vxo. in c. manifestum. xxxiij. q. v. in c. cæterum. de dona. & ibi dixi.
c Pom. ¶ Vt in gl. adde tex. in l. si concubina. §. non solum. ĵ. eo. tit. vbi Alex. in apost.
d ¶ Insti. de oblig. Adde l. prætor, & ibi bar. supra de edeo.
e ¶ Et ipsa possit. Sed dic quòd in materia huius titu. non solum pro rebus amotis competit hæc actio, sed etiam certi condictio text. est multum not. in l. si concubina. §. non solum. ĵ. eo. quod not. Et de ista eleemosyna, quã facit mulier de bonis mariti. vide Fol. in l. per. ad l. aquil. & gl. magistrum. 32. q. 5. c. quod Deo. Et vide Hosti. in summa de pœni. & remis. in §. quibus & qualiter. vers. quid si facientibus.

LEX II.

Et ideo si post diuortium.

1 *Dictio vterque, est distributina duorum.*

§. Item si seruus. Ex persona alterius inter virũ & vxorem datur condõ furtiua. h. d. ¶ Opp. ꝙ in prin. innuit, ꝙ non detur actio furti. contra l. de his. C. de fur. Huius timore ꝯ̃rij non signati. in gl. est facta gl. in verbo in vtroque casu, &c. q̃ dicit, ꝙ hic dicitur in vtroque, i. in secundo. in tertio, & quarto r̃nso. nõ autem in primo, hoc est in prin. huius legis.
1 ¶ Sed ꝯ̃ hoc † oppo. Vterque est distributiuum duorum tm̃, ergo nõ potest referri ad tria, vt no. in l. ancillæ. C. de fur. Huius timore dñt quidam, ꝙ nec etiam in secundo casu detur cõdictio furtiua, per l. si mulier. §. j. ĵ. e. sed ille §. nihil facit, vt ibi patet. Dic ergo ꝙ dictio vterq; refertur ad istos tres casus. Simile in d. l. ancillæ. Vel dic, duo vltimi casus habentur pro vno: quia in vna oſone ponũtur, aliàs esset ꝯ̃ l. si quis vxori. ĵ. de fur. ¶ Opp. ꝙ condictio furtiua est turpis. l. honori. & l. parens. ĵ. de obseq. ali. & libe. sed turpes actiones non dantur, vt s̃. l. proxi. §. j. Solue, vt in gl.

§. Item verum. Hæc actio datur, etiam pro rebus consumptis. h. d.

1 *Filia delinquens siue contra patrem siue contra virum non nocet patri.*
2 *Pater repetens dotem adiuncta persona filiæ tenetur satisdare de eam defendendo in casu reconuentionis.*
3 *Procurator actoris, an teneatur de eum defendendo in casu reconuentionis.*

§. Si filiafam. Filiafam. amouẽs tenetur insolidũ, & pr̃ de peculio. & pr̃ adiuncta filia dotem repetens ipsam tenetur defendere insolidum ea viua, sed ea mortua tenet ad id qđ ad eũ puenit, h. d. vsque ad l. ꝯ̃. ¶ Oppo. de l. 3. §. ex furtiua cã. s̃. de pac. Gl. soluit, & bñ dic vt in ea. ¶ Op. & vr̃ ꝙ deť actio noxalis, vt l. j. §. cum seruus. s̃. de his qui deie. vel effu. Gl. nõ soluit sed istud est verum in seruo: sed in filio delinquente cessat actio noxalis. ¶ Vltimo opp. dr̃ hic qđ si pater adiuncta filiæ, &c. Contra delictum filiæ non potest nocere patri. l. si filia. s̃. de diuor. & l. filiæ. s̃. ti. 2. & in authen. de nup. quæ est posita. C. de repu. auth. e contra si filij. G. soluit primo: quia ibi filia delinquebat in fraudem patris, hic
1 vero contra virum. Hæc non est bona solutio: quia † siue contra prẽm, siue ꝯ̃ virum filia delinquerit, non debet nocere pr̃i. l. 2. §. ceterum. s̃. tit. 2. & fuit determinatũ per Dy. in l. ꝯsensu. C. de rep. & l. si dotem. C. de iure do. Vnde soluit gl. ꝙ hic pr̃ adiuncta persona filiæ agebat, & ideo eam tenetur defendere. & ista est vera. ¶ Sed quæro, cum agere adiuncta persona filiæ, possit intelligi duobus modis, vt dixi in l. 2. §. item si voluntate. s̃. tit. 2. quomodo hic intelligatur? Respondeo si agit adiuncta filia, intellige, hoc est ad vtilitatem suam & filiæ. Secus si ageret nomine suo tantũ, licèt de voluntate filiæ: quia tunc non teneretur eam defendere, vt l. seruum quoque. §. ait ptor. & l. si quis in rem. s̃. de ꝓcuratoribus. ¶ Op. s̃. de in ius voc. l. neque. Sol. ibi loquitur in filia impubere, hic in maiore. ¶ Op. ꝙ pater nõ debeat satisdare, vt l. fi. §. defensionem. C. de admit. tut. Sol. vt l. fi. §. vbi autẽ. de bo. quę libe. & l. filius q satisd. cog.
2 dixi in l. 2. §. fi. s̃. tit. 2. & no. in l. 3. eo. tit. ¶ Quæro, † quã satisdationem præstabit hic pater? Gl. hic vr̃ variare in hoc, & videtur intelligere qñq; de satisdatione de defendendo, & quãdoq; de iudicato soluendo, & hoc propter leges, quas allegat. & vide gl. fi. q̃ incipit, videtur ex delicto. ibi, & facit, &c. Et gl. in l. seruum quoq;. §. ait ptor. s̃. de ꝓcurator. intellexit legem nr̃am, ꝙ satisdet de defendẽdo. Pet. dicit, ꝙ non reperiť lege cautum ꝙ satisdeť de defendẽdo, nisi loquamur de eo qui defendere debet. & Cyn. intellexit ita in
a l. actionem. C. de ꝓcur. sed qcquid dicat, veritas est qđ põt intelligi de cautione a de defendẽdo, ꝑ tex. in l. j. C. de satis. & ita cõiter tenetur. Hoc. n. dictat æquitas, nã istæ exceptiões pro quib. satisdať, dẽnt opponi ante litẽ contestatam, vt l. pomponius. §. rati. de procura. Mõ cum agis, forte non sum paratus te reconuenire incõtinenti. sed volo ꝙ pstes cautionem de defendendo, in cã reconuẽ-
3 tionis: quia satis ꝯuenit. ¶ Quæro, † an hoc sit verum quocũq; mõ agat pater, vt teneatur defendere in causa reconuẽtionis: q3 satisdat. R̃ndeo vt s̃. tetigi, ꝙ modus agendi est duplex, vno mõ vt agã voluntate filiæ meæ. l. filiusfamilias. §. sed & filia. suprà de procur. Alius modus est in l. si cũ dotem. §. item pater. s̃. tit. 2. ibi, nomine suo, & filiæ agit, & gl. tangit in l. 2. §. cæterum. s̃. tit. 2. licèt ibi male intelligat. Modo quæro, an debeat intelligi quòd pater simpliciter agat? Et certe non, nisi quando filiæ nomine: quia quãdo quis agit nomine suo & voluntate filiæ, non tenetur satisdare. l. si quis in rem. s̃. de procu. & l. seruum quoque. §. ait prætor. & sic agit pater ad suam vtilitatem: secus si non ad vtilitatẽ suam, sed nomine suo, & filiæ, vt suprà dixi.

ADDITIO.

a ¶ De cautione. Vtrum procurator actoris præstet cautionem de defendendo, vide bart. post gl. & Cy. in d. l. actionem.

Contra nurum.

1 *Filius si recipit dotem patre non consentiente, nec obligante, patri nil quæritur.*
2 *Filius si lucratur ex pecunia dotali pater lucro habet vsumfructum.*

§. Quoties. Pro rebus quæ spectant ad virum, nõ cõpetit socero hæc actio. h. d. ¶ Opp. j. eo. l. nihil. §. vxor. Solu. dicit glo. Aut erat filius emancipatus, & tũc potest pater agere. Aut non erat, & tunc vide gl. quæ incipit, nec rerũ amotarũ, &c. 1 ¶ † Not. casum legis cum gl. quod si filius recipit dotem patre nõ consentiente, nec se obligante, patri nil quæritur, nec vsusfructus nec aliquid aliud. Et ex hoc sequitur, quòd si dos est filio data, & ex ea lucratur, patri nil acquiritur. a Et ex hoc puto verum, si res est data in dotem in specie, vel est species empta ex pecunia dotali, tũc credo quòd gl. dicat verum. Dicam ideo, † quòd mihi videtur, s. quòd si est pecunia dotalis consumpta: quia cum ea emit, & vendidit, & mercaretur filius, tunc credo quòd patris sit vsusfructus, vt l. de posui. in prin. & §. j. s. de pecu. quia quando species datur in dotẽ, non efficitur peculij profectitij, vt l. ex facto. s. de pecu. & d. l. depo sui. & l. si cum dotem. §. fi. s. tit. 2. Sed si datur b pecunia, secundũ ista tempora efficitur peculij profectitij. d. l. ex facto, & pro hoc. l. dotem. j. de cast. pecu. & hodie efficitur peculij aduentitij, vt l. j. C. de bo. quæ lib. & sic acquiritur vsusfructus patri. ¶ Sed quid si emit rẽ pecunia dotali mercando? De hoc vobis alibi dicam, sed intelligo de specie empta ex re dotali.

ADDITIONES.

a ¶ Nil acquiritur. Not. quòd si filiusfam. recipit dotẽ, pro qua pater se non obligat, quòd pr nil habet agere de fructibus dotis. Vide ad hoc not. in §. fuerat. insti. de actio. adde tamen quòd si dos etiam sit data socero, & permittit viro percipere fructus illi intelliguntur dati filio, etiam si socer supporret onera matrimonij. ita not. Bal. in auth. ex testamento C. de colla. Adde etiam tex. s. de pecu. l. in bonæ fidei, secundum Rom. in l. si cum dotem. §. transgrediamur. sol. mat. dicit quòd miratur de Bar. qui facit differentiam de dote consistente in quantitate, aut in specie: quia secundum eũ lege non probatur, & ideo indistincte ipse tenet debeti patri vsumfructum per l. j. 2. & 3. maxime simul iunctis illis legibus, cum ibi notatis. C. de bon. quæ lib. quod intellige verum, si pater sustinet onera matrimonij, aliàs dicit quòd indistincte vsusfructus debeat esse penes filium: quia vbi onus matrimonij, ibi dos esse debet. d. l. si is qui. §. j. de iur. dot. & per not. per ang. & doc. in d. §. transgrediamur, & ad bar. hic, vide Rom. in d. auth. ex testamento. in ver. cum deberem incipere, & adde bar. in l. si quidem. C. de transa.

b barb. ¶ Sed si datur. Et hoc infertur quòd non conferuntur. Vide Rai. in auth. ex testamẽ to. C. de coll.

§. Item cũ rerum. Hæc actio datur cõtra virũ, etsi fuerit filiusfa. & in prẽm. de peculio. h. d.

§. Si post diuortium. Hæc actio datur cõtra hæredẽ, & trãsit ad hæredes. Item hæres a viri potest condicere res amotas eo mortuo, licèt iacente hæredi b tate non fiat furtum. h. d. Opp. C. eo. de l. vlt. Sol. vt in gl. & hanc gl. 1 tene mente ad id quod dixi in l. j. s. eo. quòd conditio furtiua non datur contra mulierem: quia si daretur, tunc transiret contra hæredem insolidum, contra l. vlt. C. eo. tit.

LEX VII.

Mulier. Si maritus & vxor inuicem agãt rerum amotarum actione, poterunt compensare. h. d.

LEX VIII.

1 *Soluens quod debet non prohibetur petere, quod sibi debetur.*
2 *Creditor in ducenta si petit centum, an ex hoc videtur liberatus debitor vltra cẽtũ.*
3 *Debitor si accipit centum à debitore quæ dixit sibi deberi, ex hoc non videtur intentio rei fundata.*

1 Si cum dos. Qui soluit † quod dẽt nõ phibet petere quod sibi debetur. h. d. ¶ Opp. in auth. sed cũ testõr. C. ad l. Fal. vide gl. quæ incipit, nihilominus poterat, &c. Et ista fuit rõ dubitandi: sed dic quòd ibi hæres habebat solam exceptionẽ seu retẽtionem quã perdidit soluẽdo, sed hic ẽt habebat actionẽ. Sed p hoc nõ vr rñderi ad id quod ibi dr, quòd hæres soluẽdo præiudicat sibi quo ad non soluta. Dic ergo quòd ibi est spãle. Vlterius opp. & vr quòd nõ põt agere per actionem rerũ amot. sed pdõne indeb. l. quod dr. §. si dos. s. tit. j. & vide glos. ibi, in verb. pdõni, &c. Et dic qñque fit compensatio ipso iure, & ita loquitr l. quod dr. §. si dos. aut nõ ipso iure, & ita loquitur hic, & not. l. quòd inuicẽ. s. de pdi. indeb. ¶ Opp. tutus exceptione fauorabili soluens repetit p pdõnem indebiti. l. quòd exceptionem. s. de cond. indeb. sed hic erat tutus exceptione compensationis, quæ est fauorabilis, ergo &c. Solu. exceptio cõpensatio nis non respicit actionẽ, sed magis pdẽnationis executionẽ: sed l. qui exceptionem, loquitr de ea quæ actionẽ elidit, hic de ea quæ executionem elidit. Et no. illã psumptionẽ hic: qa licèt tibi soluã aliquid, non tñ psumor, quòd à te non debeam aliqd pcipere. ¶ Sed po-
a ne, dico † quòd debeo à te centum hrc: & debes ducenta, an videaris
2 liberatus ab eo quod est vltra centum? Et dico quòd est tex. in l. rõnes, C. de pba. Aut apponitur dictio taxatiua tm, vt qa debes mihi centũ tm, & videor pfiteri, quòd vltra non debes: sed secus si non apponatur dictio taxatiua, vt ibi not. fm opi. Azo. quæ est vera. pbatur. j. d
b dim. leg. l. 3. §. cum Titio. b Sed pone † quòd debitor dixit creditori, Ec
3 ce centum, quæ tibi debeo & creditor illa accipit, & nihil dixit, vtrum ex hoc sit fundata intentio rei? Et vr quòd non, nisi appareat quod illud reciperet animo transigendi. Casus est in l. si quidem ex causa transactionis, C. de transac.

ADDITIONES.

a ¶ Sed pone. Vide Alexan. conf. 64. in 2. vol. & vide barb. in l. si quidem. C. de transac. & ang. are. in §. si minus in j. no. insti. de actio.

b Pom. ¶ Cum Titio. vide Rom. conf. 14.

1 *Actione in omni, qua quis cõtẽnit restituere ad iudicis præceptũ, iuratur in litem.*

§. Sabinus. Cõtinuatur vsq; ad l. Marcellus. In hac actione contra non restituentem iuratur in litem, & soluenti æstimatione non cauetur de euictione. h. d. ¶ Not. quòd in actione iuratur in litem, sicut in arbitrariis licèt non sit arbitraria vere, secundum glos. Idem no. in l. actionibus. §. fin. de in lit. iu. Ego dico, † quòd in omni actione in qua quis cõtemnit restituere ad præceptum iudicis, iuratur in litem, tex. est in l. qui restituere. in fin. suprà de rei vind.

LEX IX.

Denegans restituere rem meam, quam habebam venalem, liberatur rem dando, vel verum pretium.
Quando quis cogatur vendere res suas remissiue.

Non enim. Opp. C. de in lit. dã. tut. l. an tibi. Sol. dicit gl. quòd ibi habebat rem venalem. No. illam sol. † quòd ille qui denegat a restituere rem meam quam habebam venalem liberatur dando rem, vel verum pretium. Vel secundum gloss. & Dyn. illud ibi cõtingit ex necessitate officij. Præterea nec ibi cogitur, sed potest vindicare, vt j. ea. l. dr. fm Dy. ¶ Opp. ad l. ideoque de l. si donatẽ. s. de don. inter vi. & vxo. Sol. ibi possidens habebat cãm à vindicante, secundum glo. & Dy. in c. pro possessore. extra, de re. iur. lib. vj. Dixi in l. litis æstimatio. j. pro empt. & in l. depositi. de re. iur. ¶ Vltimo Dy. tractat hic istam mãm, † an quis cogatur inuitus vendere res suas, quã ponit Cy. in l. 1. C. de epis. au. dixi in l. fi. j. ad l. Iul. de ann. & l. j. §. cura carnis. s. de offic. præf. vr.

ADDITIO.

Poma. ¶ Qui denegat. Vide Io. Bapt. de sancto Seuer. & Mod. in l. rogasti. per illum tex. in princ. ff. si cer. pet.

LEX XI.

Marcellus. Tam viro quàm vxori cõpetit hæc actio. hoc dicit.

Positionibus in causa criminali an sit respondendum & quomodo. Adde de hoc, & vide Georgium Natamin clem. sæpe. §. & quia. de verb. sign. vbi ponit octo casus quibus tenetur quis respondere.
Positioni continenti factum alienum in causa ciuili an sit respondendum, remissiue. Et vide Abb in consi. fi. in ij. vol.
Positioni continenti turpitudinem respondentis quando sit respondendum. Et de hoc vide Lanfran. in c quoniam contra falsam. in verbo responsiones. col. fi. de proba. & Fely. in c. cum dilecti. col ij. de accusa.

§. Qui rerum. Conuento in hac l. potest deferri iusiurã dum, nisi alieno nomine conueniat a & is cui defertur, non põt referre. h. d. cũ duab9 legib9 seq. b ¶ † Pro declaratione huius legis debemus primo examinare vtrum in criminalibus sit rñdendum positionibus? & hic videtur text. quòd sic, in quantum fiunt de facto proprio. Volo vobis dicere clarius istam qõnem, quòd in criminalibus non debeat rñderi per credit. vel non credit. Ratio: quia meũ credere non facit esse delictum illud, quod non esset. l. inter oẽs. §. recte. j. de fur. Insti. de obli. quæ ex delic. §. placuit. & j. de crim. expi. hæred. d. l. fin. Sed de veritate debet rñderi, vt hic, & j. de quæstio. l. repeti. & per totũ tit. & infrà de iniu. l. lex Cornelia. §. hac l. & suprà de iureiur. l. iij. circa princ. quod intellige si positio fiat de facto proprio delinquentis, aliàs secus, vt hic, siue de crimine agatur ciuiliter, siue criminaliter, vt probant dicta iura. An autẽ in negotio † ciuili non ex delicto debeat rñderi positionibus de facto alieno? glos. C. de iura. cal. l. ij. §. quod obseruari. in fi. dicit quòd non, per istũ tex. sed non facit: quia hic loquitur de rñsionibus quæ debent fieri de veritate, ibi de credulitate, in quibus rñdetur, et si interrogatus nõ potest habere notitiã, nisi per credulitatẽ: quod patet: quia interrogatur quis de ætate sua. l. de ætate. in prin. s. de interro. act. Dic de hoc, vt no. per Cy. in d. §. quod obseruari. in vlt. quæstione. & in Spe. de posit. §. Quinto. vers. & not. Quod autem dixi in criminalibus, an sit respondendũ c positionibus, tangitur in Spec. c de posi. §. vij. versicu. xix. Secundo d est videndũ, † an positioni continenti turpitudinem respondẽ-
3 tis debeat responderi, & vr quòd sic, vt hic. In cõtrariũ videtur. s. de iure e iur. l. qui iurasse. §. si pater. Et quod ibi no. per gl. & quod no. j. de exceptione rei iudi. l. si à te, in princ. & per Canonistas in c. inquisitionis. extra de accu. & c. dudum. ij. extra de elect. per gl. & Inno. & per Spec. tit. de posi. §. vij. vers. xix. quem suprà allegaui. Respon-
f deo aut crimẽ, f de quo ponitur, si celaretur faceret criminosum
g locupletari cum aliena iactura, & debet responderi g positioni criminosæ, vt hic, & l. quoties. §. prætor. de noxa. vbi cogitur quis respondere an possideat, vel dolo fecerit quo minus possideret. Simile in l. non intelligitur. §. si quis palam. infrà de iure fisci. vbi dicit glo. parua, quod per confessionem partis deteguntur tacita fideicom

ADDITIO.

a Alex. ¶ Conueniatur. Et ideo solet allegari iste tex. quòd nõ informato non defertur iuramentum in defectum semiplenæ probationis. Ad idem facit quod not. in l. maritus. j. de quæst. & in l. admonendi. suprà de iureiurando, & in l. in bonæ fidei. C. de rebus creditis. & ibi bal. dicit quòd non potest deferri iuramentum hæredi de gestis per defunctum, per l. generaliter. in prin. eo. tit.
b Pom. ¶ Sequentibus. Vide Fel. in c. præsentium. ver. 36. de testi.
c Alex. ¶ Tangitur in Spe. Vide bal. aliter loquentem in l. j. C. de pœ. iu. & in l. j. C. de confe.
d pom. ¶ Secundo. Vide Io. and. in c. 2. de confes. lib. vj.
e Alex. ¶ Videtur quòd sic. adde bart. in l. fin. de his quibus vt indig. adde videndum bald. conf. 193. 1. vol.
f patis. ¶ aut crimen. Videque habes ad bart. in l. ij. §. quod obseruari. circa fi. C. de iura. calum. an sit vera opi. bart.
g pom. ¶ Responderi. Vide bart. conf. 87.

fideicōmissa. Et hoc est, quod dicunt Canonistæ, ꝙ qn̄ est tale crimē, per qđ quis remouetur à beneficio, tunc cogitur a quis rn̄dere positioni criminosæ: ne indebite beneficium detineat. ca. s̃. allegato. Hoc tn̄ verum intelligo nisi tractaretur quod semel decisum est sn̄ia, vel per iusiurandū. l. qui iurasse. §. si pater. & quod ibi not. in l. si à te. in princ. de excep. rei iudic. Quandoque si illud crimen de quo opponitur, occultaretur, non faceret quē lucrari cū aliena iactura, vt quia dico ꝙ non potes agere: qa es infamis vel excōicatus, posito ꝙ illud crimen occultaretē nō propterea lucraretur cū aliena iactura: qa solueret quod deberet. Et de istis casibus nō dēt rn̄deri positionibus criminosis. Et hoc modo loquūtur iura s̃. alle. & pro hoc l. ideq́;. §. generaliter. s̃. mand. C. de trāsac. l. transactione. Prædicta vera, nisi iā illa sint notoria, & crimen est detectū ab illis per sententiā, & tunc cogitur quis rn̄dere. l. aliàs. s̃. de iureiur. & ibi dixi plene. Sic debet intelligi gl. quæ est in l. j. s̃. de offi. assesso. in gl. super verbo, postulationibus. vbi interrogatur ad uocatus & rn̄dere cogitur, an sit infamis. s. per sentētiam. Pro hoc in l. decreto. j̃. de suspe. tut. & l. sed & si milites. §. sed ignominia. j̃. de excu. tut.

§. Iurare. Iste ver. iurare. allegatur, ꝙ positioni de facto alieno in criminalibus nō debet rn̄deri, vt s̃. dixit. Opponit gl. C. de adult. l. in adulterijs. & C. de sica. l. fi. Sol. dicit gl. ibi deponit vt testis, immo nō est verū ꝙ deponat vt testis de facto alieno, sed de suo, sicut de eo qđ vidit, vel alio modo sensu percepit. l. qui testō. in fi. j̃. de test. & l. testium. C. de test. [Vltimo gl. inducit in arg. an positioni de alieno facto quis cogatur rn̄dere. gl. q̃ est. C. de iur. cal. l. ij. §. qđ obseruari. circa fi. gl. ma. dicit quòd nō, & alle. hunc tex. & ibi per Cyn. tangitur etiā per Spec. tit. de positionib. §. quinto superest. ver. & no. quod positiones. Sed ista lex nihil facit, quia hic de iuro veritatis. Sed positionibus rn̄detur per credit, vel non credit, & ideo in alieno facto credo quòd positionibus debet respondere: tamen si dubitat, credo quòd sibi detur terminus ad deliberandum.]

ADDITIO.

a pom. ¶ Tunc cogitur. Vide Bar. in l. ij. §. ꝙ obseruari. C. de iur. ca. & in l. qui iurasse. §. si pater. ff. de iureiur. & in l. fi. ff. de his quib. vt indi. & in l. si à te. ff. de exceptio. rei iud. Inno. in c. ij. de confessis. plene ibi per Card. abb. & alios. Inno. in c dudum. 2. de elect. Quid in teste. vide inno. in d. c. ij. & plene ibi Card. & omnes in c. cum cām. de test. gl. in c. ij. de confes. lib. vj. & in c. ex pœnitentibus. 50. distin. & vide bar. in cons. 42. incip. Nicolaus de Spoleto. pro ista l. Marcellus in isto §. j.

1 *Iuramenti relatio habet locum in delictis.*

a § Si quis delatum. Opp. C. de iureiur. l. delata. Dicit a glo. spāle est odio delinquentis ꝙ nō possit iuramentum referre, sed est ɔtra l. j. de iniur. & l. lex Cornelia. §. hac l. Dic 1 † ergo fm Pet. ꝙ ideo hic nō est locus relationi aliàs: qa delictum, de quo quæritur, nō cadit in scientiam eius cui refertur, sicut in scientiam eius cui ab initio defertur. Sed quādo æqualiter caderet in sciētiam vtriusque, vt cum aliquis est verberatus ab aliquo, tūc est locus relationi, vt d. l. delata. & l. lex Cornelia. §. hac l.

ADDITIONES.

a alex. ¶ Dicit gl. Vide bar. in l. iusiurandum. §. ait prætor. de iureiur.

LEX XIII.

1 *Arguere quòd liceat ab ordine titulorum.*

1 Ideo labeo. Inducitur in arg. † an sit arguendū de ordine titulorū. Et vr̄ ꝙ sic, vt hic, per hoc qđ no. in l. j. s̃. si cer. pe. & ibi per Guil. de hoc gl. tua dicit. C. ne fideiu. do. den. l. j. circa fi. mag. gl. Facit quod no. doc. C. de confir. tut. l. j. & ij. & dicam in l. j. de confir. tut.

LEX XIIII.

1 *Variatio quando admittatur.*

a 1 De rebus. a Circa diuersas res admittiē variatio. h. d. Not. † ꝙ variatio admittitur vt dicit gl. ¶ Op. s̃. de ꝓcur. l. in causæ. Gl. non soluit. Dy. dicit, ꝙ hic nō est variatio circa b idē, nec circa diuersa, q̃ habētur loco eiusdē, ideo admittitur b variatio. l. Aurelius. § pen. j̃. de lib. le. & l. si sterilis. §. fi. de act. emp. Sed si esset circa idē vel circa diuersa: q̃ ratione ɔnexitatis haberētur loco eiusdem, nō admitteretur varietas. l. Celsus. §. itē Celsus. j̃. ad exhi. & l. legatari⁹. j̃. de l. j. & l. ꝑtor. §. vn̄ q̃ritur. de dāno infe. & dic. l. in causæ. de ꝓcu. Fallit in l. nonnunquā. j̃. de col. bon. & j̃. ad Tertu. l. filij. Et in eis redditur rō fm Dy. De hoc plene ꝑ eū in c. mutare c ɔsilium. & in c. qđ semel. extra, de reg. iur. lib. vj. Sed Old. c circa hoc distinguit latius & clarius. Aut variatio inducit ɔrietatē, aut simplicē diuersitatē, primo casu nō admittitur variatio. l. si ita stip̄ulatio. in fi. j̃. de ope. lib. & l. nam absurdū. j̃. de bo. li. eo. tit. Ad hoc faciunt oēs leges, quæ dicūt ꝙ allegās ɔ̃ria nō auditur. ¶ Secūdo casu qn̄ inducit simplicem diuersitatē, tūc aut variatio est in hoc ꝙ plures res adinuicē separantur, aut in hoc ꝙ volūtas mutatur. Primo casu, licita est variatio, vt l. cū hi. §. qui transigit. s̃. de transact. & j̃. cōmodati. l. in commodato. §. duobus. & de act. empt. l. & si vno. & hac l. Secūdo casu, aut proprietas rei seu vocabuli se hēt ad varietatem impediendam, aut ad varietatem inducendam, aut ad neutrum. Primo casu varietas improbatur impediente natura rei vel vocabuli, vt in electione rerum legatarum. cū statim rei acceptatæ acquiratur dn̄ium, vt l. apud Aufidium. de optio. leg. & l. statu liberum. §. Stichū. j̃. de le. ij. & l. hmōi. §. Stichū. j̃. de le. j. ¶ idem si proprietas vocabuli impediret, vt si stipulor quem voluero, vt l. si quis stipulatus sit Stichum. j. respon. j̃. de verb. obliga. Secūdo casu admittitur variatio, siue rei proprietas hoc suadet, vt in electione legali, vt l. eūm qui certarum. in fin. de verb. oblig. & de act. emp. l. si sterilis. §. fi. siue hoc inducat nā vocabuli, vt si stipulor illū aut illum quem volam, vt j̃. de verb. oblig. l. si quis stipulatus sit. 2. respon. Tertio casu tene distinctionem Dyn. fm Oldr.

ADDITIONES.

a Pom. ¶ De rebus. Adde quòd vbi admittitur variatio, quòd in dubio non intelligitur, nisi semel, vt per Bal. in auth. habita. C. ne fil. pro patre. Facit quod no. idem Bal. in c. 2. de libe. obla. Gl. in l. quicquid astringendæ. ff. de verbo. oblig. & vide Fel. in c. præsentata. de test. Alex. in l. si ex toto. §. fi. de leg. j.

b ¶ Ideo admittitur. An & quando admittatur variatio, per hoc deciditur not. qu. per Dyn. Ray. & imo. in l. pater. §. fi. de condi. & demon. & adde quòd vbi permissum est variare, forte non licebit nisi semel. ita videtur velle Bal. in auth. habita. C. ne fi. pro pat. in vers. secūdo quæro. per l. iusiurandi. C. de reb. cred. & adde casum in quo non admittitur variatio. qui no. per Bal. in l. fi. in vlt col. C. de testib. adde quòd licèt consultori variare, & contrariari, secūdum Bal. in l. fi. § sed cum. C. de furtis. Et de hac materia vide etiam no. per Bal. & imo. in l. si cum dotem. §. eo autem. sol. mat. plene per Iac. de Bel. in l. in causæ. in princ. de procu. Et no. bene, quòd vbi requiritur consensus in certo tempore, si ante præstetur, potest immutari voluntas ante illud tempus. Text. est melior de corpore iuris in d. §. eo autem. secundum ang. ibi. Et facit ad qō. de qua per io. and. in regula mutari. in mer. Et an qui semel declinaueris forum, possit variare. vide per gl. in auth. habita. in ver. optione. & ibi materia. C. ne fi. ꝓ pa. Vide bonum tex. in l. de die. in fi. qui satisd. cog.

c Paris. ¶ Sed Old. Vide ad Bar. in l. nonnunquam. ff. de colla. bono.

Pom. ¶ Vide Bal. in l. fi. §. sed cum C. de fur. & Cyn. in l. 1. in 3. q. eo. tit.

LEX XV.

1 *Statutum de dote lucranda vxore præmoriente habet locum quando matrimoniū fuit contractum per verba de præsenti.*

a b Nihil. a Ad hanc actionem nō curatur an simul habitauerint coniuges. h. d. Facit ad q. b ꝙ statutum loquēs, † ꝙ vir lu 1 cretur certā partem dotis vxoris ꝑdefunctæ, habeat locum etiam si cum ea non habitauerit, si per verba de præsenti matrimonium contractum fuerit, vt hic & l. cum hic status. §. si maritus. de dona. inter virum & vxo. & l. res. C. de dona. inter vir. & vxo. cum l. seq.

ADDITIONES.

a pom. ¶ Nihil. Vide Bal. in l. non tantum. C. de leg. & quæ dixi in c. Ray. de testa.
Paris. ¶ Vide ias. in l. nō tantum. C. de leg. Fel. late in c. 3. loco. extra de pręsump. in rubr. de spons.

b ad quæstionem. Vtrum maritus lucretur tertiam partem dotis vxoris prædefunctæ etiā si eam in domum nondum duxerit. adde quòd contra Bar. hic tenet Bal. in l. non sine. C. de bo. quæ lib. & in l. Deo nobis. de epis & cle. per Saly. late in l. cum te. C. de do. ante nup. & vide latissime scripta, inst. de act. in §. fuerat. vide quæ no. & bar. & ibi dixi in simili in l. iubemus. §. sane. C. de sacrosan. ecc. & bal. in auth. dos data, de dou. ante nup. & quæ no. bal. in l. j. C. vnde vir & vxor.
pom. ¶ De ista q. vide Pau. de Cast. & alex. in l. si ante nuptias in fi. ff. so. mat. & ibi aret. tenet contra bar. hic: & contra bar. hic, consuluit pan. cons. j. in j. vol. Sed bart. hic sequitur pau. de cast. in cons. 23. inci. super primo quæsito Ro in l. j. C. vnde vir & vxor, pet. de anch. in c. j de spons. lib. 6. Math. notab. 63. inci. no. quòd statutūm. aret. in §. fuerat. instit. de act. vbi dicit istam opi. bar. esse magis communem. Et quid si maritus consumauit matrimonium in domo patris vxoris, vide bar. in trac. differentiarum inter ius ciuile. & canon. Et quid si vir, & vxor morerentur eo. momento, vide Fran. Cre. sing. 53. inci. statuto. Et nūquid dictum statutum habeat locum in dote promissa, & non tradita, vide Soc. in l. de diuisione. suprà sol. mat. & in materia vide Rom. cons. 605.

§. Vxor. Contra ɔiugem eius, quē quis habet in potestate, nō datur actio furti: secus si emancipatus fuit. h. d.

LEX XVI.

Ad fiscum. Hec lex legitur pluribus modis tā in primo, quàm in secundo rn̄. Primo loquitur in viro damnato in metallum, & si eius occasione vxor amouet, certe tenetē fisco, rōne rerū amotarū in simplū. qđ no. quia fm doc. est casus, ꝙ hæc actio locum habeat, si quis amoueat propter spem matrimonij soluendi aliter, q̃ per diuortiū. Dicā j̃. eo. l. rer. amot. quidam. Secundo mō potest legi, ꝙ mulier amoueat causa diuortij, postea maritus fuit dānatus in metallum. aliàs deportatus, & mulier diuertit, non enim per deportationem soluitur, nisi diuortiū sequatur, vt C. de repu. l. j.

§. Quāuis. Iste ver. legitur duobus modis in glo. tn̄ circa primam lect. vide glo. & supple dicit glo. j. in fisci patrimonio incorporatis, aliàs non tenetur in quadruplum, vt C. de iure fis. l. defensionis facultas. lib. x.

LEX XVII.

Si concubina. Inter eos inter quos nō fuit matrimoniū vere, non habet locum hæc actio. h. d. No. a ꝙ licèt matrimonium putatiuū habeat q̃dā priuilegia circa dotē putatiuā. l. si cum dote. §. fi. sol. mat. non tn̄ habet circa alia, vt hic.

ADDITIO.

a ¶ Nota quòd imo in l. diuortio. § impendia. solut. matr.

1 *Animus qualis fuerit, apparet ex euentu.*

§. Res amotas. Cā diuortij pōt amoueri tūc cum fit diuortium, vel etiā añ, si postea celeē. h. d. a ¶ Not. tex. a ꝙ † ex euentu apparet aīus ꝑcedēs. Ex eo. n. ꝙ facto di1 uortio celat, ꝑsumitur cā diuortij amouisse. Facit. s̃. ad Mace. l. sed Iulianus. §. proinde, & l. si ventri. §. fi. de priui. cre. & solitus sum allegare dictam l. sed Iulianus. §. proinde. s̃. ad Maced. ¶ Qualiter pōt apparere quod filios accepit, vt in rem patris verteretur. Et dicit ibi, quod ex eo quod est postea solutum: & sic hic ex eo quòd retinet post diuortium, videtur amouisse causa diuortij.

ADDITIO.

a paris. ¶ Not. tex. Vide ad barto. in l. si seruus plurium. ff. de. leg. j.

1 *In obligatione rem restitui, re perempta, potest ipsa res principaliter peti.*

a 1 §. Non solum. a Hæc actio competit pro rebus extantibus & peremptis. h. d. ¶ † Not. quod in obligatione rem restitui, re perempta pôt ipsa res principaliter peti, vt hic, & in l. inter stipulantem. §. pe. j. de ver. obl. & s. de condictione fur. l. 4. & l. si seruus. §. bone. eo. tit. licèt gl. in l. in re furtiua. in prin. eo. tit. dicat contrarium, s. quod debeat peti æstimatio, & plene dicam in l. stipulationes non diuiduntur. j. de ver. oblig.

ADDITIO.

a Alex. ¶ §. Non solum Hic habes tex. valde not. quod condictio competit marito cõtra vxorem pro rebus amotis, & econtra quod tene menti.

§. Quæ viro. Hic dic, vt declarabo j. eo. l. antepe.

LEX XIX.

Sed & si diuortij. Amouere dr, qui dolo cãm dat vt alius amoueat. h. d. Opp. j. de fur. l. vulgaris. in fi. & s. de cond. fur. l. ex cã. & l. seq. Sol. aliud in cõdictione furtiua, vt ibi: aliud in hac actione, vt hic, sm gl. Et potest esse ratio differentiæ: quia aliquis tenetur furti, licèt non condictione furtiua, sed vxor non tenetur furti: ideo æquum est vt hac actione, quæ est rei persecutoria, teneatur.

LEX XX.

Si rem. Hæc actio competit coniugi pro re à se bona fide possessa. h. d. ista lex, quam nota, & mente tene.

LEX XXI.

Si mulier. In eam quæ cã mortis speratæ amouet, vtilis hæc actio datur. h. d. sm. j. lect. Quæro, quare non datur rerũ amota. directa? Gl. dicit, quod hic diuortiũ nõ fuit secutũ, quod requiritur ad directã. l. rerũ quidẽ amotarũ. j. eo. Et sm hanc lect. expone tex. ibi dum dicit, diuerterit. i. de domo recesserit: aliàs ista lect. esset contra tex. Legitur alio modo. Qui amouit causa mortis speratæ, tenetur hac actione, si postea diuortium est secutum. h. d. Et tunc est rõ quare nõ datur directa, sed vtilis: qa amotio nõ fuit facta principaliter cã diuortij, sed cã mortis. (Et si tu opponis mors non est secuta, ergo cessante causa dẽt cessare effectus. Dic quod est secutũ diuortiũ: vel quod cessante cã &c. Verum est in consummando, sed non in iã consumato. l. fi. j. vnde liberi.) ¶ Sed op. quod detur directa, si post diuortium celat, vt l. si concubina. §. res amotas. suprà eo. dicit Iac. de Are. quòd ibi datur vtilis, vel ibi res extabãt quæ celebantur: hic, iã erant cõsumptæ sm eũ. Tu dic, Qñq; est certũ quod nõ amouit cã diuortij, tunc licet celet post diuortium, nõ tñ datur directa sed vtilis. Sed qñq; est certum quod cã diuortij amouit, tunc datur directa, vt d. §. res amotas. s. si diuortium interuenerit. l. rerũ quidẽ amotarũ. j. eo. Qñque est dubiũ qua contemplatione amouerit, & tunc si post diuortiũ celet præsumitur gratia diuortij amouisse, & datur directa. d. l. si concubina. §. res. Sed quid si diuortium non interuenerit, & vxor amouit causa diuortij, vel causa mortis speratæ? Respondeo, tenetur vtili, vel in factum, vt j. eo. l. rerum quidem amotarum, & C. eo. l. 2.

1 *Furtum est nomẽ iuris, & significat illud totum quod ponitur in diffinitione furti.*
2 *Citare aliquis faciens si in relatione plures posuit, quàm citari fecerit, an committat falsum.*

§. Si seruus. Etiã si amouendo, furtum non fiat, mulier cuius dolo fit amotio, tenetur rerum amotarũ actione. h. d. ¶ Opp. s. eo. l. 3. §. item si seruus. & j. de fur. l. si quis vxori. in prin. Sol. hic seruus non fuit in dolo, ideo furtũ hic nõ committitur. l. si is. §. si tu Titium. j. de fur. Sed tunc op. ergo vxor nõ tenetur si seruus non fuit in dolo, vt d. §. si tu Titiũ. Gl. nõ soluit hic, sed in l. si quis id quod. §. pe. s. de iurisd. om. iud. videtur soluere. Nã
1 a † furtum est nomen iuris, & hoc etiam vocabulo significatur totum illud quod ponitur in diffinitione furti. Si ergo non interuenerit dolus facientis non fit furtum, nec põt teneri tanquam quis mandãs fieri furtum si furtum non est factum. d. §. si tu Titium. Sed verbum amouere, est nomen facti, & verificatur in sola amotione de facto. Sufficit enim quòd seruus in veritate amouerit, & licèt dolus cesset, tamen amouerit, merito mulier potest teneri rerum amotarum actione, vt d. l. si quis id quod §. pen. ¶ Et hæc faciunt ad ea quæ dixi j. de fal. l. si quis obrepserit. Et hoc consului
2 b de facto in ciuitate Tuderti: quia vnus dixit notario, b scribe citationem factam de istis, & baiulus dixit verum est, & ille fecit scribi de pluribus personis, quã ille citauerat. Dicebat quod ille fieri fecit falsum, & certe fuit dictum quod nõ est verũ: quia falsum fit cũ dolo. l. quid sit falsum. j. de fal. & C. de fal. l. j. Sed notarius non commisit dolum in scribendo falsum, ergo nõ est commissum falsum, & sic
c non poterat puniri tanquam faciens falsum instrumẽtum. Et sic consului, & etiam idẽ dominus Franciscus Tigrini. sed dixit quod poterat puniri ex alio falso sm l. si quis obrepserit. j. de falsis.

ADDITIONES.

a Barb. ¶ Nam furtum. An autem furtum fit de atrocioribus, dic, vt not. in l. de ea, de reg. iur. Et eo casu quo excusatur seruus in delictis propter mandatum domini, excusatur discipulus, vt est gl. no. in auth. de tabelli. §. scientibus, quæ no. secundum Nic. de Neap. hic.
b alex. ¶ Dixit notario. No. hic quòd obediens in illicitis excusatur: de quo in gl. in l. si familia, si fa. fur. fecis. dicatur, & gl. in l. 2. in fi. ff. de nox.
c Pom. ¶ Instrum. Vide Fely. in c. quoniam contra. xxiij. col. in vers. secũdo limita de pbat.

§. At si in dotem. Ex facto serui dotalis mulier tenetur si fuerit sciens, alias liberatur di a mittẽdo p noxa. h. d. ¶ Quærit Iac. de Are. qua actione cõuenitur mulier? Rñde. Aut fuit sciẽs, & tũc cõuenitur actione in factũ. l. j. in fi. C. de iure dot. Si vero fuit ignorãs, tũc vir pbabiliter nullã actionẽ hẽt cõtra eã, sed solã retentionẽ. arg. s. de ædil. edict. l. cũ aũt. §. Iulianus. Et pdicta vera, qñ seruus fuit datus inæstimatus, alias æstimatus, & mulier fuisset ignorãs, in nihilo tenetur. s. de act. emp. l. Iulianus. §. j. Certe satis vr quod mulier teneatur actione de dote pria. de qua dixi in l. oĩno. s. tit. j. Si enim hoc venit in actione depositi, mãdati, & similibus eadẽ rõne in actione de dote, vt l. Iulianus. in prin. s. de act. emp. & l. si seruus. j. de furtis, & intellige in actione pria, sed opin. quam posui in l. omnino. s. titu. j. Huic tñ multũ cõtradicit. C. de iure do. l. j. Sed dico quod inquantũ dicit, teneri in factũ, intelligo. i. de dote propter tale factũ. Probatur C. de rei vxor. actio. l. j. §. & vt plenius.

ADDITIO.

Alex. ¶ Quærit Iac. adde quæ no. Bar. in l. credi. in fi. prin. de solution.

a §. Rerum amotarum. a Iste est fortis §. & legitur duobus modis. Primo, quãdo fuit amota res dotalis. Secundo, qñ fuit amota res viri. Et hæc lect. colligitur ex gl. ibi, non ergo interim est, &c. Sequens gl. psequitur vtrãq; lecturã permistim. Si res dotalis amoueatur, hẽt locũ hæc actio pp interusuriũ medij tẽporis. h. d. ¶ Op. j. de doli exce.
b b l. dolo facit. & l. in pdẽnatione. §. dolo. de re. iur. Sol. hic vir petẽs restituendus est, nõ incõtinenti, sed ex interuallo. Sed opp. suprà de cõdi. ob cãm. l. si donaturus. in fi. Sol. ibi loquitur in viro petẽte ab initio, hic in repetẽte, quod plene dixi in l. si socer. § Lucius. suprà sol. mat. Sed sm aliã lect. hoc intendit. Agẽti hac actione nõ potest obiici compẽsatio, & hr rõ lucri & dãni. h. d. Et incipit hæc lect. in gl. ibi nõ ergo interim. Cũ ergo loquatur de cõpẽsatione, necessario debet intelligi de re viri amota. Si enim amouisset rẽ vxoris, nõ tractaretur de cõpẽsatiõe. ¶ Quæro exẽpla, & qũo habeatur rõ lucri amissi. Gl. ponit multa exẽpla & quædam cõgruũt primæ lecturæ, & qdã secundæ. Primũ exẽplũ est: quia æstimationẽ vel pœnã oportuit eũ soluere: qa rem amotã præstare nequit. Hoc exẽplũ cõgruit primæ & secundæ lecturæ. Secũdũ exẽplũ est, qñ creditã pecuniã chyrographo à se subtracto probare nõ potuit, illud exẽplum cõgruit tñ secũdæ lecturæ, qñ res viri est amota. Tertiũ exẽplum est, qñ vir nõ lucratur serui operas. Istud exẽplũ cõgruit primæ lecturæ qñ res dotalis est subtracta. Quartum exẽplũ est, qñ non est lucratus hrditatẽ in qua seruus amotus erat institutus. Hoc exemplum magis congruit in re propria viri. Rõ: qa si seru⁹ esset dotalis, acquireretur mulieri in dubio. l. dotalẽ. s. tit. ij. & l. additio. j. de acq. hære. Quærit gl. an mulier incidat in l. si quis in tantã. vel in edictũ diui Marc. Odof. dicit quod sic. Dy. quod non: quia illæ leges sunt pœnales, ergo &c. l. j. C. eod.

ADDITIONES.

a barb. ¶ Rerũ amotarũ. allegatur quotidie secũdũ Nic. de Nea. quod condõ furtiua fit ex delicto, & sic contra gl. In sti. de actio. §. j. de condi. fur. l. j. C. ne ex deli. defun. l. j. j. de acti. & obli. l. j. de reg. iu. l. pupillum. §. in hæredes vbi dicit, quod nascitur ex variis figuris. in contrarium est hic tex. & in l. 6. in ambo. §. idem. de cõpen. Gl. est valde notab. in l. seruus quem. in gl. interlineari, de actio. empti.
Alex. Vide bar. in l. si ita stipulatus. in j. quæst. pri. ad fi. de verb. ob.
b Pom. ¶ Doli exceptione. Vide bar. in l. ita stipulatus. in fi. pe. q. prin. de verb. ob.

1 *Conditio furtiua oritur ex delicto.*

§. Hæc actio. Hæc actio est persecutoria, ideo perpetua. h. d. ¶ Not. † quod cõdõ furtiua oritur ex delicto. Simile in l. si ambo. §. quoties. de cõp. per quas leges Dy. & Guil. reprehendunt gl. nostras, quæ dicũt condictionem furtiuã oriri ex variis figuris causarum. l. j. in prin. de act. & obli.

§. Nec viro. In actione ex maleficio non est locus beneficio ne quis condẽnetur, nisi inquãtũ facere potest, dixi in l. maritum. s. sol. mat.

LEX XXII.

Si propter res. Litis æstimatio facit emptionem, iõ soluẽs hẽt exceptionem & retentionẽ. h. d. Istã materiã ponit Dy. in c. pro possessore. extra de reg. iur. lib. vj. & gl. in l. culpa. eo. tit. s. de rei vind. Opp. de rei vindic. l. hoc si res. Sol. Intelligo, qñ fuit data æstimatio, res erat pñs. Et circa hoc an soluens æstimationẽ, quærat dominiũ, vide per Dy. in c. pro possessore. in iiij. & vij. q. de reg. iu. li. vj. ¶ Quæro an mulieri soluenti æstimationẽ sit cedẽda actio? Gl. quod sic, nisi dolo desierit possidere. De quo vide Dyn. in d. c. pro possessore. in iiij. q. Quæro, an vxori soluenti æstimationem vir debeat cauere de euictione? vide de hoc Dyn. in d. cap. pro possessore. in j. q. De hoc dixi vobis in l. iiij. infrà pro emp. & leg. fi. ex quibus caus. in pos. ea. & l. in depositi. infrà de re iudica.

§. Si mulier. Si mulier amouit cã mortis quæ sequuta est, tenetur actione petitionis hæreditatis, & ad exhibendum. h. d. Glo. dicit tenetur forte vtili rerum amotarum. Quod an sit verum, dicam statim in leg. rerum amotarum. infra eodem.

LEX XXIII.

Reintegrato. Seipsam suminat. ¶ Opp. quod per sm matrimonium sit sublata actio rerum amotarum. infrà eod. l. fin. Solu. glos. non fuit sublata in totum, sed interim cessauit.

LEX XXIIII.

a **Ob res amotas.** [a]Ob res amotas mulier teneť plurib9 actionibus: licèt altera debeat eligi.h.d.Op.ꝙ in re dotali marito non competit rei vindicatio, cum sit b mulieris.C.de iure do.l.ĩ rebus.Huius ↄ̃rij timore dicit gl.[b] ꝙ erãt æstimatę,& sunt ꝓprie viri.Vľ dic ꝙ ĩteruenit pactū đ lucrãdo,sed hoc ē diuinare.Dat gl.alias duas solutiones,&prima solutio non tollit ↄ̃riū,nec secunda.Qualiter soluem9?Dñt qdã ꝙ l.in reb9 loquitur de rebus immobilibus:sed secus in aliis.Sed ista solutio nõ placet:qa illa lex loqtur gñaliter.Sed solutio est:qa ẜm ista tpa ñ transferebatur dñium statim in vxorem.& ideo viro dať rei vindicatio.l.etiam.s̃.de fundo do.& d.l.in rebus.loquitur ẜm noua tpa.& dixi in l.si filio.sol.mat.Quæro q̃ condictio competat viro?Dicit gl.condictio furtiua.hoc nõ est verum,nisi poneres cõtrectationem securam esse facto diuortio,vt dixi l.3.§.j.s̃.eod. Dicit ergo,ꝙ de certi condictione generali,vel sine causa loquitur.

ADDITIONES.

a Pom.¶ Ob res amõtas.De intellectu huius text.vide Bart.in l.ita stipulatus magna,in j.col.circa med.de verb.oblig.

b Pom.¶ Dicit gl.in l.si mora.ff.sol.mat.

LEX XXV.

1 *Actio rerum amotarum an hodie competat,ex quo non fit diuortium.*
2 *Actio est de iure gentium.*
3 *Venetiis,& apud Tartaros ius dicitur manu regia.*
4 *Libellus peto eum condemnari secundum formam iuris,& statutorum,quòd procedat.*

Rerum quidem. Pro rebus amotis secuto diuortio cõpetit hæc actio:si diuortium nõ ē secutū,cõpetit ↄdictio.h.d.Ibi in textu,iure gentium,i.iure,à quo 1 sumpsit originem.Op.hodie† nõ põt fieri diuortiū de iure Canonico,nisi ex cã fornicationis,nec tunc tolliť sed separať,& sic ista actio nõ põt hodie hr̃e locum. Sed si dicas,qđ cã cõsanguinitatis diuiditur,nõ est verū,immo tũc indicať:qa declarať mr̃iū nõ fuisse.l.si ↄcubina.s̃.eo.Dicit gl.ꝙ hodie põt hr̃e locum solū vtilis,qñ cã speratæ mortis amouit.Et vide gl.j q̃ incipit,sunt ergo.&c.vsq; ad finē.idē dicit gl.C.eo.super rub.Sed hoc nõ vr̃ verū ꝑ d.l.si mulier.q̃ gl.alle.qa ibi fuit secutū diuortiū, Dy.dicit, Fateor ꝙ verba legis deficiũt,tñ possumus dicere ꝙ ex mente deť vtilis.Et hoc tenēt oēs.& Cy.in l.2.C.eo.& ꝓbať ꝑ l.ob res,ẜm vnã lec.s̃.eo,Hoc habeo ꝓverissimo,& ꝓbo ꝑ rõnem.Sed prius ↄ̃ istud,vide §.eo.l.ↄ̃ nurū.§.sed si morte.& l.si ꝑꝑ res.§.fi.Itē cū ista actio nunq̃ competat marito,non ergo trãsit ad hr̃des eius.Bř rñdeo ꝙ hæres habet alias actiones vnà cū ista.Et si dicis nunq̃ cõpetit,nego:quia constante mr̃io pater vr̃ habere actionē in factum.l.2.C.eo.Nam ipsa & rerū amotarum non differunt,vt no.glo.in simili.s̃.ad l.Aqui.l.quēadmodum.§.magr̃atus.& l.de pecoribus.C.ad l.Aq.¶ Proce-2 do vlterius,nam dr̃ hic iure gētiū&c.†vr̃ ꝙ actio sit de iure gētiū,ↄ̃ l.2.§.deinde.s̃.de orig.iur.Propter hanc legē Vltramontani dñt ꝙ est verum,ꝙ actio est de iure gentium,sed ista est mã l.ex hoc iure.de iust.& iur.Dñt etiam ipsi,vt Iac.de Are.ꝙ si fuisset illo tēpore,quo actio nõ fuit,accepisset multã pecuniã mutuo.Tex.Rñdet 3 ꝙ nõ erat actio,sed manu†regia fiebat,in l.2.in prin.s̃.de orig.iur.vt fit Venetiis,& apud Tartaros,sed iurisconsulti & imperatores introduxerũt postea actiões subtiliter intuētes,& hoc diciť lex fi.C.de ꝑscrip.lon.temp.Ad illam legē rñdeo ꝙactiones sunt de iure ciuili,& iuriscõsultus arguit ꝙ sicut de iure gentiū,quo non erat actio fiebat exactio,multo magis hodie,cū sit actio.Vide gl.fi.quę incipit,qa iure,&c.Sđ quare dicit,iure gentiū.i.nãli,cum sint species oppositæ,& separatæ.l.j.in fi.s̃.de iust.& iur.Glo.rñdet & vide in gl.ibi.sed certe,&c.Habes similem gl.in l.Stichum.§.nãles.j̃.de sol.& tex.in l.cū amplius.circa fi.de reg.iur.Cõtrariū vr̃ tenere gl.ꝙ ex nãli oblĩonę oriatur actio.l.fideiussor.j̃.de fideiuss.sed illa gl.non dicit verum & intellige eã prout gl.loquiť in l.naturales.j̃.de act.& obl.Vel aliter põt rñderi ad ↄ̃rium,sed de iure gentium põt ↄdici addita tñ actione de iure ciuili.Vltimo dic ꝙ ius gentiū vocať ius ciuile.Vel expone vt dixi sup tex.i.iure à quo sumpsit ori-a ginem ius ciuile,non curo,expone ꝓut vis. ¶ istam legem indu-b co[b] in argu.ad q̃st.[c] & consueui formare in l.de quibus.s̃.de legi.c ago & peto in libello†reum condēnari ẜm formam iuris, & sta-4 tutorum.An iste libellus ꝓcedat?Et dicunt quidã ꝙ non:quia ꝓponit actionem de iure cõi,&conditionem de iure statutorum,ↄ̃ §.eligere.l.quod in hærede.s̃.de tribu. ¶ Sed contrarium,dico ꝙ verba debent interpretari ẜm proferentem in iudicio.l.si qs intētione.s̃.de iud.Et mõ qñ dico,ẜm ius,& formam statutorum.i.ẜm statuta à iure approbata,ẜm hanc legem,ẜm quam gl.exponit.i.de iure ciuili approbato,&c.Et per hoc videtur casus in iure canonico extra de eo qui mit.in poss.cau.rei ser.c.cum venissent:vel interpretabitur.i.condemnetur ẜm ius,& ꝓcedatur ẜm formam statutorum,vel intelligitur.i.secundum iura non reprobata per statuta,secundum quod actori vtilius visum fuerit.

ADDITIONES.

a Pom.¶ Prout vis.Vide Feli.in c.2.ver.3.declaratur.de rescriptis.

b Pom.¶ Induco.Sed ista subtilitas est vana:quia est contra §.1.Insti.de iniur.Nam cum nõ apponatur verbum,commune,in libello.& statuta sint ius.l.omnes popul. de iu.ti.& iur. ergo secundum Nic.de Neap.hic,&c.qui dicit quòd istud verbum,secundum formã iuris,vel secundum ius commune,& statuta Paduę,intelligi debent secundum ius commune Paduanum Et ita dicit de facto fuisse inductum per §.j præalleg.

c ¶ Arg.ad qõ.Vide quæ no.Bar.in l.2.§.si publico.infrà de adul.in vers.3.quæro.de quo latę per Ray.& Imo,in l.Gallus.§.si eius.infrà de lib.& posthu.Bene facit l.2.§.j. C.quemadmo.test.aper.ibi,secundum legem moresque locorū.&c.Et vide Bal.in l.eos.C.de app.Bene facit quod no.dixit Imo.in c.dilectus.de offi.ordi.Adde quod Bald.de pac.const.in vers.secundū leges,& cõsuetudines.dixit no. arg. ꝙ si cã est cõmissa secundū leges,& cõsuetudines terrarū terminanda, ꝙ potius debet terminari secundū bonas cõsuetudines,quã secundū leges,& talis seruat bonitatē arbitrij, non numerū ius cõe, de eo qui mit.in pos.causa rei ser.c.cū venisset,& vide Cy.C.de test.mil.l.captatorias.&dixit Bal.in l.j.C.de ser.& aqu.ꝙ libellus põt fundari super consuetudine,& in c.dilectus.de offi.ord.& tex.in l.fi.C.de iniur.Et ad hoc vide Bal.in l.obseruare. §.proficisci.in xxx.q.de offic.procons.& in l.sed,& si quis §.quæsitum.si quis cau.& in l.j.C.de confes.& quod no.Roff.in rubr.de arb.in xv.q.Adde quod not.Bal.in l.generaliter.de epis.& cle. & Inn.in c.certificari,de sepul.& dicit Bal.ꝙ licet quis faciat mentionem de consuetudine,& super ea fundet se,tñ põt etiã super ea deducere ius cõe,secundū eum in l. præscriptione. C. si contra ius.Alle. Inn.in d c.certificari.Adde bald.in l.edita.C.de eden.vbi alle.bar.hic,& dicit ꝙ procedit libellus dicendo,Peto pronunciari secūdū leges & cõsuetudines.Et ad bar.hic adde bal in l.vnum.si cer.pet.& bal.in l.ij.C.de nup.vbi dixit, ꝙ si peto quē puniri secundū cõsuetudinē,& statuta,si nõ cõstat de cõsuetudine,punitur extra ordinem. Adde primis verbis apostil.bal.cons.206.in pe.col.j.vol.Et ad bar.hic vide dominū Maria. in c.2.de lib.obla.arg.13.q.2.circa finem.

LEX XXVI.

Rerum. Ista actio est in personam.h.d.¶ Quæritur vtrum ista conditio infamet.Gl.dicit quòd non.infrà de act.& obl.l.cessat.quòd intellige de iure,sed de facto infamat.l.honori,& l.si parens.infrà de obsequiis.

LEX XXVII.

Rerum amotarum. Legitur duobus modis,& ẜm primã lec.h.d.actio ciuilis ꝓposita ab vno nõ differť propter accusationē criminalē propositã ab alio.h.d.¶ Op,C.đ adul.l.adulterij.Gl.dat duplicē sol. Vnam ꝙ ibi criminalis & ciuilis ꝓponebãť inter eosdē,hic inter diuersos:& ista est vera ĩ se.Vel aliter,& ista ē ij.lec. Accusans criminaliter nõ põt reconueniri ciuiliter,vt in ↄ̃rio;sed vnus & idē põt agere ciuiliter & criminaliter,vt hic.Et rõ sol.potest esse ista,qñ accusat vir,& agit mulier ciuiliter,& ista sunt ꝑiudicialia:quia si mulier ↄuincitur perdit dotē.l.cõsensu.C.de rep.Ideo vna impedit aliam,sed actio rerū amotarū,& accusatio adulterij,non sunt præiudiciales.¶ Sed opp.de l.interdum.j̃.de pub.iud.Dy.rñdet,& bene ꝙ qñ ciuilis & criminalis oriũtur ex eodem facto,nõ possunt simul proponi,qa sunt inuicē præiudiciales.Secus si ex diuersis, vt dixi in l.ij.j̃.vi bo.rap.& solitus sum dicere in l.j.C.qñ ci.actio.cri.ꝑiud,¶ Sed ↄ̃ illud est.C.de ord.iu.l.fi.quia non possunt concurrere ciuiles & criminales.Nõ obst.hoc,qa sunt præiudiciales,sed quia vna est maior altera.l.per minorem.suprà de iud.& l.fi,& ibi tenet gl,de ord.iudi.Sed ista rõ habet locum,siue ab vno,siue a diuersis ambæ proponantur, & vide absurditatem quæ sequeretur si posset opponere:sic enim liceret actori quod non licet reo, contra l.nõ debet actori.infrà de reg.iur. Tene ergo primam solu.& primam lectu.

LEX XXVIII.

Si vxor. Pro re viri subtracta cõpetit actio furti extraneo cui9 ĩterest,licèt nõ viro.h.d.Op.C.de fur.l.fi.§.fi.Sol. Quandoque mulier surripit rem viri quæ est apud virum,& tunc habet locum actio rerum amotarum soluto matrimonio, per totum istum titulum, & eo constante actio in factum.l.2.C.eo.quandoque surripit rem viri, quæ est apud extraneum, & loquitur iste text. Quandoque surripit rem extranei, quæ est apud virum,& tunc habet locum.l.fi.in fi.C.de furt.& l.si concubina.in fi.suprà eodem.

LEX XXIX.

Rerum amotarum. Inspicitur quantum res valuit tempore amotionis,&postea quanti plurimi fuerit,h.d.No.casum in quo fit furtum,& efficitur res furtiua:non tamen competit actio furti.qđ ꝓsequitur gl.in l.sequitur.§.si rem.j̃.de vsucap.& ibi plenè dixi,& per Cy.C.de ser.fug.l.j.& Dy.summauit istum tit.in l.sed,& si diuortij.s.eo.distinctionem,quam posuit Cy.C.eo.l.fi.

LEX XXX.

Cum soluto. Per matrimonium redintegrãdū soluitur hoc iudicium, hoc dicit.Sed intellige,vt l.redintegratio.suprà.eo.

TITVLVS TERTIVS.

De liberis agnoscendis,& alendis à parentibus,vel à patronis,vel libertis. Rubrica.

DICTVM est supra ꝙ solu.mat.qñq; oritur ↄtētio super repetitione dotis,& de hoc dixi in tit.s̃.solu.ma.quēadmo.dos petatur. Qñq; oritur ↄtentio sup impēsis in rebus dotalibus factis, iõ posuit tit.de impen.Qñq; oritur ↄtētio ꝑꝑ res amotas, iõ posuit tit.rerū amo.Qñq; oriť ↄtētio de liberis,& hoc duob9 modis,vel qa marit9 nõ vult agnoscere illos in suos filios,iõ poniť hic rubr.de liberis agnoscen.Et istã partē ꝓsequiť Iuriscons.vsq; ad l.si quis à liberis.Qñq; oritur ↄtentio de alendis liberis,iõ annectit in rub.&alendis,& istã partē ꝓsequitur à principio l.si qs à liberis.vsque ad §.solēt.Et qa incipit tractare de alimētis,ↄtingit interdū quòd parentes se petant ali a filiis,ideo subnectitur in rub.parētibus,de quibus etiam dixit à prin.l.si quis à liberis.vsq; ad §.solent.permistim.

ſtim. Itē quia contingit interdū, vt patroni petant alimēta à libertis, siue ſeruis, vel econuerſo, iō annectitur in rub. vel à patronis, vel libertis; de quo dr̄ in d. §. ſolent. vſque ad fi. illius l. cum l. ſequ. Poſtea format quaſdam quæſtiones ad materiā, vſque ad finem totius tituli.

LEX PRIMA.

Senatuſconſultum. Diuiſionem tituli habuiſtis in rub. Prima pars, quæ tractat de liberis agnoſcendis, diuiditur: quia primo Iuriſconſultus ponit in ſumma quæ fuit mens ſenatuſcōſulti: circa hoc, vſque ibi, permittit igitur. Vbi ponitur, quæ fuit mens ſenatuſconſulti, inquātū ſpectat ad mulierē, cum quibuſdā declarationibus, vſque ibi, mariti. Vbi tertia, in qua ponitur mens ſenatuſconſulti, inquantum ad maritū ſpectat, vſque ibi, ſed ſi maritus. Vbi quarta in qua tractat permiſtim de marito & vxore contēnentibus ſenatuſconſultū, vel obedientibus, vſq; ad l. ſiue ꝯ. §. qa Plautianum. Vbi quinta, in qua circa dicta format aliquas qōnes, vſq; ad l. ſi quis à liberis. ¶ Venio ad primā partē, & iſta eſt clara in tex. ¶ Op. ad prin. quia de partu falſo ſuppoſito non tractatur hic, ponebatur tñ in verbis ſenatuſconſulti. Vel aliter. Licèt non tractetur principaliter, tñ tractatur per conſequētiā, cū dantur remedia ne partus poſſit ſupponi. ¶ Quæro qua l. teneatur qui partū falſo ſupponit. Dic plene, vt l. j. C. de fal. & ibi plene per glo.

1 *Denunciare poteſt procurator & an requiratur ſpeciale mandatum.*
2 *Procurator conſtitutus ad denunciandum, à quo debeat conſtitui, ſ. an à filia tantū, an à patre, an ab vtroque.*
3 *Citatio facta ad domum quando valeat.*
4 *Nuncius quomodo referat, quando citatio eſt facta ad domum.*
5 *Citatio debet fieri ad domum habitationis vt valeat non ad apothecam.*
6 *Citatio ad hoſpitium, in quo quis hoſpitatur quando fieri poſſit.*
7 *Manere in ciuitate dicitur qui in ea habet familiam, licèt ipſe ſit abſens.*
8 *Differentia inter ciuitatem, villam & municipium.*
9 *Mulier qualiter denunciat viro ſe prægnantem.*
10 *Aduerſarium ſuum quis non tenetur inſtruere.*

§. Permittitur. a Op. ꝟ. q̄ ſen. ſine app. reſc. l. j. §. itē cū ex edicto. Solue, vt ibi. No. hic, † ꝙ denunciatio pōt fieri ꝑ procuratorem. Sed hic q̄ritur, an requiratur ſpeciale mandatum? Et gl. dicit ꝙ ſic, in verb. mandatum, quæ incipit ſpeciale, vt dicunt, &c. Et ſic no. ꝙ vt procurator poſſit denunciare, requiritur ſpeciale mandatum. Similem gl. habes in l. de pupillo. §. qui procuratorio. ꝟ. de oper. no. nun. Gl. quædā in hac eadem l. videtur dicere contrariū. ꝟ. proxi. §. ſuper verbo, noīe. in ver. mariti, & allegat l. actione. §. renunciare. ſ. pro ſocio. Poſſumus dicere, ꝙ hæc glo. loquitur in denunciatione facta ex parte mulieris, alia in denunciatione facta ex parte viri. Et licèt glo. poſſent ſuſtineri, tñ credo ꝙ procurator habens generale mandatum poſſit denunciare. l. actione. §. renunciare. ſ. pro ſocio. & leg. j. in fin. cum l. ſeq. de ope. no. nun. Facit l. ſi qs. §. ii. de vſuris. Prædicta intelligo qñ denunciatio fit circa id quod ſpectat ad adminiſtrationē bonorū. Non. n. eſt de caſibus in quibus requiritur ſpeciale mādatū qui ponunt̃ in l. Pōponius. ſ. de ꝓcu. Qñq; denuntiatio nō fit circa ea q̄ reſpiciunt adminiſtrationē bonorū, & tunc q̄dā ſunt q̄ nō pñt eſſe nota, niſi quatenus à ꝑſona principali ꝓcedant, vt mulierē eſſe ꝑgnantē, & req̄ritur eſſe ſpāle mādatū. vt hic: aliàs ſecus, vt in gl. ꝯria in hac l. poſita. ¶ 2 † Quæro iuxta idē, an hoc mādatū debeat fieri à pr̄e & filia, an ſufficiat fieri à pr̄e tñ, an ſufficiat fieri à filia tñ? Dy. dicit, ꝙ ab vtroq;, ꝑ hoc qđ dr̄ in textu, mādatū ab eis eſt. b Puto, ꝙ filia ſola poſſit facere ꝓcuratorē: qa in eo ꝙ ſolus filius poſſet facere ſine pr̄e, in eo ſol⁹ poſſet ꝯſtituere procuratorē. l. filiusfa. §. ſed & ſi filia. ſ. de ꝓcur. Ad iſtū text. q̄ dicit, ab eis. Rñd. ꝙ dēt intelligi diſiunctiue, ſm̄ ꝙ diſiuncta orō ꝓceſſerat. ¶ c Scđo no. denūciatio dēt fieri in ꝑſonā, vel ad domū, ſi ꝑſonæ copia hr̄i d nō pōt. Per hoc dnt̄ q̄dā, ꝙ citatio ita demū tenet † ad domū ſi ꝑſo 3 na reperiri nō pt̄. Cōtrariū tenet Dy. hic, ꝑ l. ſcire oportet. §. oportet. de exc. tut. vbi dicit citationē fieri ꝑſonalr̄, vel ad domū: & ſic ſufficiat alterū eorū: ſed ipſe idē Dy. in l. iiij. §. prætor. ꝟ. đ dā. infe. tenet, ꝙ tūc pōt fieri ad domū, ſi ñ pōt haberi copia perſonæ. Idem gl. ex de dolo, & ꝯtu. c. cām. & Inn. de eo qui mi. in poſ. cā rei ſer. c. vlt. Qđ intelligo in eo q̄ nūq̄ fuit in iudicio: ſecus ſi ſemel incœpit litigare, tūc. n. ſi nō cōparet in iudicio, ſufficit ꝙ citetur ad domū. l. ab eo. C. q̄uō & qñ iudex, & qđ ibi not. & in authen. q̄ ſemel. 4 ibi poſita. Cōſulo † ergo ꝙ relatio nūcij ſcribat̃ ſic. Dicit ſe eū ſolēniter ꝑquiſiuiſſe, & qa eū ꝑſonalr̄ reperire non potuit, iō citauit ad domū. Prædicta examino multū late in d. l. iiij. §. ꝑtor. de dā. e infe. e Tertio † ex verbo, domum. no. ꝙ denunciatio ſeu citatio 5 dēt fieri ad domū habitationis nō ad apothecam vel ſtationē, licèt in ꝯriū faciat l. itē apud Labeonē. §. cōuitiū. ꝟ. de iniur. ¶ Sđ q̄ro, qđ ſi hēat plures domos, in qb⁹ habitet? Rñdeo de hoc ē gl. de electio. c. cām. ī cle. dixi ī d. §. ꝑtor. ¶ 6 † Quæro nūq̄d ſufficiat citari ad hoſpitiū in quo hoſpitat̃? Tex. hic vr̄ dicere ꝙ ſic, ſi ī ciuitate maneat. Hoc intelligo de hoſpitio, in quo habitat, non de eo in quo pauliſper hoſpitatur. Illud. n. nō eſt habitare. vt l. j. §. hoſpes. ſ. de his qui deie. vel effu. Et hoc innuit hic text. dū dicit, in ciuitate 7 maneat, hoc eſt, in ciuitate habitationē hēat. Et ex hoc no. † gl. q̄ eſt hic, ꝙ in ciuitate dr̄ manere, licèt ibi non ſit ꝑſens, ſi tñ ibi retinet familiā ſuā, vt dixit hic gl. ſuper verbo, manere. facit de vſu. & habi. l. ſi maritus. & ꝟ. de le. 3. l. quæſitū. §. j. qđ allegabā in qōne đ facto. Factum fuit hic ſtatutū, ꝙ oēs habitātes de ciuitate à die dicti ſtatuti ꝯfecti habeantur ꝓ ciuibus. Cōtingit, ꝙ illa die q̄dā erat ex territorium ciuitatis, tñ domū, & familiā ſuā retinebat in ciuitate, certe illa die habitare videbat̃, vt ex ꝑdictis patet. ¶ 8 † Quæro quā differentiam facit hic Iuriſconſultus, inter ciuitatē, villam & municipium. Rñ. in ciuitate cōiter nō habetur domus, niſi cā habitādi, ideo in ciuitate hoſpitium ſimpliciter pro domo accipitur. In villa vero & municipio hñtur domus, qñque cauſa habitationis, qñque cā fructuū q̄rendorum: & ideo expreſſit, ꝙ dēt intelligi de domo in qua larem matrimonio collocauit, i. in qua familiariter habitauit. Dicam in l. j. §. ſiue autē. ꝟ. de ope. no. nun. & Io. And. ponit in nouella in c. ſi ciuitas. de ſen. excom. lib. vj. Venio ad ver. de- 9 nunciare ex quo no. † formā denūciationis quam mulier debet facere: quia ſolum dēt notificare ſe ꝑgnātē, nec debet vlterius in- 10 ſtigare virum vt mittat cuſtodes. Ex quo † dicit Ia. de Are. ꝙ non tenetur quis inſtruere aduerſariū ſuū. Simile. ꝟ. de pub. l. fin. §. diui. Sed q̄ro an in denunciatione debeat dicere ſe prægnantem ex eo tex. hic dicit primo, ꝙ ſic. Secundo innuit ꝙ ſufficit ſimpliciter dicere ſe ꝑgnantē, & ſic non facit drīam. Dicunt q̄dam vt dicit gl. ꝙ denunciando ꝙ ſit ꝑgnans, ſubintelligit̃ ex eo. Iſtud non eſt verū, qa denunciatio eſſet incerta, vt l. denunciaſſe. ꝟ. de adulte. Et vide gl. quæ incipit denunciare. Et ſic licèt in ſtipl'one ꝑſona extrinſecus nō intelligat̃. l. ſi ita ſtipulatus. §. Chriſogonus. ꝟ. de verb. obli. tñ in nunciationibus ſemper intelligitur perſona cui nunciatur. Et pro hoc gl. eſt in l. ſtipulatio iſta. §. qui ita. de verb. obli. Sđ puto ꝙ talis nunciatio non valeat, per hunc tex. & quia nūciatio debet eſſe certa, vt dixi in l. denunciaſſe. ꝟ. de adulte. & ideo puto primā opinionem eſſe veram. ſ. ꝙ debeat dicere ſe eſſe ex eo prægnantē.

CONCORDIA.

☞ Pro concordia, aduerte, ꝙ in his q̄ dicit Bar. in hoc §. permittit̃, ꝙ citatio facta ad domū in qua habitat cū familia, dr̄ iuri Canonico ꝯdicere, alle. per dn̄m Ale. in l. cū q̄dam. ff. de fundo inſtructo, vbi Bar. voluit, ꝙ dēt citari ad apothecam. Tu dic ꝙ ñ meret̃ argui de ꝯrietate, nā in hoc §. permittit̃, non negat quin qñq; ad apothecā vbi laborat, fiat, immo etiam ſi bene cōſideretur, idem dicit dū ꝯcludit ꝙ valet ſi fiat in loco in quo ſtant perſonæ quæ veriſimiliter notificent citato, ergo etiā vbi laborat, & ſic non contradicit, immo ꝯcordat. Intellige tamen ſemper facta diligēti perquiſitione perſonæ, & non reperto perſonaliter, ſecundum doctrinā Bar. in l. 4. §. prætor ait. ff. de damno infec. Rota, deci. 51. cum ſim.

ADDITIONES.

a Pom. ¶ Permittitur. Vide quid per iſtum tex. dicat Bar. conſ. 97.
b Alex. ¶ Puto quòd filia ſola. Et vide quod no. in c. fi. de iudi. lib. 6.
c Poma. ¶ Secundo no. Ale. in l. 4. §. prætor ait, de damno infecto.
d Barb. ¶ Per hoc dicunt. Et vide plene in præalle. §. Prætor. per Mod.
e Pom. ¶ Damno. infec. Vide Iaſ. in l. plerique. in 1. col. ff. de in ius vocan.

1 *Qui non improbat, probat, & quando, remiſſiue.*
2 *Proteſtationem an quilibet tollat primam.*
3 *Denunciatio facta procuratori quando conſtituat dominum in mora, remiſſiue.*
4 *Iuramentum defertur ei qui melius ſcit veritatem.*

§. Mariti Op. C. de nuptiis. l. patrem. Sol. vt in glo. in §. pœna aūt. ibi, ꝙ maritus dēt denunciare, &c. & ſic colli- 1 ge no. ſm̄ gl. ꝙ q̄ nō † improbat ꝓbat. Et vide gl. ibi verb. ꝯ. q̄ incipit, Qui non improbat, &c. Sđ ꝯ illud op. de l. quoties. §. 2. ꝟ. rē rat. hab. So. iſtud eſt in odium eius qui ꝯtēpſit ſenatuſcōſultū. Qñ autē qs dicat̃ improbare ſi non ꝓbat, dixi in l. ſi abſenti. §. fi. C. ſi cer. pet. ¶ No. ꝙ denūciatio pōt fieri ꝑ ꝓcuratorē. ¶ Quę & ibi tangit Cy. ¶ Quæro de qua pœna ro, an req̄rat̃ ſpāle mādatū: & dic vt in gl. ¶ Quæro de qua pœna hic loq̄at̃, ſunt opi. in gl. Sđ puto verū, ꝙ arbitrio iudicis. l. j. §. expi latores. ꝟ. de effra. & l. ſanctio. ꝟ. de pœ. ¶ Quero an hēat neceſſe ſe ꝓbare filiū plene vl' ſummariē? Et gl. ē hic ꝯria. ꝟ. ea. l. §. ex his, & ibi a examinabo. a Extra gl. quæro, an hoc ſit verū indiſtincte, ꝙ † q̄libet 2 ꝓteſtatio tollat ꝓteſtationē primā. Et hoc vr̄ ꝙ ſic, & ꝟ. q vi aut clā. l. aut q̄ alteri. §. ſi qs cum denūciaſſet. ¶ In ꝯriū vr̄ ꝙ non tollat, ſed ꝯfirmet, vt in citato q̄ rñdet ſe nolle venire, & tunc eſt contumax vere. l. Fulcinius. §. fi. ꝟ. ex quibus cauſ. in poſ. eat. & no. in l. fi. ſ. de in integ. reſt. Qñq; denunciatio fit ad inducēdū ꝯſenſum tuū tacitū vel fictū, & tūc ꝯria ꝓteſtatio tollit primā, & eſt caſus hic, & ī l. aut q̄ aliter. §. ſi quis cū denūciaſſet. ꝟ. qđ vi aut clā. Qñq; denunciatio fit ad aliū finem, vt puta ad declarandū voluntatē meā, vel ad ꝯſtituendū quē in mora, tūc prima ꝑ ꝯriā ꝓteſtationē nō tollit̃, imo eſſet magis contumax, vt no. ſ. de in integ. reſt. l. fi. Et de hoc ꝑ Cy. 3 in l. j. 16. q. C. de lit. ꝯte. Quero, an denūciatio † ꝓcuratori facta ꝯſtituat dn̄m in mora? Pe. tangit hic, cuius dicta refert Cy. C. in q. cau. in integ. reſt. nō ē neceſ. l. in minorē. in 2. q. Dy. format illam qō. in l. de pupillo. §. nunciationē. ꝟ. de oper. no. nun. & ibi diſtinguit ꝓut dicit

ADDITIO.

a Pom. ¶ Examinabo. Vide Rom. ſingu. 764. in verſ. vlti. Vide Ang. Are. in §. per alluuionē, Inſti. de rerum diui.

dicit gl. in l. ꝓcurator. in prin. ff. de procu. Do. And. de Pisis posuit istam q̄onē in repet. quā facit de l. si qs in prin. ff. de leg. 3. & do. Io. And. posuit in mercur. in ca. in gn̄ali. ex. de re. iur. lib. vj. Dixi in d. §. nunciationem. & plene in l. nō solū. §. fi. de oper. nou. nunc. in materia protestationū. Vltimo gl. tua, quæ est hic, dicit no. in verbo, illud. ꝙ nunciatio incipit à muliere, qa melius scit factum: & tene a mentē. Et dicit Dy. ꝙ † valet qn̄ defertur iuramentū: qa dēt deferri 4 ei qui melius scit veritatem. Et dic vt in l. in bonæ fidei. C. de iureiur. & eo. tit. l. generaliter. & ff. titu. j. l. Marcellus. §. j. declaraui plene in l. admonendi. ff. de iureiuran.

1 *Excusandi mulierem, si non denunciauit, quæ sit iusta causa.*
2 *Dies diuortij cōputatur in ista delatione, & intelligitur de momento ad momētū.*
3 *Dies datæ dilationis, an computetur in dilatione.*

§. Sed si maritus.

Si mulier contemnit senatusconsultum Plautianum præiudicat filio, nisi vere probet se filiū. Fallit si errarēt, vel ex necessitate mulier denūciationem omisisset. h. d. vsq; ad §. quēadmodū. Et diuidit vsq; ad l. si qs liberis. Primo loquit̄ qn̄ mulier ꝯtēnit senatuscōsultū vsq; ibi quēadmodū. ibi, qn̄ nō cōtēpsit mulier nec vir. vsque ad l. quod senatusconsul. aliàs est §. ibi loqt̄ qn̄ maritus contēpsit, & nō mulier vsq; §. ad plane. ibi reddidit ad casum, qn̄ nec vir nec mulier contempsit senatuscōsultū vsq; ad l. siue. §. qa Plautianū, ibi format aliqua dubia circa mām, vsq; ad fi. huius ꝑtis. ¶ Quæro primo quot, & q sunt hi custodes. gl. ponit, & incipit, forte libros &c. Dic vt gl. ¶ Quæro qd si maritus nō est ꝯuētus ista pœna, sed vult oīno mittere custodes? Dic vt in gl. ¶ Quæro, † q̄ pōt esse iusta causa ꝓpter quā mulier excusatur si non denūciauit? Rn̄det gl. ꝙ ignorabat se ꝑgnātē, & hoc contingit, vt dn̄t Physici, & Rofr. refert in hoc titu. ex multis signis, q̄ debent esse in mulieribus ꝑgnātibus quę qn̄q; non sunt. Idē addit gl. ꝙ excuset̄ rōne minoris ætatis, qd̄ no. facit C. si aduer. delic. l. fi. ¶ Quæro, qs debeat alere istum filiū interim? Certe mr̄, vt dicit gl. quæ incipit, si probauit &c. ¶ Quæro, dr̄ hic dies xxx. cōputant̄ à die diuortij. §. ꝑmittit. dicit ꝙ trigita dies † cōputantur post diuortiū, vtrū ergo dies diuortij cōnumeret̄? Dicit Ia. de Are. ꝙ sic, & intell'r de momēto ad momētū, vt l. j. §. biduum. & §. dies. & qd̄ ibi no. ff. qn̄ app. sit. † In aliis autem dilationibus nū qd dies datæ dilationis cōputetur in dilatione. solet dici in l. j. si qs caut. &c. extra de dilatio. c. super eo. tangitur per Io. And. in c. frequens, extra de rest. spol. lib. 6. & in c. pia, extra de excep. lib. 6.

1 *Mulier si non petit curatorem ventri excusatur si peperit in triginta dies.*
2 *Villa, quæ non denunciauit maleficium intra tempus statuti, excusatur, si interim alias accusauit vel iudex inquisiuit.*

§. Eleganter.

No. istum tex. ꝙ ex eo ꝙ triginta dies statuūtur, non hēt locū senatuscōsultū in ea quæ 1 parit intra trigīta dies. † facit ꝙ si mulier nō petiit curatorē vētri, n̄ imputet̄ sibi, si ītra triginta dies peperit. Et sic dēt determinari, ff. ad Tert. l. 3. §. si mr̄. vers. qd si cum ꝑgnans. Itē Ia. de Aret. inducit 2 hunc tex. † ad q̄onē, ꝙ si statutū est in ciuitate ꝙ villa dēat denūciare maleficium intra certos dies, ꝙ si alius interim accusauerit, vel a iudex īqsiuerit, villa excuset̄. Pro hoc est l. edicto. §. 2. ff. de iure fis. & ff. ad Tertul. l. 3. si mr̄. vers. sed si forte absens. ¶ Vltimo dicitur hic, ꝙ si mr̄ contēnit senatuscōsultū, non præiudicat partui, si probat se filium, &c. ¶ Quæro, an hoc debeat probari verū. Breuiter gl. super §. proxi. quā recitare omisi, tenet ꝙ dēt vere probari. Cōtrarium no. ff. l. proxi. §. ex his. & ibi dicam.

ADDITIO.

a ¶ Villa excusetur. Dicit idem Bar. in l. sororem. C. de his quib. vt ind. & Bar. in l. diuus. la 2. de custo. reo. in vlt. col. & Albe. de Rof. in 2. parte statutorum. q. 63. incip. Item quæro, statuto cauetur quòd consules villarum. Et vide Bal. in l. si quis hæres, de inof. test. Bal. in d. l. sororem. limitat opi. Bar. vt ibi per eum. Vide etiam Bar. in l. pe. infrà ad Sylla.

1 *Conducens equum ad vecturam, an teneatur de custodia si locans misit famulum.*

§. Quemadmodum.

Vxor & maritus obseruant 1 senatuscōsultum: licèt maritus partū nō agnosceret, hoc dicit. ¶ Quæro qd si maritus mittit custodire simpl'r. Gl. hic nō bn̄ declarat vide eā, q̄ incipit repente 2 neget, &c. ibi, & custodes misit. Rn̄deo sufficit ꝑ tex. q dixit maxime, & ff. ea. l. §. permittit. innuit. ff. eodem vers. pœna autem. Induco 1 ad q̄onem. † Conduxisti equum ad vecturā, & ille qui locat equū tibi mittit famulū, an excuseris à custodia? Gl. format istā q̄onē. ff. vsufruc. quemadmodum cau. l. pe. Ego sum solitus dicere, ꝙ si do tibi famulum vt equū reducat, ꝙ nūc negligētia famuli non excuset te: sed dolus suus te excusaret. l. si vt certo. §. si rogaueris. ff. com mod. Sed si do famulum vt eum custodiat, tunc distingue, vt l. si vt certo. §. si à me petiisses. ff. comm.

1 *Confiteri videtur qui non facit protestationem, vel denunciationem contrariam.*
2 *Confessio patris non facit plenam, sed aliqualem probationem pro filiatione.*
3 *Confessio filiationis facta extra iudicium quam probationem facere possit.*
4 *Filiationis probandæ practica.*

§. Quod senatusconsulto.

Si maritus contēnit Senatuscōsultū Plautianū, cogit̄ partū agnoscere, nisi vere ꝓbet n̄ filiū. Sd̄ si mulier ꝯ-1 temnit, marit⁹ n̄ cogit̄ nisi ille ꝓbetur fili⁹. h. d. ¶ No. † ex prin. isto ꝙ facere ꝓtestationē seu denūciationē ꝯriā, vel nō mittere custo 2 des, est q̄dam ꝯfessio, vt ibi, ꝯfessio pr̄is, &c. Ex quo no. ꝙ † ꝯfessio pr̄is non facit plenā, sed aliqualē ꝓbationē de filiatione. ¶ Opp. ff. de ꝓbatio. l. fi. §. fi. Gl. dicit ibi in confessione matris hic in patris. Tu dic, ꝙ nec ibi facit plenā ꝓbationē, sed qualēqualē sic, vt hic. ¶ Op. C. de confes. l. j. Sol. ibi in confessione, quæ fit in iudicio, hic extra iudiciū. Et vide gl. q̄ incipit. i. magnā ꝓbationem. Examinea mus † an confessio filiationis facta ex̄ iudiciū præiudicet. Breui 3 ter certissimum est b quòd in confessione extra ius de filiatione, b quandoq; qs ꝯfitetur principaliter propter se, & tunc constituit eū in quasi possessione filiationis, donec ꝓbet̄ ꝯriū, vt hic, & l. fi. ff. de probationi. Qn̄q; ex̄ iudiciū asserit suū filiū incidenter propter aliud, & tunc indistincte dicunt doc. ꝙ nil præiudicat. l. ex his. C. de testa. mil. melius probat l. epistola. in princ. ff. de pact. Doct. ponunt in l. nō nudis. C. de ꝓbatio. In iudicio vero faceret fidem, vt c d. l. j. C. de confessis. Vnū ego c addo, ꝙ si aliqs incidenter propter aliud appellat aliquē filiū, si qdē est talis actus, q nō congruit nisi filio, vt exhr̄datio vel emācipatio. l. quidam cū filiū. ff. de verb. ob. tūc ꝯstituetur in quasi possessione filiatiōis. Et vltra doc. fateor ꝙ ista nuda enūciatio nō ꝑiudicat, nisi illud, qd̄ vltra ponitur pp qd nomino filiū, ꝯuenit magis filio quā extraneo: & tunc constituit eū in quasi possessione filiationis, vt si dico, bn̄ veniat filius meus quē volo, vt res meas tractet. l. qdā. in princ. ff. de ꝓbati. Dico aliud ꝙ qn̄ qs tractat eū vt suū filiū: etiā si nulla verba interuenerūt, ponit eū in quasi possessione filiationis, nisi contrariū probet̄. l. j. §. j. 4 ff. de quæstio. ¶ Et † istud feci tibi notare d ad hoc, vt qn̄ vis prod bare filium, fiant duo articuli. Vnus, quòd talis est, vel fuit talis filius. Secūdus, ꝙ ille q dicitur pater, eum habuit, tenuit & tractauit vt filiū. Ex hoc enim præsumeret filius nisi probaretur contrariū, vt dixi supra, &c.

ADDITIONES

a Pom. ¶ Examinemus. Vide plene Fel. in c. per tuas. de probatio. Barb. cons. 27.

b Alex. ¶ Pro veritate. Et istam doctrinam sequitur Petr. de Anch. in capi. si vero de senten. excommu. & de materia habetur per doct. in c. transmissa. qui fil. sint legit. & in c. per tuas. de probati. vide per mod. in l. neque. C. de testa & Bar. in l. filium. de his qui sunt sui. & no. in c. Michael. de fil. presbyte. per Bal. in l. neque natalis. & in l. non nudis. de probatio. & omnino vide Cyn. in l. non nudis. Ange. in l. vxorem. de manu. testament. Inno. in c. transmissæ qui filij sint legitimi. adde melius per Bal. cons. 59. libr. 3. vbi dicit, quòd sicut in l. filium diffinimus, &c. eodem modo si pater nominat filium debet intelligi de legitimo, & naturali. Et idem in teste qui deponit filium esse & nihil plus dicit: quia intelligitur de legitimo & naturali. Et si testis dicat, scio pro certo quòd est filius talis, pp hoc nō dicitur filius: quia debet intelligi secūdū humanam naturā. i. præsumptiue, vt lex præsumit, vt ff. de ædil. edict. l. si venditor. Refert etiā Bal. in d. cons. ꝙ cū quidā sapiens Bononiēsis fuisset Romā & summus Pontifex illi dixisset, ꝙ erat suus filius: quia eū conceperat dum erat in studio Bononiæ ꝙ volebat eū promouere ad maximos honores: & ꝙ ille respondit, Nō placeat Deo, mater mea fuit vxor, & bona domina. Papa respōdit, Recede cū domino, iste creditur legitimus. Et de probatione filiationis vide eundē Bald. cons. 15. 2. vol. Et de confessione patris facta apud acta super filiatione, vide eod. vol. Bald. cons. 132.

c Barb. ¶ Vnum ego. Et bene facit pro quæstio. in qua fuit interrogatus Bononiæ. Quidā miserat quendam ad scholas, quem faciebat indui optimis vestibus, & vocabat ipsum filium, an constituatur in quasi possessione filiationis? & vide de ista filiatione Bal. in l. filiū. ff. de his qui sunt sui. Bar. Bal. & Cyn. in l. nō nudis. C. de proba. l. non epistolis. eo. tit. Ang. & Lud. in l. neque professio. C. de testa. Ange. in l. vxorem. ff. de manu. test. Imo. in c. transmissę. qui fil. sint legi. gl. & ibi Ang. & Io. de Imo. in d. l. vxorem. bar. in l. 1. C. quorum bonorum. Et no. quòd ista opi. secundum bar. multum facit pro opinio. Glos. quæ est valde no. vt no. in c. afferte de præsum. Nam in casu illius c. dicit ibi glos. quòd debet filius habere hæreditatem illius in cuius erat possessione filiationis, sed Gof. dicebat quòd si puer possidebat vtranque hæreditatem habet exceptionem contra petens, ex quo est reus. Optime facit, quod hic bar. dicit quòd inquantum ad vnum ex cōfessione constituitur filius in quasi possessione filiationis, & sic quantum ad alium, vide ibi do. Ioan. de Imo. & tu vide Abbat. in cap. per tuas. de probationib. vbi dicit contra bar. contra quem consuluit hic Ferrariæ.

d ¶ Notate. Adde bar. in l. filium. de his qui sunt sui. & bal. in l. neque. C. de testa.
Pom. ¶ Vide Ale. cons. 51. incip. Viso, & discusso. in 1. vol. Barb. cons. 27.

§. Idem Iulianus ait.

Op. ad versiculū si quis ex longo. ff. de his qui sunt sui vel alie. iuris. l. filiū. Solutio, Azo in summa de alendis libe. legit, & hoc nō sit. §. nec ver. & sic ad præcedentia continuetur: & sic ꝯriū non obstat sed ꝯcordat. Alij dicunt ꝙ est §. & obstat cōtrariū. Sed rn̄de vt in gl. quia nascitur ei filius quo ad alimenta, & quo ad omnia, donec probetur contrarium.

1 *Actio præiudicialis in rem quando pater dixit aliquem esse suum filium, & filius aliquem esse suum patrem, ita reperitur, sicut quando quis dicit se esse filium.*
2 *Filius quando habeat habere alimenta, quando mulier contempsit senatusconsultum Plautianum.*

§. Ex his apparet.

Not. ibi, cæterum recusare poterit filiū. Signa, & nescio alibi. Ad quid 1 sit vtile dicam ff. in l. siue. §. quia Plautia. Ex † quo habes ꝙ sicut reperitur actio præiudicialis in rem, per quam pater dixit aliquē filium suum, & filius aliquem suum patrem, vt Insti. de actio. §. præiudiciales. & de rei vindicatione. l. j. ita reperitur actio præiudicialis, per quam pater negat filium suum esse vt hic apertè dicit tex. 2 ¶ † Quæro qn̄ mulier contēnit Plautianū, & filius petit alimēta, an oportet ꝙ probet se verum filium? Et gl. dicit hic ꝙ sic, q̄ vide, quæ incipit, si plene probet, &c. ꝯria gl. est in verbo pœna. ff. eo. l. j. & incipit, summatim, &c. Tu dic ꝙ mulier qn̄que ꝯtemnit Plautianum, & tunc non debet filius habere alimenta, nisi vere probet se filium, vt hic, & ff. eo. leg. j. §. sed maritus, & hac l. §. idem per contrarium. Quandoque maritus contemnit Plautianum, & mulier obseruat, tunc filius debet habere alimenta, vt in glo. contraria huic: nisi probet non esse filiū. Quandoque vterq; obseruauit, & tunc isto casu causa alimentorum debet summatim cognosci & hæc

& hæc est gl.quã signaui pro ꝯria,& tex.in §. quemadmodum,&c. s̄.ea.l.j.Quartus casus ē,qn̄ vterq; cõtẽpsit Plautianũ,& iste casus nõ est possibilis,qm̄ nunciatio debet incipere à muliere,vt s̄.eo. l.j.§.illud.Et si nunciatio dẽt incipere à muliere , & contẽpsit,imputetur sibi,vt s̄.ea.l.§.idem per cõtrarium. Quandoque vterque obseruauit,& tunc causa alimentorũ debet summatim cognosci. vt infrà eo.l.si quis à liberis.§.si vel parens.

1 *Sententia lata in causa filiationis nulli præiudicat præterquam patri,& filio.*

a §.Plane ᵃ si denunciante muliere. Sententia lata in cã filiationis inter patrẽ & filiũ,facit fidẽ quo ad oẽs.h.d.¶ Op. 1 † & vr̃ ꝙ hæc sn̄ia nõ p̃iudicet,nisi inter patrẽ & filiũ,vt in Auth. quib⁹ modis na.effi.le.§.sed si filiũ.Vide gl.j̄.in l.omnib⁹,q̃ incipit sic.j̄.vñ cogno.q̃ opponit,& non soluit, & ibi,in §.sed si filiũ.Sol. Ibi loqtur de illo actu q rẽ de nouo in esse cõstituit.Cõstat enim ꝙ añ nõ erat legitimus,sed ꝑ illũ actũ efficiebat̃ legitimus:hic de actu q in p̃teritũ aliqd fuisse declarauit,vt j̄.l.ꝑxi.§.fi.facit s̄.d.stat. ho.l.ingenuũ.In hoc q̃ sn̄ia facit ius,dic plene ꝑ doc.C.qbus res iud.nõ noc.l.j.Dixi in l.j.de excep.rei iud.& per Cy.C.in quib⁹ cau. in integ.restit.non est necess.l.j.

ADDITIO.

¶ §.Plane.Circa istum §.vide Do.in c.causam,el 2. qui fil.sint legi. & no.per Imo.plene in l.sæpe,de re iud.per gl.& doc.in c.vltimo,eo.tit.

LEX III.

Siue contra pronunciauerit.

1 *Senatusconsulta Plautianum , & Adrianum quòd remedium inducant filio, & etiam patri.*
2 *Actio descẽdens ex dictis senatusconsultis,dicitur præiudicialis,id est fauorabilis.*
3 *Præiudicialis in rem hæc,in quo differat à rei vendicatione de qua loquitur l.1.de rei vendica.*
4 *Beneficium istorum senatusconsultorum,quando locum habeat.*
5 *Præiudicialis actio quare dicatur præiudicialis.*
6 *Actionem duplicem quis potest intentare,quando est probabiliter incertus.*
7 *Libellus in hac actione etiam incertus,admittetur in re magni præiudicij qui concludere poterit in diuersis actionibus.*
Libellus incertus hoc casu admittitur,quãdo incertitudo causatur à facto patris, & quando est incertitudo iuris.
8 *De maleficio commisso in confinio duarum ciuitatum quis cognoscere poterit.*
9 *Actio præiudicialis an reperiatur,per quam quis aliquã suã vxorẽ vendicet,vel econtra.*
10 *Filius si nascitur soluto matrimonio morte,quando mater teneatur denunciare.*
11 *Filius natus etiã constante matrimonio,p̃ot intentare actionẽ præiudicialẽ in rẽ.*
12 *Actione in qualibet quæ datur pro iuribus incorporalibus , potest quis intentare actionem præiudicialem in rem.*
13 *Instantia cœpta non transit ad hæredes in casibus.*
14 *Si pendente inquisitione superueniat accusator,an sileat inquisitio.remissiue.*
15 *An iudex procedere possit mortuo accusatore.sicut poterat ab initio contra accusatum de falso.*
16 *Actio præiudicialis cõpetit etiã non contingentibus se per patriã potestatem, & sic fratri,vel alteri coniuncto.*

10 † Itẽ intelligo iuſtã cãm eſſe ſi ſubſtitutꝰ ignoraret ſe ſubſtitutũ. vt C. q pe. tu. l. cũ à matribus. & arg. ĩ. ad Ter. l. ij. §. ſi mater. ver. ſed ſi forte abſens. vbi pp abſentiã mater excuſatur, eo. mõ pp ignorantiã facti facit de iur. & facti ign. l. j. & qs ordo in bo. poſ. ſer. l. ij. in prin. nec excuſatur ſubſtitutꝰ iõ: qa pupillꝰ matrẽ habet, vt oſtẽditur ſ̃. Rñdeo rõnibꝰ pdictis factis ꝓ hac parte ad excusãdũ ſubſtitutũ. Non obſt. l. amiciſſimos, & l. tutor petitꝰ. de excu. tu. & l. credendũ. vt ſ̃. patet. Non obſt. ſcđa rõ, q̃ dicit ſubſtitutũ excuſari: qa mr̃ eſt, cui legitima tutela defertur: qa illa nõ eſt, nec cogit̃, ſed ei pmittitur ſi vult, vñ pp eã non excuſatur ſubſtitutus quin petere debeat, ita determinat Dy. hic qđ verũ eſt. Non enim ſpes eius q põt eſſe excuſat aliquẽ a petendo tutorẽ interim. Sufficit. n. ꝙ tũc nõ hẽat defenſores vt hac l. Nõ obſt. tertia rõ. ſ. ꝙ cã nãlis pfertur cãe accidẽtali: qa illud verũ, qñ effectus illarũ cauſarũ ſe non cõpatiũtur ad inuicẽ. Secus qñ ſe cõpatiũtur & vna ↄcurrit cũ alia, qđ patet p oĩa iura in quibus ↄcurrit obl'o nãlis & ciuilis. Ita in ꝓpoſito, nil impedit qñ mr̃ teneatur petere: & ẽt ſubſtitutus ſicut tenetur mr̃ & libertus, vt hac l. Non obſt. quarta rõ. ſ. ꝙ ſi ſubſtitutus peteret: nil releuaret cũ iudex debeat dare petitum à matre: quia illud nõ eſt verũ ſm opi. multorũ, vt dixi in l. ſi qs ſub ↄdõne. ſ̃. de teſt. tu. Sed poſito ꝙ illud eſſet verũ, tñ pp hoc ſubſtitutꝰ nõ excuſatur: qa interim donec mater tacet, ſubſtitutꝰ dicitur eſſe in mora & ei currit tẽpꝰ, licet mater veniens pferatur, vt ĩ. de adul. l. 11 ſi maritꝰ puenerit, in prin. qui caſus eſt no. ad hoc. ¶ † Scđo vidẽdũ eſt excluſo ſubſtituto an mr̃ admittatur, an vero ipſa ẽt excludatur, qa tutorẽ nõ petiit: & loquor de matre maiore 25. annis: q̃ nullã excuſationẽ hẽt de illis q̃ ponuntur in d. l. ij. §. ſi mater, ĩ. ad Ter. & qđ no. C. ad Ter. l. matres. Solũ ergo hic eſt inueſtigãdũ an iuſta cã ſit excuſandi matrẽ: qa pupillus hẽt ſubſtitutũ. Et ad hoc videndũ pmitto, ꝙ de iure Digeſtorũ neceſſitas petendi tutores incũbebat ſolũ matri & libertis & nullus alius pp nõ petitũ tutorẽ priuabat̃ hæreditate, niſi mater & auia, vt expſſe dicit tex. hic, & ĩ. ad Tert. l. ij. §. ſi mater. ver. filiis aũt. per iura vero Codicis fuit introductũ, vt hęc neceſsitas imponat̃ venientibꝰ ab inteſtato & ſubſtituto al's priuetur hr̃ditate, vt C. de leg. hære. l. ſciãt. licèt gl. ĩ d. l. ij. q pe. tut. videatur velle intelligere iſtũ tex. vt ñ ↄdicat l. ſciãt. Sed veritas ẽ qđ dixi. ſ. ꝙ olim alij a libertis, matre, & auia, nõ tenebãtur petere tutores, vt hic expreſſe dixit tex. Nec rõ, q̃ hic habebat locũ in matre, habebat locũ in alijs veniẽtibꝰ ab inteſtato. Nã rõ eſt materna pietas, vt C. eo. l. matris. §. fi. ibi. no. q̃ rõ hẽt lo12 cũ ĩ matre, & auia, nõ ĩ alijs. † Ex hoc ↄcludo q cũ d. l. ſciãt. corrigat̃ iura antiqua in hoc, & ſic ẽ ↄ ius cõe dẽt ſtricte intelligi, vt nõ extendatur vltra id, qđ in d. l. expſſum eſt, vt dicit tex. C. de ap. l. pcipimꝰ. ĩ fi. & de legi. l. qđ vero, & l. in his. Sciẽdum eſt qđ ẽt mr̃i imponitur neceſsitas petẽdi tutorẽ ↄfeſtim. i. cũ primũ poterit, ita ꝙ annũ ñ trãſcẽdat. vt ĩ. ad Tert. l. ij. §. ↄfeſtim. ſed alijs ſuccedẽtib. ab ĩteſtato, & ẽt ſubſtituto datur annꝰ ĩ l. ſciãt. licèt qdã docto. Mod. dicãt ꝙ l. ſciãt. dẽt intelligi vt loquat̃ de anno, ſm formã d. §. ↄfeſtim. ſ. ꝙ ſtatĩ teneatur cũ pt, licèt annũ ñ poſsit traſcẽdere. Pro qbꝰ facit tex. d. l. ſciãt. cũ dicit ſm legẽ nõ petierit ĩtra annũ, &c. ex a eo. n. ꝙ dicit ſm legẽ, vr̃ ſe referre ad d. §. ↄfeſtim: ſed hoc nõ eſt bñ dictũ Nã illud, qđ dr̃ ſm legẽ refertur ad verbũ petierit. Eſt ergo ſenſus talis, ſm legẽ, hoc eſt ſm modũ legitimũ, & pmiſſũ eis ĩ petẽdo tutores, & ſic ſe refert ad hãc l. mutatur ergo iſta l. ĩ hoc: qa olim petebãt, ſi volebant ex pmiſsione legis, hodie ĩponitur neceſsitas, vt ſi ñ fecerint, ꝙ dicta lex eis pmittit, pdãt hr̃ditatem. b Itẽ ſtatuitur eis tp̃s, ꝙ hoc faciãt b ĩtra annũ. Nec eſt mirũ, ſi mater aſtringitur plꝰ q̃ alij veniẽtes ab ĩteſtato: qa ĩ ea ẽ duplex rõ. ſ. materna pietas: itẽ ſpes ſuccedẽdi. Sđ in veniẽtibꝰ ab inteſtato, & ſubſtituto ẽ ſola ſpes ſuccedendi. Et iſta interptatio tãquã benignior admittenda eſt. l. benignius. ſ̃. de legi. maxime cũ d. l. ſciãt. ſit ↄ ius cõe, & ẽt pœnalis. ¶ His permiſſis dico matrẽ ñ teneri, ſi nõ petit tutorẽ filio intra totũ illud tp̃s, intra ꝙ ſubſtitutꝰ põt petere. Qđ 13 ſic pbo: Certũ eſt † ꝙ mater excludit̃ a ſucceſſiõe filij & a ltĩma ꝓpter ſubſtõnẽ pupillarẽ, vt C. de impub. & aliis ſubſt. l. precibus. & ſ̃. de inof. teſt. l. Papinia. §. ſed nec ĩpub. ex. đ teſt. c. ſi pater. lib. vj. Sđ ei, q excluditur pp teſtm̃ a debita portione, ſibi licitũ eſt omittẽdo facere qđ pt vt ille ĩteſtatꝰ decedat, nec vr̃ dolo, nec culpa facere: ſed iuſte dr̃ facere & oĩ pœna excuſatur. Et iſtud ẽ multũ approbatũ p Iuriſcõſultos vt ĩ. đ leg. ij. l. cũ pater. §. Titio. & ſi qs omiſ. cau. teſt. l. excuſatꝰ. & l. qa autẽ. §. non ſimplr̃. & ibi no. & §. ſi patronus, & de inof. teſt. l. Papinianꝰ. §. q ñ aũt quarta, & ẽt pp factũ pr̃is põt omitti hr̃ditas ex teſtõ impuberis, vt ſic impubes decedat inteſtatus, vt ĩ. de acq. her. l. Iulianus. al's incipit, ſi pupillus. Licitum eſt ergo mr̃i intra illud tp̃s qđ datur ſubſtituto ad petẽdũ tutores tacere: vt ſic ſubſtituti excludãtur à ſucceſſione, & pupillꝰ ĩteſtatꝰ decedat. Si. n. diceres matrẽ intra illud tp̃s debere petere tutores, iã c pueniret ſubſtitutũ, & ſic pp tutorẽ nõ petitũ nõ excluderetur à ſucceſſione. ĩ. ad Tert. l. 2. §. ſi mr̃. ver. ſed ſi forte abſens, ꝙ eſſet abſurdũ & ↄ rõnẽ pcedẽtẽ. Nõ. n. tenetur ſubſtõnẽ ↄſeruare: ſed magis infirmare. Ad hoc faciũt oẽs rõnes. ſ̃. factæ de matre. Sed ſi mr̃ eẽt inſtituta in tabulis pupillaribus in ltĩma ſua tũc ceſſaret rõ prædicta, d. l. excuſatus. & l. qa aũt. §. ſi patronus. ĩ. ſi quis omiſ. cau. teſta. Præterea, ſi ponimus ſubſtitutũ eẽ talis ↄdõnis, vt impoſſibile ſit eũ excludi pp excuſationẽ pdictã, vt ſi ſubſtitutus eſt minor, nec eſt poſſibile eũ effici maiorem intra pupillarẽ ætatẽ eius, cui ẽ facta ſubſtõ, tũc. n. in matre ceſſat rõ pdicta, & ſi ceſſauit petere tutorẽ, priuatur hr̃ditate pupilli, ſi quoquo mõ ad eũ deuolueret̃, ſubſtituto mortuo, vel repudiãte, ꝑ dictã l. 2. §. ſi mr̃. ĩ. ad Tert. & hic & C. eo. tit. l. matris. cũ ſimi. nec excuſatur mr̃ pp ſubſtitutum. hoc. n. nulla l. cauetur. Licèt. n. ſit ſubſtitutꝰ adhuc ſubeſt materna pietas q̃ facit eã teneri, vt ꝓbatur. ſ̃. in allegationibꝰ ꝓ tertia parte factis. Nec obſtãt rõnes factæ. ſ̃. ad excuſandũ matrẽ. Nõ. n. obſtat prima rõ, q̃ dicit ꝙ ſubſtitutus in petitione dẽt referri, iõ mr̃ dẽt excuſari: qa poſito ꝙ eſſet verũ, ſubſtitutũ pferri: tñ interim dum ambo negligũt, vtriq; imputatur negligẽtia. l. ſi maritꝰ puenerit. in prin. ĩ. de adul. Sed an ſubſtitutus pferatur, põt eẽ dubiũ. Pone matrẽ & ſubſtitutũ ↄcurrere in petitione tutorũ, & petunt diuerſos, qđ faciet iudex? Rñ. nõ tenet̃ ſequi ↄſiliũ matris, nec ſubſtituti, vt ĩ. eo. l. fi. & dixi plene in l. ſi quis ſub ↄdõne. ſ̃. de teſt. tut. Sed ſi vult, non 14 puto eũ errare, ſi pferat ſubſtitutũ. Nã † in his q̃ ptinẽt ad tutelam pfertur is q ſperat ſuccedere, licèt in educatiõe pferatur mater. C. vbi pupil. educari de. l. fi. & ibi no. per gl. Nõ obſt. rõ ſcđa: quia illa rõ nõ ꝓcedit in mr̃e. Nã ẽt ſi nõ ſperat ſuccedere, materna pietas facit eã teneri ad petendũ tutorẽ, vt dictũ eſt. Non obſt. rõ tertia: qa dictæ leges imponunt matribꝰ neceſſitatẽ petẽdi tutores filiis ſimplr̃. Sed tñ priuant eas ſucceſſione filiorũ inteſtatorũ. Vñ ſufficit ad priuãdam eã, ꝙ tpe, quo mater vult ſuccedere, filius reperitur inteſtatus. Et ſic fateor ꝙ de iure antiquo ſi mater eſſet ſubſtituta, non priuaretur illa ſucceſſione: quia filius non eſt inteſtatus: ſed hodie priuatur p l. ſciant. Non ob. quarta rõ: quia licèt teſtator ꝓuiderit filio de hr̃de, nõ tñ ꝓuidit de tutore, nec de eo q peteret tutorem directò, licèt lex ipſi ſubſtituto neceſſitatẽ imponat petẽ15 di tutorẽ. † Tertio eſt videndũ, an aliquo caſu excludat̃ mr̃ & ſubſtitutus, & veniãt alij. Et ↄſtat ꝙ poſſibile eſt ſubſtitutum excludi: qa nõ petit tutorẽ, matrẽ vero morte, vel repudiatione. Item eↄ, matrem excludi pp tutorem nõ petitũ, ſubſtitutũ repudiatiõe, vel morte, tũc ſine dubio veniunt alij. Dubiũ vero ẽ, an ſubſtitutꝰ, vel mr̃ poſſit excludi pp nõ petitũ tutorem, q̃ dubietas deſcendit ex eo ꝙ lex vr̃ velle primo excluſo ꝓpter nõ petitũ tutorẽ, vt nõ excludãtur ſequẽtes. l. 2. in fi. ad Tert. & no. C. qui pe. tu. l. nepotibꝰ, & d. l. ſciant. de leg. hære. & hac l. Siue ergo mr̃ excludatur primo, nõ dẽt poſtea excludi ſubſtitutꝰ: ſiue eↄ, ſi primo excludatur ſubſtitutus, nõ dẽt poſtea mater excludi. Sed ad hoc dicẽdũ eſt, ꝙ aliàs de iure antiquo, aliis à matre, & auia, nõ imponebat̃ neceſſitas petendi tutores, vt dictũ eſt, iõ matre excluſa ſequentes agnati nõ poterant excludi ꝓpter negligẽtiã. ita loqtur l. 2. in fi. ĩ. ad Tert. & gl. ſ̃. d alleg. Sed ſi eſſet mr̃ & auia, ꝯcum vtriq; imponatur neceſſitas petendi tutores, puto ambas poſſe excludi ꝓpter negligẽtiã per rõnes ſuperius additas ꝓ tertia parte. Lex. n. neceſſitatẽ ĩponit auię, nec diſtinguit vtrũ pupillus hẽat matrẽ vel nõ: credo tñ ꝙ priꝰ matrẽ dẽat expectare: nec debeat auia matrem pręcipiti feſtinatione puenire, vt ĩ. de iur. fiſ. l. edicto. §. cũ ante. & C. de his quæ vt indi. l. ſororem. & qđ ibi no. C. q adm. ad bo. poſ. l. fi. Nec ob. ĩ. de adul. l. ſi maritus pueniret. & qđ ſ̃. dictũ eſt. Rñ. ad illã l. Nam mr̃ & auia vocantur ex eadẽ cã, ꝓpter pietatẽ maternã, q̃ cauſa reſpicit matrẽ p priꝰ & auiã per poſteriꝰ, & illo ordine incũbit ei onus petẽdi tutorẽ. Sed mr̃, & ſubſtitutꝰ vocantur ex duabus cauſis ſeparatis, e quarũ q̃libet ſe habet ad quemlibet prius, & eis ſimul incumbit onus petẽdi tutorẽ p prius. ſ. matri, rõne mr̃næ pietatis, ſubſtituto rõne ſperatæ ſucceſſiõis. Sil'r in d. l. ſi maritus puenerit. ꝓuocat̃. n. pater ad dolorem, rõne paternitatis: maritꝰ, rõne maritalis affectiõis. Licèt. n. iſta rõ ſit magis intẽſa. l. 3. ĩ fi. ĩ. de adul. nõ tñ ẽ p modũ prioris, & iõ ↄcurrunt & ſimul currit tp̃s de iure antiquo: de iure vero Codicis p l. ſciãt. dico ꝙ illa pœna ĩponit̃ ſolũ illis, quorũ ẽ prima ſpes ſucceſſiõis pr̃e mortuo, vt ex tex. huiꝰ l. manifeſte colligitur.

Si ergo

ADDITIONES.

a Pom. ¶ Ex eo enim. Vide ad hoc Pau. conſ. 90. in 2. dub. 2. vol.

b Alex ¶ Quod hoc faciant, Sed quòd idem ſit in aliis quòd in matre, tenet Bar. in d. §. confeſtim. & in d. l. ſciant. & ſic eſt contra ius, & de hoc per bal. in d. l. matres. C. ad Ter.

c Alex. Los. ¶ Perueniret. Antiquiſſimi codices habent, iam præueniret ſubſtitutus, & ſic propter tutorem non petitum excluderetur mater à ſucceſſione, quæ lectura magis conformis eſt textui adducto, ſi ſubtiliter inſpiciatur in verſ. niſi forte d. § ſi mater. Sed quo ad verſ. ſed ſi forte abſens, lect. huius vol. verior eſt, dummodo intelligas non excluderetur, ſ. ſubſtitutus à ſucceſſione.

d Alex. ¶ Mater, & auia. Vide Bal. in d. l. matres. C. ad Tert.

e ¶ Cauſis ſeparatis, Vide Bart. in conſ. incip. And. Martini condidit.

a Si ergo primus excludit̃ pp nõ petitũ tutorẽ, alius ad quẽ incipit pertinere spes successionis nõ priuabitur ea, si tutorẽ ñ petiit: qa lex illa hoc nõ dicit: nec debet extendi, cũ sit ꝯ̃ ius cõmune, vt s. in primo puncto ostensum est: & sic gl. in d. l. sciatur, bñ loquitur. Nunc ad propositum dico, ꝙ possibile est substitutũ & matrem simul excludi propter non petitum tutorem, vt si est substitutus, & matri in tabulis pupillarib. est relicta lrĩma, vt dictum est in scdo pũcto. Item si substitutus est exclusus primo propter non petitum tutorem, & tunc incipit currere tps mr̃i, cessat. n. cã propter quã excusabatur. Matri. n. oĩ tpe quo fili⁹ eget tutore, imponitur necessitas, hoc est siue tpe mortis, siue postea: iõ leges vulgares, ad hoc allegatæ dñt matrem puniri, si prioribus reiectis, alios nõ petierit. Sꝫ si poneres matrem primo excludi propter nõ petitum tutorẽ: qa primo ei incũberet onus, tũc impossibile ẽ substitutũ excludi. Exẽplum, pupillo est substituta mr̃ primo loco, extraneus scdo loco, tũc si mr̃ excluderetur ꝑpter non petitũ tutorem, non excluderetur substitutus postea, quia mortuo pr̃e pupilli, prima spes successiõis non erat talis substituti, & sic ad eũ non porrigitur, d. l. sciãt. Disputas fuit hęc q. per me in ciuitate Perusij anno Domini 1360.

ADDITIO.

a Ale. ¶ Primus excluditur. Cõtrarium tenet Bar. in l. nepotibus. C. qui pe. tu. Et vide quod no. in l. quid ergo. §. 1. de infa.

LEX III.

Diuus Seuerus Vlpio Rupino.

a **§. Si quidem.** a Qui litigaturus est cum pupillo nõ dẽt ipse petere tutorẽ, sed aliis nũciare, qbus negligentibus iudici debet referri. h. d. Not. ibi, hoc ipsum, &c. quòd debet iudici notum hoc fieri, qũo illi q præferuntur in iure petẽdi, hoc negligunt. dixi tibi plene in l. tutor si fuerit petitus. s. titu. j. vers. sed tunc quæro quid si iudici.

ADDITIO.

a ¶ Si quidem. Ibi in tex. ipse quidem, non petit, &c. Et sic no. in materia huius tit quòd qui libet potest petere dari tutorem pupillo, etiam si tutor talis dari non potest. l. 2. & ibi Bal. C. de de neg. gest.

1 *Minor vbi potest per se stare in iudicio potest, procuratorem constituere.*

a **§ Curatores.** a Minores petunt sibi curatores per se, vel ꝓcuratorẽ. h. d. ¶ Quero qualiter ꝯstituat b iste procurator à maiore. Gl. variãt. Ista ẽ b † veritas. vbicũq; minor 1 hẽt legitimã ꝑsonã standi in iudicio per se, põt constituere, ꝓcuratorẽ, nec reqritur curator, vel tutor, ita loquitur iste tex. Facit j. de iniur. l. sed & si vnius. §. idem rñdit: aliàs ait. & j. de manumis. vin. di. l. ẽt. §. absens, & j. rem ra. ha. l. 3. §. j. & qđ ibi no. & per Inn. ex. de re sti. spol. in c. ex parte. Quæro, an alius possit petere pro minore cauendo de rato? Rñdeo sic. l. mutus. §. is qui. s. de procu.

ADDITIONES.

a Ale. ¶ Curatores. No. quòd illis casibus, quibus potest tutor esse in iudicio, potest constituere procuratorem per se solum. Et qui sint illi casus vide per gl. & Inno. c. ex parte. l. 1. de appe. & no. in l. j. in prin. C. qui legiti. perso. Et adde tex. in c. fi. de iud. in 6. per Bar. in l. neque. C. de procu. & in l. inuitus. §. is qui. & ibi gloss. & Guid. eod. titu. & Bald. in l. etiam. de man. vin. per Inno. in cap. cum I. & A. de re iudic. per Moder. in capitu. intelleximus. de iudi.

b Pom. ¶ Ista est. Vide Aret. in l. j. §. pupillus. in prin. ff. de acqui. pos.

LEX IIII.

Curatorem. Tutor nõ potest petere curatorem pupillo, & qui legitime nõ petierit tutorem, pro nõ legitimo habetur. h. d. & breuiter.

LEX V.

Qui qualitercunque. Remotus à tutela non tenetur per alium petere. h. d.

LEX VI.

Decreto. Not. quòd priores possunt dare aliquem iudicẽ tutorem. h. d.

LEX VII.

1 *Tutoris datio an valeat facta à iudice sine inquisitione.*

a **Credendum.** a Mater, quæ tutorem non petiit ꝯfirmari, vel in locum excusati alium dari, cũ alius nõ superesset, perdit successionẽ filij, nõ id ꝙ ei debettur ex testõ mariti: nec sibi imputatur si vt suspectũ nõ petiit remoueri. h. d. in prin. Scdũ rñsũ declara per ea q̃ dixi s. l. 2. ¶ Op. adver. si vero mari b tus. C. ad Tert. l. oẽm. & de leg. hær. l. sciant. Gl. sol. b veritas ẽ: qcqđ mr̃i debetur, vt ab ipso pupillo, istud perditur, sed hic fideicõmissum debebat̃, vt ex bonis mariti, iõ ñ pdit: qa circa bona mariti mr̃ nõ deliquit, ſm Iac. de Are. & Pe. & no. p Cy. in d. l. sciãt. Examina vt 1 in qõ. disputata. s. eo. l. 2. ĩ j. pũcto. ¶ † Venio ad fi. & q̃ro, mater pe c tiit tutorẽ filio, quẽ iudex dedit sine inquisitione, an valeat? Vr̃ ꝙ nõ: dicit̃. n. hic, ꝙ dat⁹ à matre nõ ꝯfirmatur sine inqsitione. Cõtrariũ est verũ. Licẽt. n. iudici cũ inqsitione, & sine dare tutorẽ. l. qui hẽt. §. pe. s. de tut. Nõ obst. iste tex. qa qñ mater petiit tutorẽ dari in testõ filio, tũc iste nõ ꝯfirmabit̃ sine inqsitiõe, ad hoc vt hẽat vim tutoris ꝯfirmati, q ꝑfert̃ aliis legitimis, & datiuis, vt dixi in l. j. s. de ꝯfirman. tut. Sed si mater petiit tutorẽ simpl'r, & iudex confirmat sine inquisitione, vt sit tanquam simplex datiuus, licet ei, & posset etiam absq; matris petitione facere. Ita intelligit gl.

ADDITIONES.

a Barb. ¶ Credendum. Vide Bart. in cons. 18. incip. & viso testamento condito per Benedictum. vbi loquitur de venientibus ab intestato, vtrum perdant successionem per negligẽtiam matris.

Poma. ¶ Vide ad hunc tex. Ro. cons. 267.

b Alexan. ¶ Glo. sol. Hanc glo. in vers. tu dic, pro no. alleg. Oldr. in cons. 93. & est in simili alia gl. in l. precibus. in vers. fideicommis. quas dãnaui in d. l. precibus. C. de impu. & in l. Centurio. post Bar. j. de vulg. & pup. per illum tex. in c. si pater, de test. lib. 6.

c Ale. ¶ An valeat. An valeat s. per tutelæ datio sine inquisitione, vide l. 2. C. de confir. tu. & vide q no. in l. 1. C. de tu. non satis.

TITVLVS VII.

De administratione, & periculo tutorum & curat.

¶ Continuatio est per se manifesta.

LEX PRIMA.

Gerere. Tutor cogitur administrare & ad eũ spectat periculũ ex quo scit se datũ. h. d. ¶ Op. 1 ꝙ † tutor nõ cogitur administrare. j. de auth. tut. l. si tutor. Sol. hic loqtur in tutore, q nũq̃ gessit, ibi in eo q aliquãdo gessit. tamen in aliquo actu nõ vult autorare: in quo distingue. vt ibi. Rõ vt ille qui nũq̃ gessit incipiat teneri actione tutelæ, ideo cogitur. Sed op. ẽt ille q nũq̃ gessit, tenetur vtili. l. ita aũt. §. gessisse. j. eo. sed inter vtilẽ & directam nõ est dr̃ia. l. actio. s. de neg. gest. ergo nõ vr̃ rõ, quare hic magis cogat̃, q̃ ille q gessit aliqđ. Respond. ille q nõ gessit nõ põt remoueri nisi pp dolũ, latã culpã & leuẽ. l. hæ. n. §. qui nihil. j. de suspe. tu. Sed qui gerit põt remoueri pp dolũ, latã & leuẽ culpã. d. l. hæ enim: & iõ interest pupilli, vt gerat & pp hoc ꝯpellit̃ vt hic ſm Dy. Est & alia ratio validior, quia quãdo nõ gerit, nõ obli. fideius. ex ꝓmissione rẽ pupilli saluã fore. l. nõ quasi. §. illud. rẽ pupilli sal. fore. ¶ Itẽ interest pupilli vt administret & cũ bonis morib⁹ informet. l. scire 2 oportet. §. fi. s. tit. ij. ¶ † Quæro qualiter fiat ista coactio. Dicit gl. captis pignoribus, & mulcta in d. l. vnica. s. si quis ius dic. non ob. tẽp. & ff. de ventre inspiciẽ. l. j. §. j. ¶ † Quæro, quo iure fiat ista co- 3 actio. Respondetur officio iudicis, vt hic patet ex eo quod dicit, & cogi solẽt. Puto ꝙ non sit necessarius libellus, nec aliqs ordo cũ quolibet loco & tẽpore expediri possit. l. qui habet. §. pe. s. de tu. & l. ij. de ferijs. ¶ † Sed quero, pone ꝙ tutor vult gerere, & 4 alius non admittit, qualiter ꝓuidetur tutori? Rñdeo si est contutor ille, qui non admittit, ex hoc põt accusari vt suspectus. l. actus. infra eo. Si vero esset pupillus vel adult⁹, tunc cogeretur eum admittere officio iudicis. Datur enim inuito, vt s. de tutorib. & curatoribus datis ab his. l. illud. Et hoc est ꝙ dr̃ ꝙ accipitur res p decretum iudicis. l. fi. in fi. C. arbit. tutelæ. Facit l. legitimos. in prin. & ꝙ ibi dixi de legi. tu. ¶ Venio ad vers. ex quo. quẽ declara plene, vt per gl. j. eo. l. quidam decedens. §. fi.

§. Sufficit. Tutor p̃t defendere pupillũ per se, vl' ei defendẽti autorari, put elegerit ipse: sed curator p̃t defendere adultũ p se, vl' ei defendenti autorari, ꝓut elegerit actor. Idẽ tutor & curator possunt agere, vel agẽtibus autorari, ꝓut ipsi elegerint. h. d. & est solennis & magistralis casus. Diuidẽ. Primo, loqt̃ in pupillo cõueñto. Scdo, in adulto conuento. Tertio, de eis agentibus. Secunda ibi, in causis autem. Tertia ibi, non denegari. ¶ Op. ꝙ tutor satisdet. l. vulgo. j. eo. Sol. ibi erat dubiũ, an a esset tutor, hic nõ. a ¶ † Quero, ꝯ̃ quẽ formabit̃ libell⁹? gl. dicit ꝙ 1 põt formari in ꝑsonã tutoris, & in ꝑsonã pupilli. Tu dicas ꝙ ĩ pupillo est electio tutoris, an ipse rñdeat tutorio noĩe, an pupillo rñderi autoretur: & ideo poterit eẽ practica vt primo citetur tutor & interroget̃, an ipe velit p se pupillũ defendere: an pupillo defendẽti autorari ex æquitate. l. vbicunq;. s. de interro. act. & s. de pet. hę. l. qui

ADDITIO.

a Pom. ¶ Hic non. Vide Alex. in l. contra pupillum. ff. de re. iud.

he.l.q interrogat⁹. Et ex hoc redditur actor certior qualiter formet libellū. Vľ vt puto poterit formare gñalr libellū ꝯ pupillū,& quālibet pſonā ꝓ eo ltime ꝯparētē,seu defendētē,seu īteruenientē,& ita admittit ꝯsuetudo. Rō: qa nō est in ptāte actoris, quē ꝯueniat, vt l.j.§.qa aūt.j.quor.leg.l.ꝙ ī hrde.§.eligere.s.đ tribu. In adulto vero nō ē dubiū cū electio sit actoris,vn̄ pt formare libellū vľ in ipsū curatorē,vel in ipsū adultū,vel ēt simpľr vt dixi s. in pupillo. Nō.n.ex hoc lędit adultus,si(actori det electio) cū lex det sibi electionē ꝯparēdi p se cū autoritate curatoris, vľ ꝓ curatorē tm̄.

2 ¶ † Quero qualr[a] fiat prima citatio,[b] an citabūt minores,vľ dfensores eorū. Nā in adulto est electio actoris.[c] verū est ꝙ in adulto electio actoris est,sed ī pupillo dēt fieri citatio alternatiue,ꝙ ꝯpareat p se,vľ p legitimā pſonā, vt euidenter dicit hic tex.ꝙ ēt pt fieri in adulto,ꝓ rōnem q̄ dixi. Puto ēt[d] ꝙ si solus pupillus citet̄,valeat citatio.sicut.n.qñ citat̄ minor,ītelligit̄ ꝙ ꝯpareat p se.vľ p ꝓcuratorem.l.fi.C.de ꝓcu.& l.j.ī fi.s.đ ꝓcu.ita ī pupillo intelligit̄ ꝙ ꝯpareat p se, vel p ltimā pſonā. Et ꝙ talis citatio valeat,apparet: qa si nō ꝯparet ad defendēdū pupillū,fit missio in possessionē ex primo decreto,licèt nō ex scđo,vt j.ex qb.cau.ī pos.ea.l. apud Iulianū.§.j.

3 ¶ † Quero,si tutor ꝯpareat & petat dilationē ad exhibēdū pupillū,an dēat sibi dari? Rñ.nō,[e] īmo absētes & īfantes oīno p se debēt defendere,vt hic,in tex.& eo.mō si agitur ꝯ adultū absētē,non cogit̄ curator eū exhibere: sed tenet̄ actor dictare iudiciū ꝯ ipsū curatorē,vt hic,ī ver.ī absentib⁹.

4 ¶ † Quæro cū quo fit litis ꝯtestatio? Rñ.ex pdictis patet: qa vľ cū tutore,vľ curatore,vľ cū minorib.autoritate ipsorū,data electione eis,de quibus dixi s.

5 ¶ † Quæro vtrū sit drīa,an lis ꝯtestet̄ cū pupillo vel tutore? gl.innuit ꝙ sic: nā si fit cū pupillo auctoritate tutoris, interrūpit pſcri. sec⁹ si fieret cū tutore.& ita innuit gl. Doc.dn̄t ꝙ ēt si fiat cū solo tutore,interrūpit̄ pſcriptio: cū eius mora & culpa noceat pupillo,& ei⁹ solicitudo ꝓsit.l.si ex legati cā.j.đ verb.obli. Ita tenet Ia.đ. Are.& Pet.ꝙ placet p l.si qs solutioni.§.j.s.đ vsur.

6 ¶ † Quero qs iurabit[f] de calūnia? gl. dicit indistincte,ꝙ siue pupill⁹ sit in iudicio cum autoritate tutoris, siue tutor solus, ipse tutor ſpiurat de calūnia,vt l.j.§.qđ obseruari.C.đ iura.calū.licet alr olim,alr hodie obseruet̄,qđ satis placet.

7 ¶ † Quero qñ minor suscepit iudiciū autoritate tutoris,vľ sui administratoris,an dēat eē pñsēs ī quolibet actu & autoritate,an sufficiat vna autoritas ꝓ toto iudicio? & vř ꝙ in quolibet actu,alˢ ille actus non noceret pupillo,seu adulto. l.clarū.C.de auth.pst. Nō ergo[g] poterit rñderi vni positioni sine tutoris autoritate intelligo,vt dicā j.de confes.l.certū.§.sed an & ipsos,versi.in pupillo.

8 † Itē quæro si pupillus suscepit iudiciū autoritate tutoris,tutor postea vult esse in iudicio principľr per se, an possit? Rñ.ꝙ sic. Nā oīs iuris cōpetētis pupillo exercitiū ꝯpetit tutori. Licet ergo ius instātiæ istius sit pupillo q̄sitū,in quantū tutor poterit ipsū exercere,nō aūt coget̄ inuit⁹ hoc facere, vt s. dixi. Et ex hoc seq̄tur ꝙ si pupillus suscepit iudiciū autoritate tutoris,nō valeret citatio postea facta de tutore, & nō eēt ꝯtumax tutor si nō cōpareret,licèt posset cōparere si vellet.

9 ¶ † Quæro, qđ si pupill⁹ cōpareret sine tutore ab initio vel anteq̄ suscepit iudiciū in se cū autoritate tutoris? Rñ. ꝓceditur cōiter ꝯ eū, sicut ꝯ ꝯtumacē: qa non ltime ꝯparet.l.v.§. recte defendi.j.ex qb.caus.in pos.ea.& sic nō est necesse ad quēlibet actū citare pupillū & tutorē,sed sufficit ꝙ citetur pupillus,eiusdēq; est cōparere ltime,vt s. dixi,sicuti ab initio elegit.

10 ¶ † Quæro ī quem dēt formari sñīa. Rñ.patet ex prædictis: quia in eum,in quem formatur libellus. In hoc tamē est drīa iter tutorē & procuratorem: quia valeret sñīa lata cū tutorē,licèt verba ꝯferantur in pſonā pupilli: secus tamē esset in alio.vt l.j.[h] C.de senten.& interlocu.arg.l.eū qui.§.si actori.s.de ꝯsti.pecu. Dixi in l.stipulatio ista.§.si quis insulam.j.de ver.oblig. Quæro lata sententia, in quem fiet executio.dic vt j.lege proxima.

ADDITIONES.

a Pom.¶ Qualiter. Adde qūo per citationē quālibet habilitetur,vt per bal.in l.si suscepta.ff.de inoff.test.aliquid per alex.in l.si ex legati causa.ff.de verb.obl. Pan.in cons.43.in 1.dub.in 2.vol.

b ¶ Prima citatio. Qualiter fiat citatio de minōre & de adulto,vide bal.in l.pen.ad fi.C.si aduer.rem iud.vbi alleg.text.loquentē de pupillo,& l.si ideo.ff.de eui. Et quid si pupillus sine autoritate tutoris est litē contestatus,vtrū solus tutor possit litē prosequi.dic ꝙ sic.d.l.si ideo.no.bal.in 8.q.in l.si quando.de test.

c ¶ Respondeo. Sed bar.in extrauag.ad reprimendū.in versi.citatū,non decidit.adde bal.in l.j.C.qui pe.tu.

d barb.¶ Puto etiam.& vide dom.abb.in c.tua nobis,de app.pro his quæ hic dr̄r.& vide bal.in l.si ex legati causa.infra de verb.obli.arg.contra istud dictum: quia si interpellatio extraiudicialis,nō pōt fieri pupillo,ergo multo magis iudicialis,sed bene potest seruari hoc dictum si non haberet tutorē vel curatorē. Sed immo videtur quòd dictum barr.fit verum per istam l.sed ad l.si ex legati,responde: quia hic agitur de maiori præiudicio. Et no.quòd ad validitatē primi decreti debet citari tutor: alias esset nullū.arg.l.hoc aūt.§.j.ex quib.cau.in pos.ea.Ioan.and.in addi.in tit.de primo decreto.§.testat.vers.quid si maior.& vide bar.in l.habent.§.si pupillus.ff.de tuto.alias audiui distingui,an possit citari in prima citatione,dic ꝙ sic,vt hic.aut in secunda & tertia.dic ꝙ non pp præiudicium.& vide pro opin.bar.hic.doc.& in c.Raynu.de test.& adde bal.in l.fi.C.si propter publi.pensi. Et quando minor citatur,vide bal.in l.j.C.qui pet.tuto.

Io.Fr.Ru.¶ Adde dum bar.tenet,ꝙ solus pupillus possit citari,ꝙ eius opinio est communiter damnata,vt no.Ias.in l.si pupillus.j.de verb.oblig.

e ¶ Respondeo non. Contra bar.tenet bal.per illum tex. in l.si ex legati causa.de ver.obli.cū seque.item contra bar.facit l.hæc autē.infra.quib.ex cau.in versi.citandi sunt tutores.per Imo.in l.contra pupillum.de re iud. Quid in furioso,vide bart.in l.2.ff.de cur.fur. De infante certum est ꝙ citari non potest vt hic,& no.bal.in c.1.de mil.vasal,qui contu.est,sed quid debet facere creditor qui vult consequi, vide bald. ibi.& barto.in l.hæc autem.in princ.& in l.Fulcinius.quib.ex cau.in pos.eat. vide in materia ista no.per Bar.in l.qui habent.§.si pupillus.s.de tut. Et de infante etiam vide Bal.in l.donatar.C.de acqui.poss. Et de modo citandi pupillum,vide Bald.in d.l.donatarum,& in l.si.C.propter publi.pensi.& Bar.in extrauag.ad reprimendum in vers.citatum,& no.bal.in l.C.qui pe.tu,& dixi in d.l.si ex legati.in vlti.char. Adde Abba.cons.84.2.libr.Rom.con silio 454.

f Barb.¶ Iurabit. Et illum tex.no.quia est valde singu.quòd negotiorum gestor.constituit quem in mora.

g barb.¶ Non ergo. Vide bal.qui eleganter loquitur in l.clarum.s.de auth.præstan.

h ¶ Vel.j.Hanc l.j.C.de senté.& interlo.limita,vt per bar.in extrauag.ad reprimen.in vers.sine figura limitabis.

LEX II.

Si tutor. Iudicati actio nō datur ꝯ tutorē,nisi se liti obtulerit,sed ꝯ pupillum,nisi ab hr̄ditate cuius cā ꝯdēnat⁹ est,se abstinuerit.h.d.op.C.qñ ex fac.tu.l.j.gl.hic ponit opi. Tu dic ꝙ actio directa dat̄ tutori,& ꝯ tutorē[a] & vtilis dat̄ pupillo,& ꝯ pupillū,vt hic,sed executio ſp fit in pupillū,vt hac l.& l.4.in prin.j.de re iudi. Quod intellige de ipsa ꝯdēnatione principali. Sed si esset ꝯdēnatio facta in expensis,in quē fieret executio⁹ dixi in d.l.4.de re iud. Terigi in l.q solidū.§.etiā.j.de leg.2.& dixi in l.j.§.si procurator.s.ti quis ius dic.non obtepe. ¶ Op.s.de ꝓc.l.procurator qui ꝓ euictione. Sol. Aliud in procuratore,aliud in tutore. Quod an sit verum,ibi plene dixi. ¶ Vltimo q̄rit gl. quid si tutor satisdedit pro pupillo qui nō adfuerat? nec rñdet. Dic,quòd si ex certa scīa,tenētur fideiussores: si per errorem iuris vel facti,non tenentur,vt j.vt in pos.le.l.j.primo rñso.& de fideiu.l.si quis postquam.& s.si quis cau.l.sed & si quis.§.fi.secundum Dy.

ADDITIO.

a ¶ Contra tutorem.ad hoc vide quod dixi post Imo.in simili,in l.4.§.si ex conuentione.in fi.de re iudi.

LEX III

1 *Executores testamentorum,an æquiparentur tutoribus vel curatoribus.*

Si plures. Ex pluribus tutoribus,vel curatoribus quilibet pōt administrare,& vni erit decernenda administratio p iudicem,vľ si vni erat decreta p testatorē,ille administrabit,& alij non gerētes tenent̄ ad ea,q̄ hic exprimuntur in tex.h.d. Op.ꝙ nō valet gestū per vnū.j.de cur.fur l.ꝯsilio.§.pe.& fi. Sol. Hic administrabit vnus,alio non ꝯdicēte,vt hic: secus si alius ꝯdicat,vt in ꝯrio. ¶ Op.s.de procu.l.pluribus.vbi nō potest gerere quilibet insolidum nisi sit dictum. Sol.aliud in procuratore,vt ibi,aliud in tutore,vt hic. Dixi in repeti.l.j.§.plures.s.de exerci. ¶ 1 † Quæro qđ in pluribus executoribus testamētorum,an eos æquiparemus tutoribus vel procuratoribus? Olim erāt opiniones,hodie est casus extrà de testa.c.fi.lib.6.

1 *Suspectus quis ex mala conuersatione præsumitur.*

§. Si parens. No.ex hoc §.ad quid tenentur tutores,si non gesserint. Scđo no.fi.hui⁹ §.ibi,solicite eos curare qualiter conuersetur. Ex quo habes † ꝙ ex mala cōuersatione præsumitur quis ſpectus,&c.

1 *Minor dat tutorem filio.*

2 *Defuncti voluntas ex causa receditur.*

3 *Ex mala conuersatione quis est suspectus.*

4 *Facilius res expeditur per vnum quàm per plures.*

§. Quamuis. [a] Ex causa receditur à voluntate defuncti,& alij,quem testator dixerit,administratio ꝯceditur. Idem in curatore,& si testator non dixerit,vnus eligitur,h.d. ¶ 1 † Not.tex.ibi,minor forte,&c.ꝙ minor xxx.anno. pōt filio dare tutorem in testamento. ¶ 2 † Item no.ꝙ in summario. Simile in l.in confirmando.& l.vtilitatem.de cōfirma.tut. Facit j.vbi pu.edu.de.l.j. ¶ 3 † No.ꝙ ex conuersatione mala quis est suspectus. Simile s.proxi.§. ¶ 4 † No.ꝙ facilius res expeditur per vnum, quàm per plures. Concor.sunt in gl.

ADDITIO.

a Pom.¶ Quamuis. Vide Rom.sing.78.incip.gl.ordi.

1 *Tutor vnus,an possit cogere alium ad diuisionem administrationis.*

§. Si non erit. Tutores pñt vni ex eis administrationem cōmittere,vel oēs simul gerere,vel diuidere. 1 † Quid si vnus[a] vult diuidere,& alius non,an vnus possit cogi p alium ad diuisionem? tex non aperit. Dic,quandoque omnes volunt committere vni,quandoque nolunt. Et de istis casibus non ē dubium. Sed si vnus vult diuidere,cum oēs alij velīt administrare,tūc fiet diuisio cæteris inuitis per officiū iudicis.arg.s.fam.er.l.& puto.& s.cōi diui.l.cōi diuidundo.§.si duo. Facit quod no.per Inn.in c.ex literis.ex.de proba. Et prædicta sunt vera,quādo nullus offert satisdationem,tunc.n.recurrimus ad distinctionem positam in tex.s.de testam.tut.l.testamento dato,& l.sequen.

ADDITIO.

a Io.Fr.Ru.¶ Quid si vnus. Adde Ang.Are.in §.j.Instit.de satis.tuto.qui refert,& sequitur bart.hic.

LEX V.

1 *Stāte statuto quòd nomine gabellæ dēant solui tot denarij pro libra,si res,de qua fit contractus non ascendit libram,non debet gabella solui.*

Ita autem. [a] Dictum determinat s̄m suā cām.h.d. ¶ 1 † Not.tex.ibi,& cum causa depositionis exprimat̄. Ex quo

ADDITIO.

a Alex. ¶ Ita autem. Adde bar.in l.4.§.abesse.de dam.infec. Et an computentur libræ deductis impensis,vide j.de condi.& demon.in l.sed si hoc.§.cuidam.per bar.& circa dicta per bar.hic,vide per eum in l.4.§.prætor.circa fi.de dam.infec.& quæ ibi dixi in reportatis,& vide bal.in l.sacrosanct.C.de sac.san.eccle.

a quo colligitur, quòd dixi in summaria ista l. facit ad qōnem. Dicit statutū, quod debeāt solui noīe gabellæ tot denarij pro libra. Quid si illud super quo contrahitur, vel quod colligitur, nō ascē dit librā? hic est arg. nulla gabella debeat solui.

ADDITIO.

Pom. ¶ Ad hoc vide Alex. in l. 2 in 3. vol. & cons. 54. in prin. eo. vol. & cons. 130. eod. vol. & cons. 17. 1. vol. Barb. cons. 10. 2. vol. & cons. 11. 2. vol & cons. 12. eod. volu. & cons. 20. eo. volu. & cons. 33. eo. vol. & cons. sequen. & cons. 36 eo. vol & 57. eo. volum. cons. 58. eo. vol. & cons. 72. eo. vol. Rom. cons. 92. & cons. 102. & 105. & 107. & 120. & cons. 164. & cons. 117 & vide Feli. in c. nonnulli, in princ. de rescrip. Imo, cons. 9 in prin. & cons. 33. in fi. & 36. & 42. j. column. & 93. quia cui non conueniūt verba legis, &c. l. 4. §. toties, de dam. infec. vbi scripsi l. illam. C. de colla. Bart. cons. incip. in monasterio fratrum minorum, Alex. cons. 57. 2. vol. Fel. in d. c. nonnulli.

a Barb. ¶ ista l. Vide bar. in l. 4. §. prætor ait. de dam. infec. Et ego dixi in cle. fin. de rescrip. in gl. vltima.

1 *Gessisse quis dicitur ex administratione modicæ rei.*
Item adiuisse hæreditatem.
2 *Tutor, qui gessit, tenetur actione directa: non gerens vtili.*
Tutelæ actio directa oritur ex quasi contractu celebrato gerendo.
3 *Tutor, qui gessit, & postea cessat remouetur vt suspectus.*
4 *Qui per alium facit, quando videatur per seipsum facere.*

§. Gessisse. Iste §. venit ad declarationem l. j. in prin. s. e. vbi dicit. q tutor q non gessit, cogit gerere: secus si gessit. hic dr quis gessisse dicatur. Et gessisse dr. qui modicum attigit per se, vel per alium: & sic si cessat, vt suspectus poterit accusari; & qui non gessit tenetur vtili. h. d. ¶ 1 † Not. q ex administratiōe modicæ rei dr quis gessisse, & obligatur actiōe directa tutelæ. Silr per administrationem modicæ rei videtur quis adire. vt dixi in l. gerit, de acq. hæ. 2 † No. q tutor qui gessit tenetur directa, ille q nō gessit, tenetur vtili. Ex quo apparet q actio directa tutelæ orit ex quasi ɔ̄ctu celebrato gerendo. Si. n. nō gerit, tenetur vtili non directa, vt hic patet. ¶ 3 † No. q ille qui gerit, & postea cessat, potest remoueri vt suspectus: secus in eo qui nihil gerit. dixi s. eo. l. j. i prin. ¶ 4 † No. q ille qui per alium gerit videtur per seipsum gerere, vt teneatur directa. An autem ille qui per aliū gerit, dicatur ipse gerere sm veritatem, vel sm fictionē, dixi plene in l. sed si vnius. §. j. j. de iniur. Materiā aūt, an q qs per se pōt, possit p aliū, dic vt per Dy. in c. pōt qs, & in c. q p aliū, extrà. de reg. iur. li. 6. tangitur per Inno. ex. de offi deleg. c. fi. Gl. magna tn̄ hic ad illud generale signat quædā arg. ɔ̄ria, & non soluit. vide eā & tolle solutionem, & dicit gl. ad l. cum fundū. Sol. vt ibi patet. ¶ Ad §. si qs. dic q ibi in absentia vēdidisse nō vr, sed in p̄sentia sic, ex quo p aliū facit, & sic ɔcordat Dy. ¶ Sequit in gl. & de adop. l. post mortē. §. j. Dic, fallit ibi: quia adoptio nō est in administratione, vt j. d manumis. l. seru⁹ furiosi. Dy. Item q adoptio imitat nām, iō nō pōt ɔ̄hi p pcuratorē, sicut filiatio nālis. ¶ Sequitur in gl. & C. de his qui ve. æta. impe. l. 2. Dic, fallit ibi: qa venia ætatis dat rōne industriæ, quæ magis apparet, cū quis petit per se, quàm si peteret p aliū, sm Dy. ¶ Seqtur in gl. de l. Pau. Sol. vt ibi. ¶ Sequitur, & de transact. l. cū hi. §. fi. hoc non est p, nec ɔtra. ¶. Sequitur & l. liber homo. 2. rn̄so. hoc est pro: quia vterque tenetur, vt ibi patet.

1 *Tutor an teneatur à se exigere debitum naturale.*

§. Debitor. Debitum ex alia cā deuoluitur in actionē tutelæ. ¶ Opp. C. qui da. tu. pos. auth. minoris. Solu. ista iura hodie corrigūtur: qa tutor non pōt esse q sit debitor vel creditor, qd dic, vt dicā in l. pp litē. j. de excu. tu. ¶ 1 † Quæro, an tutor teneatur à se exigere debitū nāle? Gl. hic non determinat. Dic, Aut illud debitum naturale fuit cōtractum ante administrationē, & non tenetur illud à se exigere: aliàs esset sibi damnosum officiū suum absque sui culpa: quod esse non debet. l. si quis ex signatoribus. j. quemadmo. testa. aper. aut fuit contractum ratione administrationis, & tenetur à se exigere arg. eius quod dicitur de seruo in l. at qui natura. in prin. de neg. gest. secundum Pet.

§. Si tutor. Tutor finita tutela tenetur admonere minorē, vt petat sibi curatorem, aliàs tenetur. h. d. ¶ Quærit gl. quid si tutor admonuit, & minor noluit: Dicit gl. q tutor est excusatus. q Dy. intelligit de curatore ad negotia, sec⁹ si ad litem, Nam cogitur recipere inuitus, & sic non excusatur propter solā admonitionem. Satis puto, quòd ipse tutor excusaretur: q enim dicitur, inuitus recipit curatorem ad litem, intelligitur ad petitionem aduersarij, non ad petitionem tutoris.

1 *Syndicus constitutus ad certum tempus, finito tēpore, & lite cōtestata; an possit cogi ad causam prosequendam.*

§. Post completum. Post cōpletā tutelā, vel curam, cogitur qs litē ceptam perficere, nisi instra litis & rōnes reddiderit. h. d. ¶ De hoc habes rub. C. vt cau. post pu. adsit tuto. Facit j. de appel. l. tutor. ¶ 1 † Quæro, syndicus [a] fuit ɔ̄stitutus ab aliqua vniuersitate vsq; ad certum tempus, [b] lis fuit contestata, tempus est finitū, an finito tēpore teneatur litem persequi: dicerem sic. Aut tu quæris vtrum possit compelli ad causam peragendam ab aduersario, Et dico q sic, nisi syndicus alleget aliquam iustam causam de his quæ ponūtur in l. post litē, cum l. sequē. s. de procu. Non enim potest reuocari in præiudiciū aduersarij, vt ibi. Aut quæris, an possit cogi ab illa vniuersitate, ita [c] q ei teneatur, si non exerceret? Et nō potest cogi, nec tenetur, nisi forte cessauerit in reddendis instrumentis, & in reddenda ratione, vt hic dicitur in tutore.

ADDITIONES.

a Barb. ¶ Quæro, syndicus. Vide scribentes in c. j. de syndic. ibi ioan. de imo. tenet contr.

b Ale. ¶ Teneatur. an syndicus possit cogi finito suo tempore litem per ipsum cœptā finire: vide bar. in l. fin. ad fin. de appe. & vide quæ no. in l. damni. §. Sabinus. de dam. infe. post Bar. cum Bar. tenet imo. in c. j. de syn. vbi vide no. per do. ant. de but. adde tu, q hic dicta per bar. reprobat Pau. de Cast. cons. 235. inci. visis, & discussis. sequitur dictū bat. in l. j. s. de procur. vbi vult, q procurator constitutus ad certū tēpus etiā volente aduersario, finito tpe & lite contestata, non possit prosequi: quia imputet sibi aduersarius qui sciebat tempus appositum à principio esse finiturum.

c Ale ¶ Nec tenetur. Vide Bar. qui idem tenet in l. creditor. §. substi. de app.

LEX VI.

Quidam decedens [a] Si relinqtur liberatio a reddendis rōnibus, nihilominus tutor de dolo tenetur q nō pōt remitti. Sec⁹ si de dāno, q sua culpa sentiret. h. d. Cōcor. l. si seruus vetitus. de leg. j. & ibi dixi. & in l. Aurelio. §. j. de lib. leg. Op. s. de pac. l. si vnus. §. j. Sol. vt ibi. Op. de l. si qs rōnes. j. de libe. leg. Sol. illa dēt intelligi sm istā, qn legatur liberatio ab administratione p̄terita ante factū testm̄, sed si ab administratione futura, dolus nullo modo vr remissus. [b] Ita loqtur hic: & hoc tenet Dy. (vel aliter in l. ɔ̄ria fuit relictum quicqd teneretur reddere.)

ADDITIONES.

a Pom. ¶ Decedens. Vide alex. cons. 135. in prin. 2. vol.
b Pom. ¶ Remissus. Vide ale. cons. 62. vol. 4. barb. 68. 2. vol.

1 *Iussus gerere de cōsilio alicuius quādo teneatur illud sequi, & qui, remissiue.*
2 *Si executor tenetur voluntatē defuncti exequi de consilio alicuius fratris minoris, etiam possit sine eo facere remissiue*

§. Papinianus Si tutor iubetur gerere de cōs. eius qui nō pōt esse particeps officij, de honestate illud requirit, sed nō tenetur sequi: sicut aliàs qn a volūtate defuncti receditur. h. d. Op. j. ea. l. Titiū & Meuiū, in prin. Sol. ibi fuit assumptus, vt 1 † consultor ille qui potuit eē particeps officij, hic mulier, quæ esse nō poterat, q plene examinaui in repe. l. j. §. si plures. s. de exerci. Et hoc facit ad q. Dicit 2 † testor, q executor teneatur exeq volūtatē defuncti de cōsilio alicuius fratris Minoris an [a] executor sine eo possit facere. Plene examinaui in iij. lib. Minoricarum.

ADDITIO.

a ale. ¶ Plene examinaui. Vide bal. in auth. ingres. C. de sac. san. eccle. & q no. bar. in l. à filio de alimen. & ciba. leg. & melius bar. l. j. §. si plures. de exerci.

1 *Scire sufficit quem sine protestatione.*
2 *Denunciatum esse alicui per aliquem quod sit tutor, an sufficiat.*

§. Ex quo. A tpe sciē periculum est tutoris, & ignorātia p̄sumit, nisi sciā pbet. h. d. 1 † No. q sufficit quē scire sine ptestatiōe. Qd intellige qn ptestatio fit ad notificādū tm̄, cū ille, q ē cert⁹, certior fieri non dēat. l. j. in fi. de act. emp. & ex. de reg. iur. c. eum q certus: secus si ptestatio fieret ad aliud. l. denūcias se. in prin. de adul. Dixi in l. ij. in fi. s. sol. ma. ¶ Op. q teneatur tutor a tpe quo fuit iussus, vt j. ea. l. q iussus, Hui⁹ timore posita est qdā distinctio p gl. q̄ vide & signa. Sd in vltimo mēbro in quo dicit q tenet ex quo iussus est, Dy. dicit, q immo tenet ex die qua debuit administrationē accipere, & ex quo sciuit se datū, vt j. si tu. vl cura. ap. l. j. & ij. j. e. l. tu. q post. §. tutor datus. ¶ Op. C. de pi. tut. l. si tut. Sol. ibi tutor pbat ignorātiā ex volūtate, n ex necessitate. Ita dicit gl. vl veri⁹, sufficit pupillū pbare publicā famā, ex quo p̄sumit sciā, nisi p tutorē pbetur ignorātia, idē si dnūciatū fuit ad domū, 2 vt no. in l. ɔ̄ria, simile dixi vobis in l. is pōt. j. de acq. hrd. ¶ † Quæro, qd si p aliquē ē denūciatū mihi, q ego sū tutor, an sufficit? tex. innuit q sic. In ɔ̄riū ē, q n debeā alteri credere, vt. j. q fal. tu. aut. l. ij. [a] Est ergo mod⁹ q illi, qui dat⁹ est tutor ostēdat testm̄, vel dicatur ci p psonas, q̄ dicant se vidisse testm̄, adeo q si n creditur, sit ignorantia supina. l. si quis inficiatus. s. deposi. dixi plenè in l. non solū. §. fi. de ope. no. nun. in materia protestationis

ADDITIO.

a barb ¶ Ergo modus. Vide quæ dixi in c. cum contingat. de rescrip.

LEX VIII.

1 *Tutor tenetur facere inuentarium.*
2 *Actor constitutus à tutore non facit inuentarium.*
3 *Tutor honorarius facit inuentarium.*
4 *Tutor datus ad vnum articulum tantum puta ad adeundum, non tenetur inuentarium facere. cautius tamen est, vt faciat.*
5 *Tutor ad lites non facit inuentarium.*
6 *Inuentarium debet fieri quamprimum poterit. vide etiam nu 7.*
8 *Inuentarium debet fieri coram notario.*
9 *Inuentariū vt faciat fidē contra debitores in eo descriptos, dēt fieri coram iudice.*
10 *Inuentario quæ res debent poni*
11 *Inueniri dicitur proprie quod manibus apprehenditur.*
12 *Inuentario res aliter adscribi debent, vt tutor ex illo possit conueniri.*
13 *Forma inuentarij posita per Spe. quod non sit bona.*
14 *Tutor si in inuētario dicit quòd credit tales res esse pupilli, & ad eum pertinere, quòd sufficiat.*
15 *Tutor non ponens omnes res in inuentario, quando videatur dolo facere.*
16 *Inuentario necessario expensæ inseri debent & instrumenta, in quibus continentur nomina debitorum citatis nominatim ad hoc ipsis debitoribus.*
17 *Necessaria causa quæ dicatur, quando non conficitur inuentarium.*
18 *Causa iustissima quæ dicatur, licèt non necessaria.*
19 *Iudex ex causa potest remittere confectionem inuentarij.*
20 *Qui nō facit, quod scit, vel scire dēt rōne officij sibi iniūcti, est in dolo præsumpto.*
21 *Iuratur in litem contra tutorem propter dolum verum: non propter præsumptū & ex quibus causis.*

22 Tutor non debet aliquid gerere antequàm non fecerit perfecte inuentariũ.
23 Protestatio apposita est in inuentario si quã nõ apposuit apponenda,&c.nihil releuat.
24 Inuentariũ copia quod debet dari tutori aduersario petenti, vide nu.25.
26 Tutor quæ habeat facere.vt possit administrare.
27 Tutor ante cõfectionẽ inuentarij põt expedire illa.quæ dilationem nõ recipiunt.
28 Tutoris scientia sufficit ad translationem iuris deliberandi.

a **Tutor qui repertorium.** Cõtra tutorẽ,q nõ facit inuentariũ absq; cã iurat in litẽ,& antequã faciat nõ põt administrare,nisi q̃ dilationẽ nõ recipiũt.h.d.Primo ponit dictũ & exceptionem.Scdo effect⁹ dicti.Scda ibi,si qs igitur.Prima subdiuidit in duas.s.in dictũ & exceptionẽ.Scda ibi, nisi forte.Itẽ secũda ibi subdiuidit in quatuor.Primo vnũ effectũ.Scdo eius practicã quantũ ad modũ ꝓbandi.Tertio ponit aliũ effectũ. Quarto,ab eo excipit.Scda ibi, ꝙ ex iureiurando.Tertia ibi,nihil itaq;.Quarta ibi,nisi id quod. Antequã ponã cãm in terminis scias ꝙ iuriscõ.†ponit ꝓ ɔstanti b ꝙ tutor inuẽtariũ facere tenetur, b vt l.tutores.C.e.&.C.arb.tut. l.fi.& l.ij.§ tutores.ȷ̃.de susp.tut.Hoc præmisso casus est planus, examinemus ꝑ particulas.Primo habemus vnũ, qđ hic p̃suppo nitur,ꝙ tutor tenetur facere iuẽtariũ.ɔcordãtias dixi s̃.Idẽ i curatore,vt C.de cur.fur.l.fi. C.de epi.au.l.de creationibus. ¶† Sed 2 c quero qd de actore? c Rñ.actor nõ gerit noĩe suo,sed gerit noĩe tutoris,& ei⁹ periculo ɔstituitur.l.solet.s̃.de tut.& l.decreto.ȷ̃.eo. &ideo nõ est necesse,ꝙ faciat inuentariũ,sed sufficit a tutore eẽ ɔfectum. Tutor.n.ꝑ eũ gerit.l.ita aũt.§.gessiss.s̃.eo.sed tutor q daretur in locũ absentis vel coadiutor,vł quicũq; haberet autoritatẽ ꝑ se& periculo primi tutoris nõ gereret,tenetur facere inuẽtariũ ꝑꝑ gñalitatẽ huius l.& similiũ.¶† Quærit gl.an tutor hono- 3 rarius,vel dat⁹ cã notitiæ,teneatur facere inuentariũ.Et determinauit ꝙ sic, ꝑꝑ gñalitatẽ huius l.Itẽ qa põt eis solui,q hñt cõionẽ in tutela vt in gl.¶ † Quero,vtrũ d tutor datus ad vnũ articulũ,vt 4 d ad adeundã hrditatẽ teneatur facere inuentariũ.Ia.de Are.dicit ꝙ nõ.l.impuberi.s̃.de tut.& cura.da.ab his.arg.C.de tut.vel cura.q satis nõ dede.l.vlt.fm vnã lect.Ita dicit ipse:ꝙ puto verũ:qa inuẽtariũ dẽt fieri solũ đ corporibus, q̃ iueniuntur in bonis pupilli,vt ȷ̃.dicã:sed añ aditã hrditatẽ nullũ tale reperiẽ.vt ȷ̃.dicã.ergo &c. Tutius tñ est ꝙ inuentariũ faciat,& in inuẽtario solũ põnat ꝙ in bonis pupulli ipse inuenit pupillũ habere ius adeundi illã hrditatẽ,& ita vr̃ sentire Cy.in l.tutores.C.eo.¶ †Quæro an e tutor da- 5 e tus ad lites teneatur facere inuentariũ?Rñ.ꝙ nõ.vt no.C.de epis. au.l.de creationib⁹,licèt quidã ɔ̃ gl.& si ad species.ȷ̃.rẽ pup.sal.fo. dic,vt ibi.¶ † Quæro qñ f dẽat fieri inuẽtariũ.tex.in l.tutores.C. 6 f eo.dicit,mox& statim ac creati fuerint.qđ qdã intelligũt intra tẽp⁹ qđ datur hrdi.qdã intra 4.mẽses, gl.& ibi & hic & ẽt oẽs doc. intelligunt mox.i.quã primũ poterit.Facit ȷ̃.de cõdi.& demon.l. hæc ɔditio.ꝙ si nõ fecit,dolo fecisse vr̃,vt hic.¶ † Sed q̃ro g qd si 7 g neglexit facere ꝑ plura tꝑa & postea inuentariũ facit,an admittatur ad agendũ?gl.dicit ꝙ nõ.immo debet remoueri vt suspectus, &incarcerari.l.iij.§.tutores.de suspe.tut.& C.arb.tut.l.vlti.Et hoc vr̃ tenere Spe.de instr.edi.§.fi.circa prin.§. vbi dicitur,ꝙ ɔ̃ inuẽtariũ põt obiici ꝙ nõ fuit factũ mox cũ potuit & debuit. Cõtrariũ h puto. h Nã dictæ leges dñt,ꝙ tutor q nõ facit inuẽtariũ debet remoueri vt suspectus,ergo interim est tutor.Præterea non facere inuentariũ est dolus p̃sumptus,vt hic:sed ɔ̃ tutorẽ q nihil gessit, i ad eũ remouendũ vt suspectũ, nõ põt obiici dolus p̃sumptus i l. hæ.n.§.q nihil.ȷ̃.de susp.tu.Tã gitur ꝑ gl.& clari⁹ ꝑ Cy.C.de suspe. k tu.l.ij. k Dico ergo,ꝙ si tutor nil administrauit,licèt tardius venerit ad ɔficiendũ inuẽtariũ,&tardius venerit ad gerẽdũ,nihil põt ei obiici a quocũq;:sed si administrauit antequã faceret inuentariũ,nihil põt obiici inuẽtario: qa tutor est,& facere dẽt.sed posset accusari vt suspectus,vt d.ll.¶ † Quero,qualr̃ inuẽtariũ dẽat 8 fieri?Resp.tex.in l.tutores.C.eo dicit,ꝙ in p̃sentia publicarũ ꝑsonarũ: l gl.tñ ibi in vers.ꝑsonarũ, intelligit ꝙ sufficit vn⁹ notarius. & ita ẽt hic,& ita etiã cõiter obseruatur.¶ Quero vtrũ dẽat fieri corã iudice?gl.hoc dicit,ꝙ sic.ar.l.chirographis.ȷ̃.e.Doct.dñt & bene,† ꝙ quãtũ ad tutorẽ sufficit fieri extrà iudiciũ.sed quãtũ ad 9 hoc vt inuẽtariũ fidẽ faciat ɔ̃ debitores,quorũ noĩa in inuẽtario scribũẽ,reqritur ꝙ corã iudice fiat,vt d.l.chirographis.¶ †Quæ- 10 ro q̃ res debẽt poni in iuẽtario?text.in l.tutores.dicit ꝙ dẽat fieri inuẽtariũ oĩũ rerũ & instrumẽtorũ.Qđ.intellige rerũ.s.oĩũ corporaliũ.Et ꝙ dicit instrumẽtorũ,intellige.i.iuriũ icorporaliũ,de qbus apparẽt instrumẽta,seu ꝓbatiões in bonis pupilli.Et ex hoc m ɔcludo m duo.Primo,ꝙ debita a pupillo aliis tutor nõ tenetur ponere in iuẽtario:qa illorũ ius nõ est res pupilli,sed est res creditoris ipsius.Pro hoc,tex.in l.vlti.C.de alimẽ.pupi.p̃st.nõ tamẽ nego n quin possit ponere si vult. Scdo n ɔcludo & si sũt debita aliqua ipsi pupillo,de qbus in bonis suis nõ reperiatur instr̃m , ꝙ tutor nõ tenetur ponere in inuẽtario,anteq̃ exigat.Qđ ꝓbo.Inuẽtariũ dr̃,qa reperta & inuẽta in bonis pupilli ibi descibũẽ,vt hoc no.in j.gl.† Sđ inueniri dr̃ illud ꝓprie,qđ manibus apprehẽdiẽ,vt Inst. 11 de rer.diui.§.itẽ lapilli.C.de fideiu.s.l.si Abarsatorã,& no.ꝑ doc.in l.licèt.de acq.pos.Sed talia debita nõ iueniũtur,nec capi pñt manib⁹:ergo nõ pñt scibi i inuẽtario:postq̃ vero illa debita erũt exacta,poterũt i inuẽtario poni , sicut res đ nouo obueniẽtes.l.fi.§. 12 tali.C.de cur.fur.¶†Quæro qualr̃ o res debeãt describi in inuẽtario?Rñ.talr̃,ꝙ tutor ex illo inuentario possit cõueniri.l.fi.in prin. arbi.tu.Ex hoc dico ꝙ omnes res debent scribi per signa,per latera,& confinia,sicut in libello ponerentur,vt dicitur in l.si rem.s̃. de rei vendi.& l. in actione.ȷ̃.de furt.Dico etiã quòd tutor debet scribere se inuenisse in bonis dicti pupilli,vt hic,secundum quod 13 glo.intelligit in d.l.tutores.C.eo.¶†Et per hoc non placet mihi forma inuentarij,quàm Spe.ponit in tit.de instr.edi.§.dicto,vbi dicit, talis tutor dixit , & asseruit in pupilli dicti bonis primo esse talem rem,item talem , &c.nam secundum illam formam non dicit se inuenisse,sed dicit esse in bonis.Qđ põt intelligi de re existente ẽt apud aliũ,cuius habeo petitionẽ.l.rẽ in bonis.de acq.rer. domi.& sic ex hoc inuentario tutor nõ posset ɔueniri ad resignãdam rem,cum se eam inuenisse nõ asserat.Et istã formã Spe.arbitror esse corruptã vitio scriptoris,cum in sequentibus formis sp 14 adiecerit verbũ,inuenisse.¶ † Quæro,qd p si tutor dicit in inuẽ- p tario ꝙ credit esse tales res dicti pupilli.&ad eũ pertinere,vtrum q sufficiat? q Rñ.inuentarium fit de eo ꝙ inuenit,vt dixi.si ergo inuẽtarium clare dicit,id ꝙ spectat ad inuentionem, vt ꝙ possessionẽ seu ipsã rẽ inuenit in bonis,satis est.Nec puto ꝙ tutor hẽat necesse asserere de dñio ipsi⁹ rei,cũ hoc nõ subiiciat iuẽtiõi de facili,ꝓ 15 prie loq̃ndo.¶ †Quæro,qd si tutor i iuẽtario nõ posuit oẽs res? Rñ.dolo

ADDITIONES.

LEX XVIII.

1 *Nomina debitorum an dicantur mobilia vel immobilia,ad hoc vt in eorum alienatione requiratur decretum.*

2 *Tutor solus potest delegare nomen debitoris pupilli,si pupillo expedit.*

3 *Tutor delegat sine decreto solus,si in obligatione est pecunia.*

Pecunia est de rebus,quæ seruando seruari non possunt.

4 *Syndicus factus à capitulo cum auctoritate superioris:non agit contra superiorem litigantem cum capitulo vide ibi alia.*

Potest. Quæ sunt gerenda cũ alio,p̃nt expediri tutor̃ autor̃, secus si cũ ip̃o tutore Tunc.n.nec p̃t autorari,nec ad id,se authore,ꝓcuratorẽ facere.h.d.Ex primo dicto gl.colige notabili.ꝙ cum alienationẽ ĩmobiliũ sine đcreto ꝓhibuit orõ Imperatoris.l.j.ĩ.de reb.eorũ.& lex Cõst.C.de adm.tu.l.lex q̃ tutores, prohibuit aliẽationem mobiliũ q̃ seruari p̃nt,& hic ꝓmittit̃ alienatio † actiõis:apparet qđ actio ñ ꝯtinet̃ appl'ne mobiliũ vl' ĩmobilium.Cõtrariũ no.ĩ.de verb.sig.l.mouentiũ. gl. distinguit [a] alibi aliter

ADDITIO.

a Barb.¶ Gl.distinguit Vide c.relatum.2.per do.Pet.de testam.& in c.nulli.de rebus eccle. non alien.& ibi dixit Bald.in c.1.de feu.cogn.

aliter.[a] Aut in actione veniunt immobilia,& computantur inter immobilia. Aut veniunt mobilia,& computantẽ inter mobilia, vt in authen.de nō alie.§.j. col.ij. Istā alleg. Cy.C.si aduers.transac. in l.j.& C.de sacrosa.eccl.l.iubemus.§.fi.Dy.distinguit. Aut cōsideramus ipsum ius obligationis,& ipsum est immobile. Ita loquitur gl.in d.l.mouentium. Aut ꝯsideramus effectū descēdentē in ipsa oblone,& tū dicit regula iuris,qui actionē hẽt, rem vr̃ hr̃e. Vnde procedunt aliæ glossæ,vt distinguamus,aut actio datur ad mobilia vel ad immobilia,& secūdum hoc vel erit necessariū iudicis decretū,[b] vel non.[c] Nō obstat hæc lex:quia intelligo ꝙ hic erat debitor alicuius rei mobilis,q̄ fm ista tp̄a poterat alienari sine decreto. Ita dicit Dyn. Sed Iaco.de Are.in d.l.mouentium.dicit ꝙ ꝓprie loquendo noīa debitorum nō sunt mobilia,neque immobilia,& sic est tertia spēs ꝑ se. Declaratur [d] per ratione:qa non occupant locū cum sint incorporalia.ergo nō pn̄t dici mobilia,vel immobilia,cū hoc dicatur respectu loci:& ideo Iurisconſ. de nominibus debitorum facit tertiā spēm in l.a diuo Pio.§.in venditione. j̃.de re iud.s̃.de peculio.l.quā Tuberonis.§.pe.& quādo non esset necesse,ꝙ ista spēs numeretur inter mobilia vel immobilia, retinent tertiam speciem [e] per se,vt dictis legibus. Sed qñ est necesse ꝙ alicui horū accedat,tunc hẽt locū distinctio gl. Aut in actione venit mobile,& computatur inter mobilia. Aut venit immobile, & computatur inter immobilia,& ita est hic. Res.n.minores mobiles,quæ seruādo seruari pn̄t, prohibentur alienari hodie. Quid erit de actione? Certe est aduertendum quid in actione veniant, vt d.gloss.dn̄t. Pro hoc optime tex.C. de prædi.mino.l.si ad resoluendum. De hoc tangitur in Spe. de cess.acti.§.j.ver. sed nunquid minor. Facit quod not.in Spe.de fru.& interesse.§.j. versi.itē q̄rit. ¶ Op.ꝙ tutor non possit delegare: vt j̃.de nouationib.l.nouare. gl.soluit.hæc l.intelligitur fm illam,qñ ꝑ delegationē ꝯditio pupilli fit melior, vel fieri credit.alias secus,vt ibi. ¶ † Quæro vtrū tutor solus possit delegare. Text.vr̃ ꝙ non.j̃.ad Tre.l.restituta.§.j.& ita hn̄t quidā apostillatum hic ꝑ Dy. Sed puto quod possit solus, si pupillo expedit.vt s̃.tit.j.l.tutor ad vtilitatē.& d.l.nouare.j̃.de nouationib. Non ob.l.restituta.§.j.quia ibi in restitutione vniuersali hr̃ditatis,quæ fit vt actiones transeant ꝑ Treb.secus ĩ cessione vel delegatione vnius actionis tm̄. ¶ Quæro,† vtrū si in obligatione sit pecunia,possit delegari sine decreto? Rn̄det quòd sic. Pecunia [f] enim rdr̃ esse inter res quæ seruando seruari nō pn̄t, vt no.in l.j.§.fuit quæsitū.j̃.ad Treb. Quod apparet ex legibus nouis, q̄ pmittūt tutori pecuniam mutuare,& ex pecunia prædia emere sine decreto,vt C.de admi.tut.l.j.& in auth.ibi posita.& in auth.vt hi qui ob.phi.se ha.§.pe. ¶ Venio † ad secūdam partem. ex qua nota,ꝙ [g] syndicus factus a capitulo cū autoritate superioris,nō pōt agere ꝯtra superiorē,si litigat cum capitulo. Et eodem mō syndicus factus a populo cum autoritate ptātis non potest agere contra Potestatem ipsum. Qualiter autem fiat tunc syndicus qñ subditi volunt agere cōtra superiorem,dicit Inno.in c.edoceri.extrà de rescri. ¶ Opp.ad istam partem,quòd creditor,vel debitor pupilli nō possit esse tutor,vt in auth.minoris.C.qui da.tut.poss. Solu. Aliud olim,aliud hodie. Dicam in l.propter litem.j̃.de excu.tuto.

ADDITIONES.

a Pom.¶ Aliter. Vide alex.conſ.27.in vltim.colum.3.vol.& conſ.111.4.vol.& conſ. 16. ad fi. in 1.vol.& l.a diuo.Pio.§.in venditione.ff.de re iud.panor.conſ.42.in 2.vol.& conſ. 102.v. vol.Fel.in prooemio decreto.barb.conſ.45.& conſ.50.conſ.69.& conſ.227. Card. conſ. 72. in 1.dub.

b Alex.¶ Iudicis decretum. Idem consuluit Dy.in conſ.2.in q.pen.cuius tenor talis est, si tamen cessio actionis super immobilibus fieret,ex causa transactionis non requiritur decretum secundum eam,sed tutoris authoritas.l.præses,cum ibi not.C.de transac. Vide tamen no.in l.1.C.si aduer.transac.

c Poma.¶ Vel non. Vide aret.conſ.54.

d Alex.¶ Declaratur. Vide quòd dixi post Bart.in l.mouentium.de ver.sig.& adde Bart.in l.si sic §.1.de lega.1.& in l 1. C.si aduer.transac. Bald. in l. iubemus la.2. & authen. hoc ius porrectum.de sacrosan.eccl.& in l.1.circa fi.princ. de pace tenen. vide ang.& Ro.in l.1.§.fuit quæsitum.ad Treb.& in materia ista consuluit Bart.& habet per Bald.l.1.de stat ho. post Guil.& Bar.vide Ioan andr.in tit.de instrum.edit.§.nunc vero aliqua,in additio.inci. scire debet,&c.& abb.in c.nulli.de reb eccl.non alie.vt refert consi.219. Old.adde an appellatione mobilium & immobilium veniant iura & actiones,Bald.in l.1.§.argento. infrà de auro & arg.leg.& in c.j. de feu. cog. in glo.in verbo immobilia:bonum tex.in l.bene à Zenone.de quadrien.præscriptio,gloss.in l.fi.C.in quib. causis in integrum rest. tex. in l.1.§.exactio.C.de rei vxor.acti.Bart.consi.50.ang.conſ.238.inci.anastasius.per Bart.consi.80.in 1.vol.an autem si pupillus sit obligatus ad restitutionem dotis, vel ad actionem cedendam contra promissores dotis,possit solus tutor,cum decreto tamen iudicis,eo casu cessionem facere,& an idem possit facere in quemlibet creditorem pupilli,vide Rom. consi.386.

e Alex. ¶ Tertiam speciem. Et idem si competeret ad quantitatem: quia reputatur tertium adiacens,vt firmat Lappus alle.consi.91.aliàs 80.vt refert Rom.in l.si constante.§.fi. solu.matr.

f Barb.¶ Pecunia enim. Et vide tex.in l.Iulianus.suprà de pet.hære.& l.cristo.§.fi.eum l.sequen.infrà de iure delib.

g Alex.¶ Non potest agere. Quid autem si vniuersitas est dispersa, vide Inno.in c.cum ex iniuncto.de ope.no.nun.& in c.humilis.de maio & obedientia.

LEX XIX.

1 *Curatoris dati pupillo qualis sit potestas.*

Curatorem. Curator pōt dari pupillo ad agēdum, non ad authorandū.h.d. Not.qd impuberi pōt dari curator. Quod intelligo siue habeat tutorem,sine non,vt no. suprà de tu.& cura.ab his.l.curator.& probatur in l.curatorem. co.ti. ¶ † Quæro de potestate istius curatoris. Rn̄deo,tex.hic declarat,omnia,quæ possunt fieri per tutorem circa administrationem in iudicio vel extra:puto quòd possunt fieri per talem curatorem. Sed in illis, quæ haberet facere pupillus tutore autore tunc authoritas illius curatoris nullo mō sufficeret. Ita ine lligo istam legem.

ADDITIO

a Parif.¶ Quæro. Vide alex.consi.122.vol.1.

LEX XX.

1 *Pupillus habens socium rixosum, potest prouocare ad diuisionem cum autoritate iudicis,& maiore socio prouocante minores possunt diuide e inter se.*

Inter pupillos. Nō est necesse tutorem authorantē diuisioni se subscribere. h. d. Not.ꝙ non est necessaria subscriptio in authore,loqui tñ debet fm ea q̄ dixi.s̃.e. l.iij. ¶ Secūdo no.ꝙ inter pupillos potest fieri diuisio. ¶ Opp.j̃.de reb.eorum.l.si pupillorū.& C.de prædi.min.l.pe. vbi pupillus non pōt diuidere nisi prouocet ad diuisionem. Soluit primo gl.ꝙ hic in hæreditate non erant nisi mobilia, q̄ solutio est vera: sed diuinationem continet. Alij dicūt ꝙ hic fuit facta diuisio decreto iudicis & authoritate tutoris. Istam tenet Iac.de Are.tanq̄ multum not.[a] † Nam qñ pupillo expedit,qa hẽt socium rixosum, vel aliàs non expedientem sibi, tunc ipse potest prouocare ad diuisionem cum authoritate iudicis,vt hic,secūdum istam solutionem & ꝓbatur suprà de tut.l.quod dicitur.& hoc suggerit æquitas, ne socium rixosum cogatur habere.arg.pro socio. l. si conuenerit. Et hoc tangitur per Cy.C.de sacrosan.eccle.l. iubemus. circa principium,ex hoc quod ibi dicit text.prædia diuidere. Alij dicūt quòd vnus socius ipsorum pupillorum maior,eos prouocauit ad diuisionem. Istam solutionem etiam no.quòd vno socio maiore prouocante ad diuisionem , alij minores possunt inter se diuidere; quod teneas mente.

ADDITIONES.

a Poma.¶ Multum not. Sequitur.aret.consi.22.in 1.col. Vide etiam alex. consilio 7.in fin. in v.volum.

LEX XXI.

1 *Iudex in exequendo sententiam potest incipere à præcepto de soluendo practicā præcepti.*

2 *Exequendi vnus est modus,vt primo pars citetur ad opponendum,quare sententiam non debet executioni mandari.*

3 *Petitio restitutionis in integrum quando impedit executionem sententiæ.*

Defendente.[a] Petitio † restitutionis impedit executionem sententiæ.[b] h.d. Opp. ꝙ curator solus nō potest abstinere pupillum:quia hoc requirit causæ cognitionem,vt l.in causæ.§.cā cognita.s̃.de minori. Duæ sunt opi. Prima,ꝙ pupill⁹ non immiscuerat se iuridicè:quia,vel ipse solus sine tutore,fm Placent.vel tutor solus sine pupillo,fm Azon.merito ergo nudis verbis potest abstinere. Quod intellige quantum ad hoc,vt in eum non detur actio iudicati, non vt sibi præiudicetur,vt interim se immiscere non possit:quia hoc requirit tantā solennitatē quantam additio.l.si pōt.j̃. de acq. hære. Alij,vt Hugo dicunt ꝙ licèt hic in tex.nō referat,tñ in integrum restitutio fuit petita,& causa cognita data,& hæc tutior. Ex hac l.habes no.† practicam [c] ꝙ cum petitur sn̄iam executioni mandari, iudex potest incipere a præcepto de soluēdo:vt p̄cepio tibi,vt soluas,id in quo ꝯdemnatus es ꝑ sn̄iam,vel ostendas quare sententia non debeat mandari executioni. Ita.n.incipit hic,dicendo pareas iudicato. Facit j̃.de ope.no.nun.l.de pupillo.§. meminisse. vbi in nunciatione quæ fit per prætorem,ponitur similis modus. Alius modus exequendi est,vt in primo citetur pars,vt veniat ad opponendū quare sententia non debet executioni mandari:licèt quidam dicant quòd sententia potest executioni mandari etiam parte non citata.l.ab executione.C.quorum appel.non reci. Dixi plene in l.a Diuo Pio,de re iud.§.in venditione. Secundo no.[d] quod † petitio restitutionis impedit executionem [e] sententiæ. Quod intellige [f] qñ causa restitutionis erat euidens,ita ꝙ apparebat,quòd non apponebatur causa calumniæ,& prorogandæ litis, [g] aliàs non impediret executionem:sed procederetur ad executionem præstita cautione de restituendo, si minor vicerit in causa restitutionis, vt extrà,de in integrum restit.c. auditis. Facit C.de preci. Imperat. off. auth.quæ supplicatio.C.de fal.l.iij.

ADDITIONES.

a Barb.¶ Defendente.allegatur sing.ista lex per Bald.quòd sententia super incidenti pōt ferri sine scriptura,in l.fi.C.de sententiis,ex breui.recitandis.

b ¶ Sententiæ. Et per hoc dicit Bald.in l.1.& in authen.ibi posita.C.si vt se ab hæred.abst. quòd minor petēs restitutionem aduersus hæreditatem,nō habet probare se læsum,quia de se præsumitur.& in d.auth.not,istum tex.

c Alex.¶ Notabilem practicam. Cum petitur executioni mandari sententia, iudex potest tunc incipere à præcepto. Et vide quòd dixi post Barto.in l.de pupillo.§. meminisse.de ope.no.nun.& adde Bart.in l.1.de execu.rei iud. Sed an requiratur libellus,vide Bald.in l. ab executione.quor. appellationes. & de hoc etiam habetur in c.sciscitatus. de in integ. resti.& per Bald.in authen.quæ supplicatio.de preci.Impe.offe.& per Bart.in l.4.§. condēnatum.de re iud.per Bart.& doc.in l.si prætor.§.Marcellus.de iudi. Et vide tex.gl.& Bart. & latius bald.in l.1.C.de in integ.rest.bald.in rub.C. de iure delib.ad fi.& omnino in l.fi.si ex fal.instru.ang.in l.furti.§.1.de infa. Spec.in tit.de execu.sent.§.fi.versi.integ. Dixi plene post Imo.in d.§.condemnatum.

d Barb.¶ Secundo no. Et facit l.2.C.ad l.Cor.de fals.& quod tenet Io.and.in titu.de iud. deleg.§.stat.versi.quòd si in statuto.in fi.illius additionis.

e Alex.¶ Impedit executionem.an restitutio in integrum impediat executionem sententiæ,vide quę dixi post bar.& Imo.in l.4.§.condemnatum.de re iudi. Et vide quæ dixi declarando hanc materiam in l.3.§.si seruus.de acqu.poss. Et vide late imol.in l.quia latronibus.§.1.de test. Differentiam autem inter appellationem,& in integrum restitutionem,vide barb.in l.illud la 2.per illum tex.j̃.de appell.& bald.in rub.C.de manu.vindi.

f Poma.¶ Quod intellige. Vide bar.consil.18.in 1.vol.& Rom.consi.160.

g Alex. ¶ Prorogandæ litis. Adde quia dicit imo.multum sing.in c.post electionem.de concess.

conceff. præbendæ. quòd vbi quis ad impediendum executionem sententiæ, vel instrumenti opponit exceptionem, si iudici videtur quòd animo calumniandi opponat, & differendi negotium, quod potest iudex non admittere, & repellere excipientem. Quod dictũ refert Abb. in c. pastoralis. §. quia vero, & in c. ex parte 2. de offi. deleg. & in c. nullus de præsumpt. Et idem voluit Imo, post alios in c. cum contingat. de offic. deleg. Idem Pet. de Anch. in c. pastoralis. de except. vbi alleg. Innocen. in d. c. post electionem. Idem etiam in c. 2. de falsis. & in c. licèt causam. de proba. in quib. locis alleg. illud dictum Inno. Et facit quod voluit Inn. in c. fi. de libel. obla. Idem dicit Bald. in l. 1 C. qui accus. non poss. dum dicit, quòd exceptio malitiose opposita non impedit processum. Et ad hæc adde elegantem gloss. in cap. super eo. de officio delegati, quàm vide. Et eodem modo videtur dicendum quòd poterit repellere opponentem exceptionem nullitatis, vbi comprehendit reum illam opponere malitiose, vt impediat executionem sententiæ. Et ibi idem dixit Card. esse in causa summaria, & ad hoc adduco gloss. notabilem in c. perniciosam, de vsur. Et facit l. satis aperte. C. de falsis. Et vide do. Anto. in c. super hoc. de renunt. vbi habetur, quòd exceptio non veresimilis non debet per iudicem admitti. l. non est verisimile. quod metus causa. Et ideo dicit Ange. in d. l. satis aperte, quòd cum prima fronte exceptio videtur opponi per calumniam, non est differenda executio. Adduco Io. An. in Spec. in tit. de leg. §. iam nunc dicendum. in addi. magna, incip. iam ponit verba Roffre. veniat alia q. de accusato de homicidio. quam ibi vide per eum qui plene loquitur, & facit quod voluit Imo. in l. si quis à latronibus. §. si quis in capitali. ff. de testa. vbi dixit quòd restitutio in integrum, impedit executionem sententiæ, dummodo non sit præsumptio contra illum petentem in integrum restitutionem: vide Sal. in l. iudicati. C. si ex fal. instrum. retuli post Bart. in l. 4. §. cõdemnatum. in apostol. magna, de re iudic.

LEX XXII.

Si quid est. Actus, qui tendit ad liberationem tutoris, nõ potest fieri eo autore. h. d.

TITVLVS IX.

Quando ex facto tutoris vel curatoris minores agere vel conueniri possunt.

LEX PRIMA.

1 *Probatio per iuramentum admittitur, vbi quis conuenitur ex dolo alterius.*
2 *Villa si conuenitur pro robaria facta in eius territorio ad damni emendationẽ, nõ sufficit probatio per iuramentum in litem.*
3 *Stante statuto quòd pater tenetur soluere condemnationem pro filio delinquente, an soluat quando filius condemnatus fuit ob contumaciam, remissiue.*

OB dolum. Quando pupillus conuenitur ex dolo tutoris, non admittitur probatio per iuramẽtum in litem. h. d. ¶ No. † generaliter, [a] vbi aliquis conuenitur ex dolo alterius, non admittitur ꝓbatio per iuramentum in litem. Et facit † ad q. quando qui furtũ passus est non agit contra fures, sed contra homines villæ [b] ad emendationem damni, vt non sufficiat probatio per iuramentum in litem. sic C. vnde vi. l. si qñ. & extrà quod met. cau. c. fin quæ admittunt probationem rerũ subreptarum per iuramentum, ꝙ habet locum solum quãdo agitur contra furem, non contra alium. [c] vt in qualibet earum no. per doct. Facit † etiam quòd si statuto cauetur, quia pater teneatur soluere pro filio delinquẽte, & filius fuerit condemnatus pro delicto ob contumaciam, quòd hęc probatio non sufficiat contra patrem, nisi contra eum vere probetur crimen. Ita dicit Dy. hic, aliter videtur dicere in l. cũ filius, ĩ. de ver. obl. Ego istam q. disputaui, & scripsi plene in d. l. cum filius. in prin. Opp. s̃. tit. j. l. fi. Sol. Intelligas hanc secũdum illam. s. quòd pupillus liberetur cedendo actionem. De hoc tamen plene dic, vt dixi infrà, si quis omis. cau. test. l. si dolo.

ADDITIONES.

a Barb. ¶ No. generaliter. Vide Barto. in l. ne quid. de incen. rui. Idem dicas quando agitur de delicto in omittendo, per casum singularem in l. argentarius. §. cum autem. suprà de eden. & ibi Ang. & vide Lud. Rom. in rub. de iureiur.

b Alex. ¶ Homines villæ. Facit in simili dictum Bald. in l. 1. in fi. 1. col. C. cõia de leg. vbi si statuto cauetur, quòd in causis vertentibus super instrumento guarentigiæ nulla possit opponi exceptio, intelligit inter eos, inter quos confectum est instrumentum. adde etiam An. & Bald. in l. si debitori. C. si aduer. cre. & vide Barto. in l. ne quid. ff. de incen. rui. nau. & illud dictum Bald in d. l. 1. C. communia de leg. sequitur Petr. de Anch. in c. canonum statuta. in vers. cir. istam extensionem alibi, &c. extrà, de constit.

c Alex. ¶ Non contra alium. Vide Bart. in l. si quando. C. vnde vi. hic alleg. per eum. & quæ no. in d. l. fin. de in lit. iur. & istud fuit dictum Dy. hic. & idem tenet Bald. in c. 1. §. conuenticula. de pa. iur. fir. & Bar. in l. ne quid. de incen. rui. naufra.

LEX II.

1 *Tutore emente aliquid de pecunia pupilli, efficitur ipsius pupilli. Idem in vxore, ecclesia, & milite.*

Si tutor. [a] Quod tutor, vel curator acquirit pecunia minoris efficitur minoris. h. d. No. ꝙ illud † quod emitur ex pecunia minoris, efficitur minoris. Simile dicit glo. in vxore, ecclesia, & milite. Idẽ no. in l. si vt proponis. C. de rei vindi. Opp. s̃. tit. ij. l. Tit. & Mœuium. §. altero. Sol. secũdum Dy. illa pecunia nõ erat minoris, licet fuerat redacta ex re minoris, sed tutor erat debitor in genere, vt ibi dixi. Opp. ĩ. de sol. l. filiæ. Sol. secundum Iac. de Are. [b] quòd istud quod hic dicitur, ꝙ res empta de pecunia minoris, efficitur minoris, debet intelligi tutore vel curatore emente. facit s̃. de pecul. l. ex facto: sed extraneo emente, secus, vt no. in d. l. filiæ. nisi forte in subsidium. Ita debet ĩtelligi d. l. si vt proponis. C. de rei vend. Opp. ad id, quod dr̃ hic de stipulatione, de l. solutũ. §. ꝑ liberã. s̃. de pig. act. Sol. gl. hic, & meliꝰ in l. contraria, qđ dic vt ibi.

ADDITIONES.

a Barb. ¶ Si tutor. Vide Bald. in l. si vt proponis. C. de rei vendi. Bald. in l. si fami. C. fami. ercis. & Vide Bald. in l. si curator. C. ar. tu.

b Alex. ¶ Iac. de Are. Vide Bar. in d. l. filiæ, & Bald. in l. si patruus. C. cõmunia vtriusque iud.

LEX III.

Dolus. Pupillus non tenetur ex dolo tut. nisi quatenus ad eũ peruenerit. h. d. Dic plene, vt dixi in l. si dolo. infra si quis omissa causa testam.

LEX V.

Post mortem. De eo quod quis gessit vt administrator, finita administratione nõ tenetur. h. d. Intellige in administratore necessario; in voluntario: dic vt in l. procurator qui pro euict. supra de procur.

1 *Tutor simpliciter contrahens in re pertinente ad pupillum, intelligitur tutorio nomine.*
2 *Tutor vel alius gestor necessarius contrahens, quando videatur nomine proprio vel tutorio nomine contrahere.*
3 *Procurator, vel institor contrahens & exprimens hoc fieri in causa pertinente ad dominum, videtur procuratorio, vel institorio nomine contrahere.*
4 *Defensiones pupilli, quando possint prodesse tutori.*
5 *Pecunia mutuata tutori quando fuit conuersa in vtilitatem pupilli, actio vtilis competit contra pupillum mutuanti.*
6 *Si concessum est arbitrium prioribus super abũdantia, quid importat tale arbitrium, remissiuè.*
7 *Tutor acquirens aliquid stipulando, vel emendo simpliciter: an pupillo an sibi acquirat, remissiuè.*

§. Tutor. [a] Si tutor simpliciter contrahat in re pertinente ad pupillum, intelligitur tutorio nomine cõtrahere: si in re quæ põt ad ipsum & ad pupillum pariter ꝑtinere, intelligit̃ nomine proprio cõtrahere, nisi aliud actum sit. h. d. Et iste §. habet duas partes. Secunda ibi, non idem in eo. ¶ Opp. ad princ. de l. cũ post. §. j. s̃. tit. ij. Quidam dñt [b] ꝙ debet intelligi hic quando accipit tutorio nomine, sed glo. dicit, & bene, quòd hoc non expedit: nam contrahendo simpliciter † in re pertinente ad pupillum, intelligitur tutorio noĩe vt hic, & ĩ. eo. l. fi. Non ob. d. l. cum post. §. j. quia intelligo, ꝙ ibi expresse voluit se proprio nomine obligare. ¶ Opp. ĩ. de admi. rer. ad ciuit. pertinen. l. iij. §. in eum. Solu. dñt quidam, quòd ibi expresse fuit actum quòd proprio nomine obligaretur, forte volens donare pupillo: ita dicit gl. hic. Tu dic, ꝙ gl. hic, & ĩ. eod. l. fi. loquitur qñ tutor simpliciter promisit: ibi quãdo promisit animo nouandi. Ex hoc. n. solo, ꝙ animo nouandi promisit, intelligitur se proprio noĩe velle obligare, vt ibi patet. Op. de l. procu. qui pro euict. s̃. de procu. Sol. ibi in gestore voluntario, hic in necessario, secũdum gl. Iac. de Aret. aliter dicit vt refert Cy. C. quod cum eo. l. ei qui. Dixi plene in d. l. procur qui pro euic. & l. si pup. §. j. s̃. de neg. gest. Circa † gestorem vero necessarium, quæ est ꝓprie materia nostra, distingue: [c] aut est certum qualiter se voluit obligare, & stamus certo. Aut est dubium: quia promisit simpliciter, non dicendo pro se suisq; hæredibus, & tunc, Aut cõtraxit in re, quæ euidẽter pertinet ad pupillũ, aut in re, quæ põt æque pertinere ad eum sicut ad pupillũ. Primo casu, Aut contraxit promittendo animo nouandi, & ex hoc vr̃ proprio noĩe promittere. l. iij. §. in eum. de admi. rer. ad ciuit. pertin. Aut promisit nõ animo nouandi, & tunc aut sciebat tutor pupillũ ex hoc cõueniri nõ posse, & ille, qui cũ eo contrahebat ignorabat: & tunc ꝑ dolũ tutoris ipsemet proprio noĩe tenetur. l. cũ post. §. j. versi. præterea. s̃. tit. ij. Aut in tutore abfuit dolus, & tunc vr̃ tutorio noĩe promittere, vt hic, & ĩ. eo. l. fi. Secundo casu & quando cõtraxit in re, quæ põt pariter pertinere ad vtrunq;, tũc aut fuit expressum hoc fieri causa pertinẽte ad pupillũ, & vr̃ contrahere tutorio noĩe, vt hoc. §. in fi. Expressio. n. causæ tũc habetur perinde ac si diceret tutorio nomine facere. Idẽ in † procuratore, vt l. si pupilli. §. j. ibi, vt pignus, vl̃ vt debitorẽ liberet. Idẽ ĩ institore. vt l. j. §. non ãt. vers. sed & si in pretiis. de exerc. Si vero hoc nõ exprimat, tunc vr̃ se proprio nomine obligare, vt hic. ij. rñ. Quod intellige quantum ad actionem dãdã creditori contra eũ: sed sibi tutori, q illud cõuertit in vtilitatẽ pupilli datur actio cõtra pupillũ. Et eo. mõ vbicũq; dixi s̃. tutorẽ teneri proprio noĩe, intellige qđ repetat a pupillo nisi constet ꝙ fecerit animo donãdi. l. cum post. §. ij. vers. rñdi. & vers. sed is de quo. s̃. titu. 2. Et ex hoc † sequitur ꝙ defensiones pupilli poterunt hoc casu prodesse tutori, qui proprio noĩe tenetur. d. l. cum post. §. j. in fi. d. §. & ĩ. de ac. & obl. l. qui suũ. Puto etiã, † ꝙ hoc casu si pecunia fuit cõuersa ĩ vtilitatẽ pupilli, cõpetat mutuãti vtilis actio cõtra pupillũ, licèt eius contẽplatione nõ mutuauerit. l. ei qui, in fi. C. qđ cũ eo. Facit l. cum. C. si cer. pe. qđ plene no. in d. l. si pupilli. §. j.

ADDITIONES.

a Alex. ¶ Tutor. in hoc §. sunt duæ regulæ. pro hoc in simili facit text. in l. 1. §. editiones. de edend. vbi ponuntur duæ regulæ, vna permissiua, alia prohibitiua, vbi vide Bald. post Ray. & idem tenet do. an. in cap. G. perpetuus, de fide instrumen. facit tex. & ibi bald. in l. si Ruffinus. C. de testam. mili. vide Spec. in tit. de insti. cau. §. videndum, & vide bald. & Moder. in d. l. si Ruffinus.

b Barb. ¶ Quidam dicunt. Et quid in procuratore, vide bart. qui notabiliter loquitur, licèt sit sibi contrarius in l. qui in aliena. §. autẽ. infra de acquiren. hæred. & l. 1. §. nũciati, de ope. no. nupci. & vnum notabile verbum dicit in l. 4. §. vnde quæri potest. ff. de de manu. & vide An. in d. l. procurator qui pro euic. ff. de procur. do. An. in c. literæ, de dil.

c Alexand. ¶ Distingue. Adde not. Barto. in l. 3. §. 1. iud. sol. & quod not. Bart. in l. patruus. circa medium. C. communia vtriusque iudi. & quæ habes in l. post dotem. 6. lect. suprà, solu. matrimo.

6 §.j.¶ Et prædicta faciunt ad q.† quam disputaui. Prioribus est concessum arbitrium super abundantia, fecerunt aliquid quod non poterant vigore eorum officij poterant tamen facere vigore arbitrij sibi concessi super abundantia, non expresso hoc quòd facerent vigore arbitrij sibi concessi, an actus valeat. Dic vt dixi in disputatione. 7 Quæritur,† quid si tutor aliquid acquirit simpliciter stipulando vel emendo. Gl. dicit idem. Tu intelligas, vt dixi. s. eo. l. ij. & s. ti. ij. l. Tit. & Mæu. §. altero.

LEX VI.

Tutor interposito. Sicut pupillo quæritur per tutorem, ita per actorem ab eo constitutum. h. d.

LEX VIII.

Tutor qui. Si negotium in parte spectat ad pupillum, pro illa videtur tutorio nomine facere, pro alia proprio. h. d. In tex. ibi, conueniretur. s. a legatariis.

TITVLVS X.

De suspectis tutoribus, & curatoribus.

LEX PRIMA.

1 *Quotidiana melius, & subtilius examinanda sunt.*

HAec clausula Procedit per modum summæ. Primo ponit quis inducat ad tractandum seu tradendum istam materiam. Secundo ponit, quæ requiruntur ad hoc, vt ista materia intelligatur, & illa per ordinem tractat per totum istum ti. partes patent. Not. † quòd 1 materia quotidiana est melius, & subtilius examinanda vt hic, & l. legaui, j. de lib. lega.

1 *Accusatio suspecti tutoris est ciuilis, quando proceditur ad solam remotionem, & quando sit criminalis.*
2 *Coram quo iudice hæc accusatio proponi possit, remissiue.*
3 *Inofficiosi testamenti querela vocatur accusatio.*
4 *Suspecti tutoris in accusatione quando requiratur forma l. libellorum.*
5 *Accusationibus in ciuilibus ex delicto descendentibus, quæ infamant, poni debent ea, de quibus in l. libellorum.*
6 *Iudex inquirens in causa suspecti tutoris, quando non habeat necesse ponere in inquisitione ea de quibus in l. libellorum.*
7 *Accusans in causa suspecti tutoris, quando teneatur se inscribere.*

a **§. Sciendum.** Primo quæro, an accusatio suspecti dicatur publica. gl. dicit: hic, quod est legitimum crimen, & tamen non dicit quod est publicum: sed quòd sit publicum dicam. j. eo. §. cōns. Hoc plene examinaui. j. de publ. iud. l. j. Nam quo ad quid est publicum, quo ad quid non. Quæro quando interponitur accusatio suspecti, vtrum requiratur forma l. libel. j. de accu. Gl. hic dicit, quod proceditur per viam accusationis ad remouendum, & requiritur illa solennitas: aut per viam inquisitionis, & tunc secus, vt j. eo l. iij. §. præterea. 1 ¶ Ad hoc examinandum primo est videndum † vtrum accusatio suspecti b sit ciuilis causa, vel criminalis. b & hic innuitur quod sit criminalis, vt j. proxi. §. & j. ea. l. fi. & j. ad Turp. l. j. §. suspecti. In primum quòd sit causa ciuilis, apparet, quia pōt interuenire procurator. l. non solum. §. fi. s. de proc. veritas est, quod si quidem agitur ad remotionem solum, tunc est causa ciuilis, d. l. nō solum. in fi. Probatur per rōnem: quia hic agitur solum ad remedium & commodum priuati. s. pupilli, nō ad vindictam publicam, ergo &c. Pro hoc facit optime tex. extrà, de proc. Si autem ageretur ad pœnam imponendam, tunc dubitari pōt, an sit causa ciuilis, vel crimin. & innuit quod 2 sit criminalis, vt j. ea. l. §. fi. & Ex hoc apparet † apud quem iudicem debet hæc actio proponi, vt j. proxi. §. dicet. Nec est mirandum, si etiam 3 eo casu quo dixi esse causam ciuilem, vocatur suspecti accusatio: quia † et querela inofficiosi testamenti vocatur accusatio, & tamen causa ciuilis est. l. 4 posthumus. §. j. s. de inoff. test. ¶ Secundo videndum est, † quando dicitur ciuilis ista accusatio, vtrum debeat porrigi libellus secundum formam l. libellorum. j. de accusa. quia quando criminaliter intentatur nō dubium. Rñdeo, † 5 in accusationibus ciuilibus descendentib. ex delicto, si quidem infamant, debent poni in libello oīa illa, quæ in criminali. l. prorr edixit. in princ. & ibi dixi. j. de iniuriis. & s. de dolo. item exigit, & ibi dixi, & est tex. in c. tuæ. extrà, de proc. Vnde si hic accusatio proponeretur de dolo, ita quod remotus infamaretur, deberet poni locus, & 6 tempus, secundum formam d. l. libellorum, aliàs secus. ¶ Tertio est videndum, † vtrum quando iudex procedit per inquisitionem in isto crimine, sit necesse, quod inquisitio contineat oīa illa, quæ dixi debere continere accusationem? Gl. hic vt dixi, tenet quod non. Idem videtur generaliter tenere, Insti. de pub. iud. in princ. Idem Inn. de iure canonico, extrà, de purgatione canonica. c. fi. Veritas est, quod si quidem iudex inquirit solum ad remouendum, nō est necesse quod inquisitio contineat crimen determinatum. Sufficeret. n. si iudex diceret, Hæc est inquisitio, quam fecit talis iudex vt sciret, vtrum tutor bene administrauerit: & si inuenerit eum dolose, vel culpabiliter gessisse, tunc intendit eum remouere, & de tali intelligit Inno. in d. c. fi. extrà, de purgatione canonica, & tex. ibi: sed si inquireret ad eum puniendum, tunc cum inquisitio succedit in locum accusationis, deberet continere crimen certum, sicut accusatio. solum hoc minus, quòd non est in ea necessaria solennitas inscriptionis: & de hac solennitate non seruāda loquitur Instit. de publ. iudi. in prin. Ita tenet Iac. But. Insti. de act. in prin. dixi in l. libellorum. j. de accu. ¶ † Quæro, an quando quis accu- 7 sat aliquem de suspecto, debeat se subscribere ad pœnam talionis? Glo. dicit quòd sic, & erit pœna talionis infamia: itē aliæ pœnæ, quas quādoque quis patitur extraordinarie. Doctores dicūt, aut accusatur criminaliter, hoc est, vt remoueatur & puniatur, & tunc debet se subscribere. Aut vt remoueatur tantum, & non debeat se subscribere, quia est causa ciuilis. Et non obstat quòd glo. dicit de pœna infamiæ, quia per hoc non est locus inscriptioni. Aliàs sequeretur quòd in qualibet accusatione ciuili famosa quis deberet se inscribere quòd nō reperitur lege cautum. De hoc per doc. in l. fi. eo. tit.

ADDITIONES.

a Barb. ¶ Glo. dicit. Et no. quòd dicit hic ista gloss. de qua exultat Bald. in c. t. §. si tres. de pace tenen. in vsib. feud.
IO. FR. R V. Adde circa no. per Bart. in isto §. Ang. de Are. insti. eo. tit. in princ.
b ¶ Vel criminalis. an causa suspecti sit ciuilis, vel criminalis, vide Bald. in l. t. C. si tutor non gesse.

1 *Delegatus etiam potest cognoscere si de suspecto agatur, vt tantum remoueatur, si autem vt etiam puniatur non potest cognoscere.*

§. Damus. Causa suspecti potest agitari corā ordinario, & corā delegato iudice. h. d. ¶ Op. j. ad Turp. l. j. §. suspecti. Sol. Ibi nomen præsidis ponitur generaliter, vt cōprehēdat ēt delegatos. Alij dicunt, quòd † delegatus potest cognoscere, 1 vt hic: nō punire, vt in contrario. Ista quæstio fuit semel inter do. Fran. Accur. & dñm Dy. vt refert Cy. in l. fi. C. e. Veritas est ista, Aut accusantur de suspecto ad remotionem tantum, & sic ciuiliter, & potest de hoc cognosci, & iudicari a delegato, vt hic: Aut accusantur vt remoueantur, & puniantur: & tunc solum ab ordin. vt l. contraria, & ibi plene dixi.

§. Ostendimus. Omnes tutores cuiuscunque conditionis existant, possunt accusari de suspecto si male gerant. h. d. Opponitur. j. eo. l. si tutor. Solutio, dicit gloss. illud est consilium: quòd an sit verum ibi dicam. ¶ Quæro, qualiter petitur remoueri patronus, non vt infametur? dic vt l. fin. C. eodem.

1 *Publicum est illud, quod omnibus patet.*
2 *Crimen suspecti tutoris est publicum.*
3 *Dictio, quasi, est expressiua veritatis.*

§. Consequens. Quilibet admittitur ad accusandū tutorem de suspecto etiam mulier, si ex 1 pietate mouetur. h. d. No. † quòd publicum est illud, quòd omnibus patet, quòd facit ad multa. Opponitur quòd mulieres non admittantur, vt C. qui accus. non poss. l. de crimine. Solu. speciale est 2 hic. ¶ Quæro, † vtrum crimen suspecti sit publicum? Gl. dicit quod 3 sic, vt j. de publ. iud. l. j. & Insti. eo. §. consequens. Et sic tex. † qui dicit hic quasi, est expressiuum veritatis, ego aliter intelligo, vt dixi in l. j. j. de pub. iudi.

Atrocia facta, quæ dicatur.

§. Si quis de plebeis. Ob facta atrocia tutor non solum remouetur, sed etiam punitur. h. d. Et hic tractat de vltima parte eius, de quo tractaturum se dixerat in principio legis. s. de pœna suspecti. ¶ † Quæro, quæ sunt ista facta atrocia? Glo. ponit exempla, quam no. quia appellat atrocia illa facta, quæ alibi non reperiuntur numerata inter atrocia, de quo ponitur in l. auxilium. s. de min.

LEX III.

1 *Regulæ si sunt duæ, vna permissiua, alia prohibitiua, prohibitiua attenditur.*

Tutor. a Tutor potest accusare contutorem suspectum, et si fuerit remotus. h. d. ¶ † No. quòd vbi sunt b duæ regulæ, vna permissiua, alia prohibitiua, potius attenditur prohibitiua. Nam regula est, quòd quilibet possit accusare suspectū. Alia est quòd libertus non potest accusare suspectum patronum, certe ista præualet, vt hic, secundum Dy. & Ia. de Aret. Quæro, dicitur hic patronum suum, cuius erat patronus iste: In gl. ponuntur tres opi. & quælibet potest esse bona.

ADDITIONES.

a Alex. ¶ Tutor. Et hoc facit ad ea quæ no. bart. in l. 1. § 1. cum concor. de no. ope. nun.
b Paris. ¶ Vbi sunt. Vide ias. in l. si arrogato. ff. de adop. & in l. si Ruffinus. vbi Moder. C. de test. mil. in 1. no. alex. in l. si conuenerit. in prin. ff. de re iudicata.

1 *Tutor quando remouetur vt suspectus ex cognitione incidenti.*
2 *Iudex de quolibet delicto commisso coram se, incidenter potest cognoscere, & punire.*
3 *Iudex inquirit principaliter in causa suspecti tutoris.*
4 *Damnatus per inquisitionem, non efficitur infamis.*

§. Præterea. a Tutor potest remoueri officio iudicis sine accusatione. h. d. Primo quæro, qualiter potest prætori liquere ipsum esse suspectum? Gloss. respondet duobus modis.

Primo,

ADDITIO.

Barb. ¶ Præterea. idem dicas in procuratore. text. est singu. in l. 3. C. de procur. secundum Bart. ib. sed vide Lud. Rom. cons. 96. captura personæ.

Primo incidenter, cũ super alio iudex principaliter cognosceret, vidit tutorẽ fraudulenter se gerere in causa pupilli. Scdo modo si iudex principaliter inquirat super hoc, vt videat si tutor bene vel male gerat, vt j. eo.l.fi. ¶ Et primo no.† ꝙ tutor potest remoueri ex cognitione incidẽti. Qđ qualr̃ intelligat̃. j.eo. dicã in l.ipuberib.§.ñ.† Est tñ regula, ꝙ de quolibet delicto cõmisso coram iudi. super aliquo principal̃r cognoscẽte, ipse põt inquirere & punire. l.nullũ.C.de testi.& l.sciãt.C. de proba. dixi plene in l.ij.§.si publico.j.de adul. ¶ † Secundo no. ꝙ iudex põt inquirere principaliter super causa suspecti. Et aduerte, ꝙ hic est speciale fauore pupillorũ. Aliàs.n.non est permissa inquisitio ad vtilitatem priuatã, vt hic patet: quia si speciale est in pupillo, ergo in contrarium est ius commune. Ad vtilitatem.n.publicam licet inquirere, secundũ ea q̃ dixi in d.§.si publico. ¶ Quæro, an [a] isto casu quo aliquis remouetur per inquisitionem sit infamis? Glo.dicit quòd non, quã vide & signa dicit Dyn. ¶ † No. ꝙ damnatus [b] per inquisitionẽ nõ efficitur infamis, & ista gloss. non reperitur alibi, dicit ipse. certe imò reperitur in l.fi.C.eo.& l.j.C.de mõ mulct. De hoc no.in Spe. de sent.§.j.vers.quid de istis. Examinaui plene. j. de pub.iu. d.l.infa.

ADDITIONES.

a Barb.¶ Quæro an. Et vide Bald.in c.t.de pa.iur.firm.in vsib.feud.

b Pom.¶ No.quòd damnatus. Vide Zanch.in repe.c.1.versi.differentia.de accu. Pan. consi.25.in 3.dubio in 1.vol.Roma.consi.208.in 2.vol.Pan.in rub.de iudi.in vlti.col.ad fi.Card. consi.94.in 1.dub.

1 *Notario non interdicitur officium ob delictum commissum extra officium notariatus.*

§.Nunc videamus. Tutor remouetur ob dolum in tutela commissum: secus si extra tutelam. Item secus si in alia tutela, si est qui eum actione tutelæ conueniat.h.d.vsq; ad §.si tutor inimicus. No.† quòd ob crimen commissum aliàs, quam in tutela non potest quis remoueri vt suspectus. Quod facit [a] ad quæstionem de notario condemnato de falso ex aliqua causa non pertinente ad officium notariatus, ne per hoc interdicatur illud officium sibi. De quo plene dixi in l.eadem.§.j.j.ad l.Iul.repe.

ADDITIO.

a Barb.¶ Quod facit. Vide Bald.in c.1.de pa.iur.firm.in vsib.feud.

§.Quod si quis. Not.hic de hac dictione, quo ad quæ non hẽt in se cõditionem extẽsiuam, de quo.j. titu.j.l.pen. Dixi plene in l.j.j.de cond.& demon.

1 *Arbitrio iudicis relinquitur an tutor remoueri debeat propter inimicitiam fratris pupilli, vel transuersalium.*

§.Si tutor. [a] Not. Propter inimicitias cũ pupillo, vel cũ parẽtibus, remouetur tutor vt suspectus.h.d. Quæro, qđ si est inimicus fratri, [b] vel alicui ex trãsuersalibus? Glo.dicit secus, Contra istam glo.facit C.de excus.tutor.l. humanitatis. Ita dicit Dy. Item videtur cõtra tex.de iureiu.l.lex Cornelia. & l.idem apud.§.iudicium.& §.seq.eo.tit.vbi si fit iniuria socio meo, fit iniuria mihi: multo magis si fit ꝯsanguineo.† Vñ puto stãdũ esse arbitrio iudicis [c] s̃m facti qualitatẽ, & cõsuetudinem regionis. In Tuscia.n. est consuetudo, vt qui inimicat̃, seu iniuriatur vni ex consortibus, hoc est, descendentibus, per lineam masculinam, inimicatur, vel iniuriatur omnib. Alibi aliter obseruatũ, & hoc innuit hic text.vnde standum est arbitrio iudicis, vt tex.subiicit.

ADDITIONES.

a Barb.¶ Si tutor. Vide no.per Bart.in l.similes.§.si de adult.& in l.cum tabulis.§.1. de his quib.vt indig. contraria est gloss.fi.in l.athletæ.§.dat remissionem.j.de excus.tuto.

b Alex.¶ Inimicus fratri. An inimicus fratris mei fit mihi inimicus, & an iniuria facta socio meo sit facta mihi, vide Bald.in l.2.C.de legi.& quod dixi de socio.vide quæ dixi in l. item apud.ad fi.de iniu.

c Alex.¶ Arbitrio iudicis. De quo vide docto.in l.de pupillo.§.si quis ipsi prætori, & quod ibi dixi.de oper.nou.nuncia.

§.Seuerus. Propter res male venditas potest tutor vt suspectus remoueri.h.d.

§.Tutor qui alimenta. Tutor qui denegat alimẽta indebite, potest vt suspectus remoueri, & etiam puniri.h.d.

1 *Iudici percipienti qui non obedit, dicitur pertinaciter resistere.*

2 *Dignitate carens quilibet dicitur humilis homo.*

3 *Carceratur nemo pro debito de iure communi quando habet bona sufficientia.*

§.Tutores qui repertorium. [a] Qui non facit inuẽtarium vel pecuniã ad comparationẽ non deponit pertinaciter, in vinculis est ponendus, nisi fuerit positus in dignitate.h.d. ¶ Not.de pœna tutoris, qui nõ facit inuẽtariũ. No.tex.qui dicit pertinaciter, cum sua gl. Ex quo habes ꝙ † ille dr̃ pertinaciter resistere qui iudici p̃cipienti non obedit, & sic facit ꝙ ille posset condemnari. [b] tãquã hæreticus pertinax, qui inquisitori aliquid asserenti non credit. ¶ † Tertio not. ꝙ humilis homo dr̃ quilibet dignitate carens. Pro hoc s̃.eo.l.j.§.fi.C.vt nemo priua.l.ij.secũdũ Iac.de Aret. ¶ No. text.ibi in vinculis [c] publicis, &c.cum glo.intelligit illud verũ, quando laborat inopia. ¶ Et sic not.† ꝙ de iure communi [d] nõ dẽt quis poni in carcerem pro debito, nisi quando non habet bona sufficientia pro debito, qđ satis placet. [e] Si.n. primo discutiuntur mobilia quàm perueniatur ad immobilia, & primo immobilia quàm perueniatur ad nomina.l.a Diuo Pio.§.in venditione.de re iud. multo magis omnia ista debent discuti antequã perueniatur ad ꝑsonam. Statuta tñ, & consuetudines Tusciæ statuunt aliter.

ADDITIONES.

a Alex.¶ Repertorium. Et quomodo intelligatur quòd propter inuentarium non confectum quis teneatur vt suspectus, adde Bart.in l.tutor qui repertorium. de adminis. tuto.

b Alex.¶ Posset condemnari. Glo.in c.1.de malefic.intelligit pertinacia aliquid fieri, vbi cunque fit scienter, & non ex temeritate.

c Paris.¶ In vinculis. No.quòd valet pactum, quòd quis possit incarcerari nulla facta excussione: ita Bald.in l.consentaneum.C.quomodo & quando iud. Item no.quòd habens priuilegium quòd non possit incarcerari, illud amittit renunciando generaliter, ita Bart. in l.si quis sub conditione.ff.de test.tut.& de veritate gl.vide Ro.consil.241. Item quòd possit quis capi si est contumax, vel de fuga suspectus, vide Ro. consil.224. & consil.320. vbi etiam alleg.alia. De veritate gloss. prædictæ, vide etiam Fel.in c.ad consultationem. de re iudi.

d Barb.¶ Quod de iure communi. Et vide text.16.q.c.illud, & tex.& doct.in c. tuæ. vt lite non contest.& d.§.in venditione. Et an habens bona poterit excommunicari, aliqui tenent quòd non in c.tuæ.præalleg.quòd est notandum, si est verum, sed Hosti.tenet contrarium, imò est in electione iudicis. Et Vide Bald.& Ioan.de Imo.in l.si filio. supra solu. matr.& eundem in c.2.de pign. Et vide text.in l.1.C.de repu.bono.possess.qui contra communem opinio.probat.

e Pom.¶ Non debet. vide alex.consil.158.in 2.vol. Et ista gl.repu.sing.alex.in l.à diuo Pio.§. in venditione.de re iud. Pro qua glo.& eius materia, vide Fel.in c.quòd ad consultationẽ, de re iudi.Pan.cons.42.in 2.vol.Rom.cons.120.& consi.241.

f Alex.¶ Quod satis placet. Et adde quòd idem tenet Bald.& Bart.in l.1.C.qui bon. cedere possunt, & Ang.in l.nemo carcerem. de exac.trib.lib.10.& Bald.in l.1.in fi.C. de iur.& fac. ign.& in l.ordo.vlt.col.C.de execu.rei iud.& Bald.in l.etiam.versi.sed nunquid.C.de execu.rei iud.& Bald.in Spe.de exec.sententiæ.in prin.& Imo.in c.Odoardus.de sol.Ab.in c. quòd ad consultationem.de re iud.Sal.in l.cum & filij.C.qui bon. ced. poss.& Imo.in l.a diuo.§.in venditione.de re iud.& Imo.& Rom.in l.si filio.la.2.solu.matr.aliter tenet. Vide Ang.Institu.de act.§.cum eo quoque. Et sic not.hic quòd de iure communi quis non potest in carcerem mitti, nisi quando non habet bona sufficientia. Et adde quòd in hac computatione debent excuti bona fideiussoris, tex.est sing.in l.si plures.§ præterea si quæratur.infrà de fideiuss.quem text.multum no.Bald.in l.mulier.C.de iure do.& adde quæ dixi in l.1.C.qui bon.cep.poss.& Bart.in l.cum eo.infrà ad l.Iuliam pecul.& adde Bald. in l. si filio, la 2.solu.mat.adde Bald.consi.40.cum seq.& 49.1.lib & pulchrum in eadem materia, eiusdem Bald.consil.384.2.libr.& per eundem, consi.217.& 237.4.li. Et an si habeat bona in alieno territorio, ita quod indemnitati creditoris possit prouidere, an sit relaxandus, consi.458.4.volu.Paul.de Castr.consi.29 & seq.Petr.de anch.consi.122.& Rom. consi. 320. vbi alleg.text. in l.si plures, per dom.alex.allegat.in apost.

§.Qui ob animi segnitiem. Remotus propter culpam, non est infamis. Idem in eo cui alius adiungitur.h.d. Quæro, quæ differentia est inter ista nomina. Glo. quòd quasi idem significant, & sic est inculcatio verborum, sed si quis diligenter inspiciat, diuersa important. Quæro an remotus ob latam culpam efficiatur infamis.glo.videtur tenere quòd non. idem no. in l. in actionibus.s̃. de in litem iur.& ibi dixi. Docto.tangunt in l.vlti.C.eod.titu.

LEX IIII.

1 *Causa in sententia inseri debet: & si non inseratur, sententia non vitiatur.*

2 *Causa in dubio non intelligitur famosa.*

3 *Tutor quando dicatur remotus ob culpam, vel ob dolum.*

4 *Accusatio suspecti tutoris habet similitudinem cum iudiciis vniuersalibus, & sic sufficit generaliter petere.*

Hæ, enim. [a] Remotus absque dolo, non est infamis, & si in sententia causa non exprimatur, non intelligitur ex causa famosa damnatus, seu remotus.h.d.† No. causam debere inseri in sentẽtia, si tñ nõ inseratur, non vitiatur. De quo ꝑ Dy.in l. qui Romæ.§.duo fratres.j.de verbo.ob.per Cyn.in l.properãdum §.illo.C.de iud.per cano.extrà de re iud.c.sicut. ¶ † Not. ꝙ in dubio nõ intelligitur causa famosa. Opp. sententia debet referri ad acta.l.fi.C.de sent.quæ sine cer.quant.& de excep.rei iud.l. ex testamento.& l.si quis ad exhibendum.& ibi no. Glo.dicit hic distinguendum,† Aut obiicitur culpa tantum, & obtinet quòd dicitur hic. Aut obiicitur dolus tantum, & ob illam causam videtur remotus, vt in contrario. Aut obiicitur culpa & dolus, & hunc casum non posuit gl.& tunc etiam videtur remotus ob culpam, vt no.in d.l.si quis ad exhibendum. facit l.si præses.& l.interpretatione.j.de pœ. Si autem nulla causa exprimebatur in libello, tũc etiã procedit hoc dictũ gl. [b] vt intelligatur remotus ob culpã tãtum, quòd no. ¶ Quæro ergo quomodo potest esse quòd nulla causa exprimeretur, cũ accusatio debeat solẽniter proponi.vt s̃.eo.l. j.§.j. Vel dicas ꝙ hic procedebat per inquisitionem, vt ibi dixi. Vel si dicas quòd per accusationem, tamen non est necesse quòd exprimatur causa quando dolus non obiicitur. habet.n.† similitudinem cum iudiciis vniuersalibus.& sic sufficit dicere, dico quòd male & non diligenter administrauerit negotia, vt hac l. sicut sufficit dicere in actione tutelæ, peto quòd reddas rationem administrationis tuæ tutelæ.

ADDITIONES.

a Alex.¶ Hæ enim. Vide Compo.& Ioan.andr.in c.super eo.de elect.

b Pom.¶ Hoc dictum.glo. Vide Fely.in cap.penul.versicu.difficilius.de except.& ca.sicut, de re iudic.

1 *Sententiæ verba debent intelligi vt referantur ad petitionem.*

§ Si prætor. Idem est prohibere, gerere, & remouere.h.d. Opp.s̃.de administr.tut.l.iij.§.fi.& quòd not.s̃. titu.ij.l.iij. Soluit glo.& bene, hic prohibuit eum gerere qui accusabatur vt suspectus: ibi erat contentio quis deberet administrare. Et sic not.† quòd verba sententiæ debent intelligi quantũ possunt, vt referantur ad petitionem.

Administrare quis cogitur per iudicem, vt si male gerat, facilius remoueatur.

a §. **Qui nihil.** Opp. C. eo. l. ij. & iij. Sol. Tutor q nihil gessit, aut fecit cõtumaciter, & iussus à prætore potest remoueri, vt in contrariis, & de admi. tuto. l. fi. in prin. aut non contumaciter, & tunc aut scienter & dolosè, & potest remoueri 1 vt suspectus, vt in ɔtrariis, aliter secus, vt hic. Et ideò † cogitur aliquis 2 administrare per iudicem, vt facilius, si male gerat, possit remo- 3 ueri. l. j. in prin. ʃ. de admi. tuto. & per Cy. in l. ij. C. eod.

ADDITIO.

a Alex. ¶ Qui nihil. Et ob quam culpam quis remoueatur, vide Barto. in l. quod Nerua, in pen. col. suprà depos. & adde quòd vbi tutor non accusat pro pupillo, vbi potest accusare, remouetur vt suspectus. gl. est & ibi Bald. in l. senatus. C. qui accu.

LEX V.

Suspectus. Satisdatio non impedit, quin si tutor male gerat, possit remoueri vt suspectus. h. d.

LEX VII.

1 *Consilio alterius si aliquis debet aliquid facere ex legis dispositione; illud necessario requirere & sequi debet.*

Impuberibus. Adulti pñt accusare tutorẽ de suspecto, cum consilio cõsanguineorum, secus in a pupillo. h. d. No. qñ aliquis † debet facere aliquid cum consilio 1 alterius ex dispositiõe legis, debet illud requirere & sequi, vt hic, & Insti. eo. §. impuberes. quod intellige vt dixi in repet. l. j. §. si plures. ʃ. de exercitoria actione.

ADDITIO.

a ¶ No. quando. Vide istum tex. not. alleg. per d. Ant. in c. cum olim. de arbitr. de quo vide quæ dixi in l. si conuenerit. de re iudic.

1 *Lata culpa non æquiparatur dolo ad infamandum sed ad remouendum.*

1 §. **Si fraus.** Tutor põt remoueri pp latã culpã. h. d. † No. ꝙ lata culpa equiparatur dolo: qđ intellige quantũ ad remouendũ, non quantũ ad infamandũ, vt dixi ʃ. eo. l. iij. §. fin.

Fuga an faciat quem suspectum.

§. **Præterea.** Ex sola contumacia quis suspectus efficitur, & vt suspectus remoueri põt. h. d. In text. ibi, careant. s. suarũ rerũ detentione, quæ transferuntur in pupillum, a vt ĵ. sequitur. ¶ Nota ꝙ propter fugã b † quis efficitur suspectus, b & ista suspicio sufficit ad condemnationem, qđ est verũ hoc casu, 1 vbi ipsa suspicio habetur pro delicto. Simile quando fuga ipsa habetur pro delicto, vt C. de desert. l. j. lib. xij aliàs secus. Facit ad prædicta C. de omn. agro deserto. l. locorum. lib. x. & in auth. de exhi. reis. §. si verò etiam quidam. col. v. & ibi per Iaco. de Bel. in l. bonæ fidei. C. de iureiur. & ibi per Guil. & Cyn. & ĵ. ad Syllan. l. lege Cornelia. §. j. & ibi dixi.

ADDITIONES.

a Barb. ¶ Nota quòd propter. Et vide Bar. in l. quis sit fugitiuus. §. sicuti. de ædil. edic. & l. consiliarios. C. de offi. ass. ff. & in auth. de collat. in fi. & Say. in rep. l. admonendi. & ibi Lud. de iureiur. & quod no. in l. lege Cornelia. infrà ad syllan.

b Alex. ¶ Fugam. No. quòd fuga facit quem suspectum. De quo vide infrà de qõ. l. fi. & ibi Bar. & doct. in l. fi. C. de rap. virg. Bart. in l. lege Cornelia. infrà ad sylla. & ibi scripsi & Bar. in l. j. de reb. eor. & ibi habetur, quòd fuga post accusationem non facit reum suspectum. adde Bar. cons. 230. j. vol. & Oldr. consil. 65.

1 *Tutor contumax potest remoueri & quo ordine.*

§. **Item si quis.** Cadit sub præcedenti summario. Opp. dicitur hic, ꝙ raro, immo frequenter, vt ʃ. e. l. j. in princ. Sol. dicit Dy. postulatio suspecti frequens est, vt ibi: sed quòd hoc modo remoueatur, istud fit perraro: ita loquitur hic. a ¶ Vltimò no. istam legẽ, ꝙ quando tutor † est contumax, & non 1 cõparet, põt remoueri: ordo autem remotionis erit, b vt post cõtu b maciã iudex inquirat, an ipse latitet, & pp hoc eũ remoueat. Erit ergo necessaria noua citatio post contumaciã primã: & ideo Iac. c de Are. exponit sic diligẽter habita inquisitione super hoc, an latitet, an absens sit. Puto etiam ꝙ in ipsis citationib9 primis potest d iudex cõminari, ꝙ si non cõpareat, ipsum remouebit tanquã suspectũ: & tũc quia ad hoc vr esse citatus, non requiritur noua cita- e tio, arg. ʃ. de iudic. l. ad peremptorium. cum l. seq. & l. nonnunq. & ʃ. de admin. tut. l. tutor qui. §. idẽ solent. Facit C. qũo & qñ iudex. l. consentaneũ. & eodẽ modo intelligo qđ no. ʃ. e. l. iij. §. præterea. & sic qñ iudex incidenter cõperit tutorẽ fraudulẽter administrare, anteq̃ remoueat eum, super hoc dẽt citari, ad hoc vt possit facere suas defensiones: hoc enim debet fieri causa cognita, vt hic not. p gl. & sic dẽt intelligi quod no. per gl. C. de admi. tut. l. fi. in princ.

ADDITIONES.

rumpit:quia non reperitur persona,a qua nō sit exhæredatus posthumus.Hæc ratio colligit ex gl.paruula,super verb.puto.Hæc ratio nō placet.Dy.dicit cū exheredatio nō possit fieri a persona, sed a gradu,vt s.ti.j.l.iij.§.filius.Dicit ergo Dy.ꝙ ratio est: quia in scđo casu nō reperit alius substitutus qui me ꝯiunctū repellat, in prīo sic.& sic hoc casu aliā partē hēt iure accrescēdi,nō iure substōnis.Illud dictū declaro,qn̄ testator dedit substitutū extraneū vr̄ ꝓhibuisse ius accrescēdi inter institutū & substitutū,cū substitus pferatur.C. de fideicō. authē.hoc amplius,& j. de bo. pos. sm tab.l.ij.§.si duo.no.in l.qui patri. j.de acq. hr̄d. merito vno mortuo,vel repudiāte,alius hr̄s nō hēt ius accrescēdi.& pp ꝓbationē testatoris tacitā substitut⁹ ēt nō hēt,qa eius gradus rūpitur, & qa testator non pōt decedere pro parte testatus,& pro parte intestatus cū totū testm̄ est ruptū,& hæc ratio est primæ partis,vt s. ti.j.l. si posthumus.ver.nā & cū duob⁹. Sed qn̄ sunt instituti plures & inuicē substituti, per substōnē testōr noluit tollere ius accrescēdi.Nō.n.voluit tollere ius cohr̄dū:imo voluit augere,& sic hēnt vtrunq; ius,vt j.de acq.hær.l.si quis hr̄s.& ibi not. C. de impub.& alijs subst.l.testō,& ibi no.Portio ergo vni⁹ deficiēs trāsit ad aliū per ius accrescēdi.& ista est rō scdæ partis.In tertia parte rō patet. nō.n.vnus pōt adire ꝯ aliū:qa sic adiret cum dubitat de viribus testamenti,ꝯ l.sed & si de sua.j.de acq.hær. ¶ †His pmissis op. extra gl.cā testati trahit ad se causam intestati,vt l.j.§.si ex fundo.j.tit.ij. Sol.illud verū nisi testōr ꝓhibuisset,qd hic fecisse vr̄ dādo substitutū,vt dixi.Idē si aliàs ꝓhibuisset expsse.l.quoties.§.si duo. j. tit. ij.Et sic hēs† ex pdictis,qd testōr pōt ꝓhibere ius accrescedi tacite vel expsse.concordat l.dn̄s.§.j.s.de vsufruct.sm vnā lecturam. ¶ †Et prædicta faciūt ad intelligēda verba illa ī testamētis. s. instituo illū in certa re,& qđ pl⁹ petere,vel hr̄e non possit. de quo dicā in d.l.quoties.§.si duo. Sed ꝯ pdicta opponitur fortiter d l. qdā testō.j.de vul.& pu.vbi substōne deficiēte redit portio ad cohr̄des iure accrescēdi:Rn̄deo substitutio qn̄ vitiat alio mō quā ex causa pteritionis loquit ꝯriū.Sed qn̄ vitiatur ex causa præteritionis,tūc ꝓcedit l.ista,ideo.n.pteritus rūpit, vt sibi locū faciat.l.nā & si sub ꝯdōne.ī fi.s.eo.nō aūt rūpit, vt ad alios trāscendat. ¶ Nūc redeo ad gl.Op.ad prin.ꝙ videat exhr̄datus ab oībus gradibus.l.iij.§.fili⁹. s.ti.j.Sol.vt in prin.gl.Op.scđo ꝙ substitutus nō vocet nisi ambobus iustitutis exclusis.C.de impu.& alijs sub.l. pe. Sol. ibi fuit [a] facta substō vtriq;,hic singulis. ¶ †Op.ꝙ pōt decedere ꝓ parte testatus,& ꝓ parte intestatus.l.circa.de inof.test.Sol.hic qn̄ testm̄ rumpit natiuitate posthumi:qa ideo rūpit,vt sibi locū faciat,vt dixi,& sic in totū.ibi ī qn̄ rūpit p querelā,& sic facto iudicis,ideo nō rūpit vltra quam iudex voluerit.hoc tangit in pe.gl.in l.antiqui.s. si pars hære.pe.Opp.ꝙ admitit institutus,†nā si vinco vincentē te, vincā te.Sed īstitutus vincit posthumum, q est exhr̄datus,& posthumus vincit substitutū,ergo institutus vincit etiam substitutum, adeo ꝙ ex eius persona testm̄ non rumpatur.l. de accessionibus. de diuer.& temp. præsc. Solue, dicit glo. quod fallit illa reg. Dic de hoc vt ibi dixi.& Cy.in auth.licèt.C.de nat.lib.Op. de iur.codi. l.sed cum ea.Solue,dicunt quidam quod hic loquitur quando instituti sunt extranei,ibi quando filij & fratres.Istam solu.nec improbo,nec approbo,dic vt ibi dicam.

ADDITIO.

a Ale.¶Sol.ibi fuit.Et ibi dixi de hoc contrario,vbi gl.& Docto.laborant:& istam sol.quam ponit hic bar.ponit glo.in l.cōtraria.& est prima sol.quā dat ibi glo.& istā seqt ibi bar.& est cōmunis solu.hic.& ibi:sed Iac.de are.ibi.dicit,quòd ista sol.diuinat istam legem,ideo tenet sol.quam dat ibi gl.videlicet quod ibi loquitur quando instituti sunt filii,quibus est facta substitutio,quo casu si euenit conditio substitutionis in persona vnius de mente testatoris,non videtur esse quod substitutus admittatur,vt præferatur fratri superstiti,sed potius præferatur frater superstes illi substituto. l. cum acutissimi. C. de fideiussoribus. l.cum auus.infra de condit.& demonst.l.Lucius.infra de hæredibus instituendis.vlti.hic loquitur in extraneis,quasi velit quod speciale sit in filiis.Sed ista sol.non est vera, quia pp dictionem vterque positam in illo textu,ita debet habere locum in extraneis sicut & in filiis.Tertiam solu.posuit ang.in l.hæredes mei.§.cum ita,infra.ad Trebe. s. quòd hic loquitur in vulgari substitutione in q̄ua non requiritur quòd vterque decedat.l.cum quidam C.de impu.loquitur de pupillari.Sed hæc solu.non est vera, quia si hic facta fuisset vulgaris per signum collectiuum vterque,prout ibi certe requireretur quod decederet vterque institutus.prout ibi,quoniam non videtur posse assignari ratio diuersitatis inter vulgarem,& pupillarem quando essent factæ per signum collectiuum vterque. Præterea hic tex.in ver sed si ego.qui versi.obstat illi legi,loquitur in reciproca non in vulgari. & p ꝯsequēs forte posset dici,quod aliud est in reciproca substōne de qua hic,quæ nō pōt fieri per dictionem vterque:quoniam substitutio reciproca fit de ipsomet hæredibus institutis.quia dicitur,& vos inuicem substituo,& non potest apponi dictio vterque,quia si vterque decederet,nullus remaneret substitutus:lex contraria loquitur de pupillari,quæ fieri pōt per verbum,vterque:quia in pupillari tertius datur substitutus illis duob. impuberibus filiis institutis,quia dicitur,& si vterque filius pupillus in pupil.ætate decesserit,Sēpronius hæres esto.addo tamen quòd potest dici quòd principium huius legis obstat illi l.pe.inquantum hic in prin.vult quod possit euenire casus substitutionis, quamuis in persona illius.s.Titii eueniat conditio substitutionis vulgaris tantum, & non in persona alterius.Et isto modo intelligendo remanet dubium,cui quomodo respondetur nisi dicatur quòd hic ver.sed si ego.venit continuatiue ad prin.huius legis,& ponit tm̄ casum substitutionis reciprocæ,& de casu institutionis non facit mentionem in versic. sed si ego:quasi velit quòd illa substitutio reciproca continetur cum eodem casu: & sic hic ponuntur duo casus,ad primum casum inquantum loquitur de vulgari, hic videtur velle tex.quòd possit conditio substitutionis euenire in persona vnius.Est tamen difficilis respōsio,sed in secundo casu in versi.sed si ego,de facili tollitur, id est,quòd loquitur in reciproca,vt supra dixi.

LEX XX.

Lucius. Testamentum incisum a testatore non sanæ mentis non rumpitur.h.d.

TITVLVS QVARTVS.

De ijs a quæ in testamento delentur.

ADDITIO.

a Pom.¶De iis.Quid dicatur cancellatum,vide Bar.in l.nihil interest.ff.de adi.leg.

LEX PRIMA.

1 Legi intelligitur prospici oculis quæ scripta sunt.
2 Testis debet deponere de sensu corporis,non de eo quod intellectu percipit.
3 Statutum quòd instrumenta mandentur executioni sicut sententia, an habeat locum in instrumento dotis continente tacitam stipulationem.

Quæ in testamento. [a] Primò ponit vnum dictū. Secundo exponit quodlibet verbū illius dicti per multas particulas. Secunda ibi,legi autem.Hæc secūda pars subdiuiditur in multas particulas,vt infrà videbitis.In versic.legi.Hic exponit verbum legi†Et no.ꝙ legi [b] intelligitur [c] perspici oculis quæ scripta sunt:& sic apparet ꝙ sententia non dicitur [d] lecta secundum formam l.ij.C.de sent.ex breui. recit. nisi quis scripturam oculis perspiceret. ¶ †Secundo not. [e] de eo quod dixi in l.qui testō.§.fi. de testam. ꝙ testis debet deponere de sensu corporis, non de eo quod intellectu percipit. Pro hoc optime facit iste text. ibi, non intelligi,sed oculis perspici. ¶ Tertio no. [f] ꝙ statutū est hic,ꝙ instrumenta publica mandentur executioni,sicut sententiæ:modo quędam mulier habebat instrumentum,quo vir fuerat confessus se habuisse dotem,& de ea fecerat quittationem:nunc solu.matr. petebat executionem instrumenti contra virum, ex vigore tacitæ stipul.de restituendo præsumptæ,ex l.j.C.de rei vxo.act.Ista lex facit contra eam:quia illa tacita stipulatio non potest esse legitimè scripta in instrumento, sed intelligitur authoritate legis, & ideo tunc non [g] mandaretur executioni illud instrumentū, [h] secundum legis dispositionem.in contrarium facit [i] l.si duo patroni.§.Marcel.suprà de iureiur.

ADDITIONES.

a ¶Quæ in testamento.Vide Fel.in c.ex literis.in pen.& vlt.col.de fid.instr.
b Barb.¶Legi.Et sequuntur istam partem.Bal.hic,Ang.& Io.de Imo.Tu vide quæ remisi ad Bal.in l.ad probationem.C.de prob.& in l.1.in prin.C.de rei.vx.act.& in l.iurisgentiū. §.quod fere.ff.de pac.& vide dom.Ant.& ibi dixi in c.3.de constit.& quæ dixi in rep.l.cū acutissimi.C.de fideicom.
c Pom.¶Intelligitur.Vide Ale.cons.112.ver.non ob.id quòd.5.vol.& Fel.in c.translato.de constit.& in proœ.decre.in 6.col.
d ¶Non dicitur.Vide Bal.in l.fin.de sen.ex breui.recit.
e Pom.¶Secundo no.Vide Barb.cons.102.4.vol.insertum inter consilia.Alex.in 4.vol.vide Fel.in c.2.de prob.Barb.cons.46.in 6.col.j.vol.Fely.in c.sicut.de re iud.Roma. cons.176.
f Pom.¶Tertio not.Vide Bar.cons.46.j.vol.
Paris.¶Vide Fe in c.translato.de consti.& Ias.in §.fuerat.in glo.in verbo,transtulerimus. Insti.de act.Bar.in rep.l.cum acutissimi.C.de fideic.quòd quid dicatur tenor testamenti, & quid non dicatur corporaliter descriptum,sed ex iuris intellectu resultet,vide Pau.de Cast.post Bal.in l.ad probationem.C.de prob.& Ale.in l.iurisgentium.§.quod fere.ff.de pac.qui tenent contra.Bar.hic,quòd instrumētum habeat executionem paratam,etiam circa ea quæ resultant ex eo facile.Et ex prædictis potest inferri q, si aliquis promisit factum,& non fecit,an possit petere interesse,de quo nihil in instrumento sit dictum:ex pdictis colligit quod sic.Ita in terminis,quod executiue possit peti īteresse tenet do.Lau. in tract.instr.guarent.in 10.quæst.j.par.prin.& ista videtur verior opi.attento quòd contra Bar.hic tenetur,cum non sit diuersa ratio inter decisionem Bar.& obligationem ad interesse:quia illa tacite prouenit à legis dispositione & mente contrahitur sicut stricta stipulatio.de qua hic per Bar.& in l.si stipulatus.ff.de verb.ob.& in l.si quis ab alio.§.si. ff.de re iud.&opinionē Ant.de Bu.reprobat Fel.in c.translato.& licèt multa alleg.pro eo, aduerte tamen ad Bar.hic,& per Are.in §.fuerat,in prin.insti.de act.& adde quod opin. Bald. in d.l.ad probationem,tenetur,& de veritate prædictorum vide Fe.in c.2.ver.Septimo intellige,extra de proba.in c.humanum genus.j.distinct.item opin.communem de de qua suprà quod ea quæ tacite veniunt ex instrumento habeant executionem paratā, tenet Barb.in rep.ru.C.qui admi.contra tenet Soc.in l.cum quid.in 9.not.ff.si certum petatur.
g Alex.Los.¶Tunc non.Abradi debet hæc negatiua non,vel si velis habere, intelligas ibi, secundum legis,s.municipalis dispositionem,vt mentem Bart.serues: vel ante verbum secundum ponas nisi,vt codices aliqui habent.
h Ale.¶instrumentum.Contrarium tenuit Bal.in l.ad probationem.C.de prob.& in l.j.in prin.C.de rei vxo.act.vide Ang.in l.reos §.cum in tabulis.de duob.re.& Mod.in l.iurisgentiū §.quod fere.s de pac.& in l.j.in gl.sup.ver.sp.in ver.tacite apposita.s.so.mat.& q̄ ibi no.ad Bart.hic optime facit quod dixit do. Ant.in c.translato.de constit.& dixi post Bart.in l.j.in fi.j.de leg.2.& vide no.per Bar.& ibi dixi in l.j j.ti.j & in terminis,Bal.in l. ad probationē.& in l.vbi adhuc.de iur.do.& vide quod no.Bal.in l.generaliter.ad fi.de sacrosan.ecc.Et ad idem facit quòd no.Bal.in l.legem.in prin.C.loca.& in terminis Bal.in d.l.j.§.& vt plenius.C.de rei vxor.act.Adde quod opinio Bal.in l.ad probationem.sequutus est Rom.cons.147.
i Pom.¶In cōtrarium facit.Vide Bal.in l.ad probationem.C.de prob.in l.vnica.§.& vt plenius.C.de rei vxo.acti.& in l.iurisgentium.§.quod fere,ff.de pac.bal.in l.vbi adhuc.C.de iure do Ant.de but.in c.trāslato.de consti.Are.in §.fuerat.instit.de actio.ale.in d.§.quod fere.Pan.in c.cum olim.in 2.no.de cen.bar.in d.c.translato.ibi.Fe.de constit. Cæp.in cau.115.barb.in repe.l.cum acutissimi.C.de fideic.

1 Inductum,cancellatum,& perditum quid differant.

§. Sed volentibus. In isto §.exponitur verbū, inconsulto delata. ¶ †Quæro,quæ est dr̄ia inter inductum,cancellatum & perditum.Dic,vt no.in l.si qs libertatem.s.de pet.hær.in gl.super ver.inducatur.& C.de sol.l.inductum.& j.lege proxim.in prin.

1 Verba notarij scribentis ea,quæ scripta sunt,& addita mea propria manu scripsi,& addi di quid operentur Et an si sunt plures subscriptiones,& notarius dixerit simpliciter,quæ subscripta sunt,&c.an consulto præsumātur subscripta.nu.2.

§. Sed ideo. [a] Hic format vnam q.circa pmissa. ¶ Not.istū [b] ver.ad ea q̄ notarij apponunt tota die in fine īstrumētorū,s.ea q̄ scripta sunt & addita mea ꝓpria manu scripsi, & ad

ADDITIONES.

a Barb.¶Et ideo.Et do.abb.in cons.x.vbi pulchre loquitur.
b Pom.¶Vide ias.in l.si vnus.in vlt.col.C.de testa. Fel.c.ex literis.vers.5.declaratio.extra de fide instru.
c Pom.¶Not.istum.Vide præposit.in c.in memoriam.19 distinct.pan.c [illegible] lio 10.j.solum.

a &addidi:quia per hoc tollitur suspicio instrumenti.verūtamen: quia illa scriptura non refertur nisi ad ea,quæ cōsulto sunt suprà scripta,vt hic,bene facit notarius ponere quod suprà scriptū est.s. in tali,vel in tali parte:si esset suprascriptio in vna parte tñ,nō esset necesse:quia ad illam tantum referretur,vt l.2.de lib.& posth.

2 ¶†Quæro,quid si apparent plures subscriptiones,& notarius dixerit simpliciter,quæ suprascripta sunt,an omnia præsumātur suprascripta,cōsulto.Rñ.sic,nisi fauore libertatis,vt j.l.proxi.in fin.

ADDITIO.

a Alex.¶Tollitur suspicio.adde omnino Bal.in l.diuus.§.item senatus.j.de fal.& bar.in l.vnus.C.de testa.& in l.fi.§.1.post princ.de edi.diui.& no.pulchre bal.in l.in fraudem.§.ficut.j.de test.mi.cum his quæ ibi dixi,& quod no.Bar.in l.1.in fi.&,qđ ibi dixi j.de sec.tab.& dixi in l.si vnus post Bar.& vide de eo,quod dixi in d.l.in fraudem.Cano.& maxime abb.in c.ex literis.de fide inst.& ibi etiam do.anto.

§.Sed si legi. Hic format aliam q.circa præmissa.

a §.Sed consulto. Hic facit vnam q.circa id quod ꝓxime dixerat.a ¶ Op.de præceden.resp.Sol. quando aliquid deletur,ita quod post deletionem legi nō potest aut hoc fit ante consumationem testamenti,tunc est presumptio quod si testator voluisset deleri iterum fecisset rescribi, vt in præceden.responso. Sed quando post consummationem testamenti,tunc habet locum distinctio huius §.aut est deletum consulto,aut inconsulto.

ADDITIO.

a ¶Dixerat.Ad istum tex.vide quæ dixit and.& Im.in c.translato.de const.

§.Et si quidem. Hic īcipit exponere verbum positum in prin.legis,ibi consulto.

§.Si vero. Hic exponit id quod in prin.dictum est,ibi. Id vero quod non iussu.

1 *Hæreditas an semel data ipso iure possit adimi per deletionem.Et si quis habuit instrumentum quod perdidit,vel est deletum,licèt possit petere debitum per modum libelli,non tamen potest petere executionem instrumenti vigore alicuius statuti tribuentis instrumenti executionem paratam nu.2.*

§.Et hæreditatis. Iste vers.refertur ad totum dictum. Not.casū ſm gl.aliquis īstitutus,seu substitutus cancellauit ipsemet,certe ipse perdet ius suū ſm gl.in ver.q ꝯcidit.Idē in eo q falsificat acta,vt ꝑdat cām.l.in fraudē.§.neque instrumēta.ff.de iur.fisc.Itē quid si mittāt acta ad ꝯsultorē,aliqua pars dissigillat & aperit,quam pœnam patiaē.Casus est extra de off.deleg.c.cum olim.2.vbi dicitur quod patitur istā pœnā,qđ ꝯ illa acta nihil ammodo possit opponere.Hæc additio est noua.

1 ¶†Opponitur,quod hereditas semel data non potest adimi ipso a iure:a per declarationem.l.hæreditas palam.§.1.s.de testa. Dicit gl.qđ hic dēt exponi,nō videtur data.s.efficaciter.Tu dic qđ si ante perfectionem testamenti deletur,non videē data,vt hic.Si post aut deleuit,vt decederet intestatus,& ipso iure tollitur, & applicatur venientibus ab intestato,vt j.l.proxi.aut deleuit,quia hæredes reputauit indignos,& non tolluntur ipso iure, sed hæredes sunt,& fiscus ab eis auocat,vt j.eo.l.pe.Non ob.l.hæredes palam.§.1.quia ibi deuenit ad actū verbi,& sic requiritur solennitas:hic deuenit ad actum facti.Pro hac opi.facit quod no.doc.C.de testa.l.nostram.l.hrditas.C.de his quæ vt indig. ¶† Vltimo gl.dicit,ꝙ

2 ex tali testō licèt possit adiri hæreditas de iure ciuili,nō tñ pōt peti bon.pos.secundum tab.vt in gl.Per hoc patet quòd aliquis ha-

b buit testamentum,quod postea perdidit,b vel postea est deletum, ꝙ licet debitum peti per modū libelli,non tamen potest peti executio instrumenti ex forma statuti,de quo dixi.s.

ADDITIONES.

a Ale.¶Ipso iure.Adde no.in l.in facto.§.fiscus,de cōdit.& demon.& in l.ꝯostram.C.de testamen.

b Ale.¶Perdidit.Vide pa.de Ca.in l.nostram.C.de testa.& Adde Bar.in rep.l.3.C.de pign.& quæ dixi in l.fi.super gl.in ver.depositionibus.de edi.diui Adrian.

LEX II.

1 *Condemnatis pluribus,si vnus soluit,illius tantum nomen debet cancellari.*

2 *Condemnatio si tota cancelletur vno soluente ex pluribus condemnatis,remanet tamen valida in personis aliorum.*

3 *Cancellare est quod fit per transuersum in modum crucis.*

Inducere est per medium ducere.

a Cancellauerat. a In dubio cancellantio restringitur ad rōnem ipsi cācellationi adiectam.h.d.

1 ¶†No.ꝙ qñ plures b sunt condemnati in vna condemnatione,&

b vnus soluit,illius tantū nomen debet cācellari.c ¶†Secūdo no.d

c quod si tota ꝯdemnatio cancelletur vno soluente, nihilominꝰ

2 condemnatio remaneret valida in persona aliorum. Restringi-

d tur.n.cancellatio ad causam cancellationis,vt hic,quod tene mēte.¶Vidi in vna condemnatione esse plures condēnatos,& quia duo soluerunt ꝯdēnationē,totum cācellauit,nec aduertit de vno quia nō soluit,an possit fieri in nō soluēte executio?Certe sic:qa cācellatio ad illos duos tantum referē.Vide gl.quæ incipit,sed nō soluitur,&c. Quidā dicunt qđ soluit ibi in ambiguo.Sed veritas est in ꝯrium:qa hic loquiē qñ est dubiū,sed qñ est certū,loqtur l.

e proxi.& ibi soluetur.¶Quero quæ sit dña e inter inductum,& cā-

3 cellatum. †Et dico ꝙ proprie cancellare est per transuersum in modum crucis delere,&c.Inducere est per mediū ducere,sicut ꝓbatur ꝑ gl.in l.si quis libertatē.in gl.super verbo,inducaē.s.de peti.hæredi.& in l.inductū.C.de sol.¶Opp.s.l.ꝓxima.Sol.in gl.quę distinguit tres casus.& in eo quod dicit in dubio, idē in l.nostram.C.de testa.Sed Cyn.ibi.& Dyn.hoc reprobant, quia nemo est indignus,nisi appareat.l.cū pater.§.rogo ita.j.de lega.ij.¶ Opponitur infra l.ꝓxima.Solutio,ibi non cancellauit omnes tabulas.

ADDITIONES.

a Paris.¶Cancellauerat.Quid si in actis reperiatur instrumentum cancellatum, vide Bald.& Mo.in l.acta.per illū tex.ff.de re iud.bal.in l.emancipatione.C.de fide instr.in l.si vnus.in fi.C.de testa.& quòd cancellatio actorum dicatur crimen falsi.& qualiter puniatur,vide Io.de ana.consi.xij.de qua q.scripsi ad Bar.in l.in fraudem.§.quoties.ff.de iure fisc.Itē de materia cancellationis,an vitiet quando est facta de voluntate testatoris.aliàs secus,vide Ias.in l.si vnus.col.1.& 2.C.de testa.Item quòd si testator facit testamentum, & notarius fuit de eo rogatus coram testibus,postea testator accipiat originale de manu notarii,& apostillat,& dedit notario,an notarius poterit illud authenticare, si non fuit rogatus post illas interlineaturas & apostillas,vide late Io.de ana.consilio.xxviij in 1.dub.quòd non:vbi etiam vide de materia rasuræ instrumenti,habes per Bertachi.in verb.radens.

b Pom.¶Quando plures.Vide bal.in l.emancipatione.C.de fi.instr.

c Ale.¶Cancellari.Vide bar.in l.acta in fi.prin.de re iud.quod no.bal.in l.si vt proponis.1.ad fi.C.quomodo,& quando iud.quid importet cancellatio banni,vide bal.in l.generali.C.de sen.pas.

d Pom.¶Secundo not.Vide Cæp.consi.7.

e Poma.¶Sit differentia.Vnum ponitur pro alio,vt per Io.de ana.consi.11.in prin.

LEX III.

1 *Magni domini non recognoscentes superiorem possunt esse iudices in causa propria.*

2 *Iudex non debet habere cōsiliū cum aduocatis,vt sibi credatur,sed collationē sic.*

3 *Aduocatus non potest cogi vt consultet in causa,in qua est aduocatus.*

a Proxime. a No.ꝙ imperator est iudex b in cā imperij,& cā

b fisci.Ad idem j.ti.j.l.& hoc Tiberius.ita dicunt

c c doct.†ꝙ magni iudices & ciuitates quæ non recognoscunt su-

1 periorem,sunt iudices in causis propriis,de quo per Cyn.ne quis in sua cau.l.j.& per Inn.extrà de ele.c.nostri.& de iud.c.cū venis-

2 sent.No.ergo gl.hic super verbo remotis,†ꝙ iudex nō debet ha-

d bere cōsilium cum aduocatis litis.& quòd imponit finem dictis eorum quando sibi videtur,quod intellige consilium,vt eis credatur.l.prætor.de iurisdi.om.iudi.& l.fi.de testi.Sed collationem bene pōt habere cum eis,non vt eis credaē,nisi quatenus ipsi vi-

3 debitur.Credo tamen quòd †aduocatus non possit cogi vt consulat in causa in qua aduocatus est,sed alij cogi possunt, vt C.de aduo.diuer.iud.l.sancimus.& quod no.C.de proxi.sacro scrinio.l.ij.

ADDITIONES.

a Pom.¶Proxime.Limita vt per Old.consi.124.incip.quod remissio,seqtur ale.cōsi.1.vol.5

b ¶Est iudex.Sicut potest pro se iudicare,ita potest pro se scripturam, & probationem reprobare,secundum Bal.in l.exemplo in fi.C.de proba.

c Poma.¶Ita dicunt.Vide Fel.in c.cum non liceat.de præscri.

d Ale.¶Habere consilium.De hoc habetur per bart.in l.est receptum.de iur.om.iudi.vide bal.in l.2.in fi.de sen.quæ sine cer.quan.& adde Bal.in l.placet.C.de sacrosa.eccle.& Bar.in d.l.2.& Imo.in l.si paterfami.in notab.j.tit.1.

a §.Nomen. a No.ꝙ si fauore libertatis est quid inductum, in dubio qđ inductū ē ꝓsumatur inconsulte. ergo in ꝯriū est ius cōe.Et ꝙ dicitur in libertate,idem puto in re-

a lictis ad pias causas b eadem ratione,quod est multum not.

ADDITIONES.

a Barb.¶Nomen.Et pondera:quia fauorabilior est persona q̃ res,& fauorabilior est libertas quàm pium relictum.Hoc probo per tex.in l.1.gradu.ff.quæ in frau.cre.vbi dicitur,quod valet legatum libertatis, non legatum alimentorum,qui tex.destruit dictū bar.hic,& omnium:& adducit,quod libertas diminuit legitimam filiorū.l.Papinianus.§.4.& §.quoniam autem quarta.ff.de inoff.test.sed relicta pia non diminuuntur.c.quicunque.17.q.4.& quia libertas facit quem de nihilo aliquid,sed legatum pium non facit de nihilo aliquid.Item iurislator istud non expressit.arg.l.1.§.fi.C.de ca.tol.Si opponitur quod preferatur?Respondeo non est expressum.Et vide ang.in rep.d.l.eam quam,vbi dicit, quòd magis est pia libertas.dixi in Ioannina.Io.and.in l.si ita stipulatus essem abs te.tenuit cōtrarium,quòd lex loquens de libertate extenditur ad pia relicta, sed nihil allegat. Ego autem ibi tenui contra,tamen vide ibi doc: & ex hoc videtur, quod non bene sumant doct.c.ex literis.de proba.qui loquitur in libertate,& ipsi extendunt ad causam fauorabilem,& vide Lud.Rom.in consi.198.

¶Ad hunc §.adde bar.in l.si vnus.C.de testa.

Pom.¶Vide ale.consi.11.1.vol.

b Alex.¶Pias causas.Et sic dispositio facta fauore libertatis,dicitur esse dispositio ad piam causam,vt hic.Facit tex.in l.1.§.fin.autem in ratione pietatis.C.de commu.si ser.manumis.& quæ per illū tex.dixi in l.captatorias.C.de test.milit.circa contrarium.l.fideicommissa.infrà de fideicom.liber.& Bal.hoc tenet in d.l.1.§.fi.& bar.in l.si vnus.C.de testa.& in l.Titio vsusfructus.§.1.de cond.& demon.& Bald.in l.2.de fideicon.liber.& in l.pe.eo.tit.& in l.si iure.C.de testa.manu.& in l.1.in prin.C.de cad.tol.& ibi dixit expresse Bal.in vltima col.quod libertas & ecclesia æquiparantur & bal.in l.1.C.de sacrosan.eccl.in repet.in 3.quæst.5.partis prin.dicit,quòd legatum libertatis est pium, per dictam l.fideicommissaria.vide in d.l.captatorias.

Pom.¶Ad hunc locum Bar.Vide aliqua similia per alex.in l.Centurio.ver.10.ff.de vulg.per Rom.consi.235.Matesi.no.113.

LEX IIII.

1 *Cancellatione instrumenti facta per notarium in bastardello, non præiudicatur instrumento extenso in libro.*

2 *Creditor quòd reddat debitori instrumentum debiti cancellatum,licèt non cancellatur in libro notarij,sufficit.*

Pluribus. Si de eodē facta sunt plura istrā,vnius cācellatio alterius vires non tollit,nisi de mēte cōstet.h.d.

1 a Notarius scripsit instrm̄ †primo in bastardello paruulo, a deinde illud

ADDITIO.

a ¶Bastardello paruulo.No.bene,& adde quod bastardellus nullam fidem facit,secundum Bal.in rub.C.de fi.instru.in ver.tertio quæritur,& ibi vide, an notarius possit cancellare protocolum,reddito instrumēto,& ꝓ instrumentū cancellatū ꝓbet olim obligationē & satisfactionē,ponit et Bar.in l.acta.de re iu.Et ad Bar.hic adde Bal.in l.nostram.C.de testa.

illud extense posuit in libro suo,& in bastardello cācellauit. Certe ista cancellatio non noceret instrō scripto in libro. Pro hoc facit: quia cancellatio limitatur secundum causas cancellationis, vt supra eo.l. cancellauerat, sed causa cancellationis scdm morē notariorum est, vt ideo cancellet in bastardello: quia complete missum est in libro, igitur, &c. Secundo facit † si creditor reddat debitori instrumentum cancellatum, licèt in libro notarij appareat instrumentum non cancellatum: quia mens fuit a ꝙ a toto debito recedatur. l. si chyrographum. de proba. per cancellationē vnius videtur totum instrumentum cancellatum: quia talis fuit mens Iurisconsul. vt hac l. ij. responso.

ADDITIO.

a ¶ Mens fuit. Vide no. in l. qui tabulas. ff. de fur. & quod ibi dixi. & quod no. Bar. in auth. cassa. C. de sacrosan. eccl. Et hoc sequitur bal. in l. nostram. C de testa: & bart. in l. Labeo. ed §. supra de pac. & ibi dixi.

TITVLVS QVINTVS.

De hæredibus instituendis.

LEX PRIMA.

1 *Impersonalitas quando vitiat dispositionem.*
2 *Notarius si dicit, rogatus scripsi, intelligitur, scilicet à partibus.*

QVi testator. op. C. de test. l. hac consultissima. So. ista est superfluitas quæ nō vitiat. Item op. C. de consti. pecu. auth. si quando. Sol. † impersonalitas ex pte eius qui obligatur, vitiat dispositionē, vt ibi: ex parte eius cui obligatio quæritur, vel qui disponit ad sui commodum, non vitiat, vt hic, & l. stiplo ista. §. si quis ita. de ver. ob. Subintelligitur. n. persona loquētis: iō cū testatōr dicit, Titius hrs esto, intelligitur, s. mihi. †. Et per hoc credo, a quod si notarius dicat rogatus scripsi, debet intelligi, scilicet a patribus, vel a testatore.

ADDITIO.

a Pom. ¶ per hoc credo. Vide pau. de Cast. consi. ij. vide quæ in simili ponit Fel. in c. sicut. de re iudic.

a §. Si ex fundo. a Opp. C. de hær. insti. l. quoties. Sol. ibi erat alius hæres institutus vniuersaliter, hic non. Quæro quid si testator dixit, Titium instituo in fundo, & quòd plus petere non possit. Dicam s̄. eo. l. quoties. §. si duo.

ADDITIO.

a Poma. ¶ Si ex fundo. Ad istum tex. vide ale. consi. 68. in 2. dubio. 2. volu. Fede. consi. cxxxj. Barb. consi. cxv. & consi. clxxij. & quæ scripsi post Bar. in l. quoties. §. si duo. & §. fin. infra eodem.

1 *Duæ negationes licèt faciant affirmationem, tres tamen faciunt orationem negatiuam.*
2 *Condemnatio expensarum an videatur facta, si iudex in sententia dixit, Titium institno, absoluo, & victum victori in expensis, taxatione nobis reseruata.*

a §. Si n autem. a Quæro an vitietur testm̄ si dicat, Lucius Pla. ꝙ sic, per l. errore. C. de testa. & exponebat in, ꝓ valde. Gl. contra, † quia sunt tres negationes, & licèt duæ faciant vnam affirmationem. l. duobus. ff. de ver. sig. tamen tres faciunt orationem negatiuam. Facit l. j. de cadaue. punito. & per Cy. C. de ser. fug. l. j. Ista lex facit ad q. Iudex † in sentētia dixit, Titiū absoluo, & in expēsis victū victori, nobis & successoribus taxatione reseruata. Quærebatur vtrum videatur facta condemnatio expēsarum, quia deficit verbum condemno, nec videtur repetitū ex præcedentib. Et videtur quòd non. C. de sen. l. præses. In contrariū b facit hæc lex maxime in fi. sui, licèt. n. non sit verbum condēno, c tamen debet subintelligi. Nec ob. quòd sententia debet ferri in scriptis, quia etiam hic loquitur in testō, quod fit in scriptis, & hoc puto verum, licèt contrarium fuerit iudicatum.

CONCORDIA.

☞ ¶ Exponebat. Pro concordia aduerte si iudex in snīa condēnatoria vel absolutoria dicat, victū victori in expensis, & ñ subiiceat, condemno. Bar. in l. præses. C. de sen. & interlo. om. iudi. tenet, ꝙ non valet snīa. Contrarium tenet in hac l. ij. §. si nautem. secundū Ias. in §. curare. Inst. de act. Tu dic salua reuerentia tanti doct. ñ est contrarius, immo in d. l. præses, tenet conclusionem verissimam, ꝙ est nulla. Sed arguit ꝯ de l. verbum volo. C. de fideic. & soluit, ꝙ aliud est in vltimis voluntatibus, & aliud in snīa, vbi verba stricte intelliguntur, nec subaudiri debent. In hoc vero, §. si nautem idem tenet, quia simplr opponit dctā l. præses. & similiter ita soluit: bene verū est ꝙ prima facie videtur sibi cōtrarius, sed postea finaliter concludit, vt in d. l. præses. licèt per alia verba, non tñ multum discrepantia ab illis, de quib. in d. l. præses. Sed in effectu idem dicit. Et dato ꝙ intelligeretur cōtrarius, adhuc posset saluari. Quia aut non constat de mente iudicis; & procedat prima opinio: Aut constat de mente per alia verba: & tunc procedat secunda opi. Istam solutionem sensit Alex. in l. errore. C. de testa. Quicquid dicat in hoc §. si nautem. dicens ꝙ licèt prima opi. sit verior, tamen secunda est æquior, quam conatur sustinere vt ibi per eum.

ADDITIONES.

a Barb. ¶ Sin autem. Et vide gl. in c. 1. de vita & ho. ele. vbi supplet verbum, statuimus. gl. in c. vt vniusquisque. de pec. cle. supplet verbum, statuimus. Gl. in c. quanos. de appel. c. 1. de præben. c. 1. de rapt. super verbo placuit. c. 1. de iud super verbo placuit. & facit c. 1. de prob. vbi deficit verbum accipiamus, & vide quæ ibi remisi.

Pom. ¶ Vide Fel. in c. ad audientiam. in 3. fal. de rescr. Barb. consi. 5. 1. vol.

b Pom. ¶ In contrarium. Vide Fel. in c. illa. de elec. Ias. in l. errore. C. de testa. aliquid per Bal. cons. 5. j. vol. Rom. in simili cons. 170.

c ¶ Debet subintelligi. Et istud facit vtrum contractus in scriptis recipiat suppletionē facti de quo habetur per Bal. in l. contractus, ad fi. C. de fid. inst. vbi dicit quòd non alle. no. in ea. P. Tabellio. de fid. instr. vide tamen hic no. per Bar. in l. j. s̄. tit. j. in prin. & ibi Bald. & hic ètiam Bal. in l. fi. C. de edic. diui Adr. tol. & quod no. Inn. in c. dudum. de reb. eccl. non alie. Bar. tenet contrarium eius quod hic, in l. præses. C. de sent. & illa sua opi. est de iure verior, licèt ista sit æquior. & si velles eam tenere, potest dici quòd sententia super expensis de se est interlocutoria, & sic de veritate in sui prolatione non requirit tantum solēnitatē, quantam diffinitiua, cum possit etiam sine scriptis proferri, dummodo reducatur ad scripturam, vt no. in l. 2. ff. de appel. & sic in casu prædicto præsumatur plus actum, & minus, vel nihil scriptum, vt hic diximus. Item quia ita fauere debemus, vt res potius valeat, quàm pereat. l. quoties. de verb. oblig. Et de hoc hic vide per Imo. sustinentem vtranque opinio.

LEX II.

Circa. Defectus conditionis de præterito, vel de præsenti vitiat institutionem: sed si de futuro, purificat, si ex facto testatoris dependet. h. d. secundum Dyn. Opp. de l. clemens. in fi. ff. a eod. Sol. vt ibi. Opp. de l. qui hæredi. ff. de cond. & demon. Sol. hic loquitur in condirione de futuro, quæ dependet ex voluntate testatoris, vnde testator non inserēdo causam, videtur pœnituisse: ibi, quando conditio dependet ex facto alterius, vel ex fortuna. Ita dicit Dy. hic, & not. glos. in l. si quis ita scripserit hæredem. ff. e. Opp. de l. Stichum qui meus erit. de leg. j. in eo, ꝙ ibi dicitur de relatiuo quis, vel qui. Sol. vt ibi. Oppo. de l. si Mæuia. ff. eo. Sol. ibi est conditio negatoria, quæ nunquam fuit nec esse potuit, ideo eius defectus vitiat: hic autem fuit cōditio de præterito, quæ esse potuit.

ADDITIO.

a Pom. ¶ Qui hæredi. Vide Ale. in l. Stichum qui meus erit. ff. de lega. j. & in l. pe. C. de insti. & substitu.

LEX III.

Seruus alienus.

§. Si seruum. In institutione videtur adiecta cōditio, quæ adiicitur libertati. h. d. Op. de l. diuus Pius. ff. de ma. te. Sol. vt ibi. Op. de l. quidam. C. de nec. ser. sol. vt glo. & ibi plenè.

§. Si quis ita. De adiectione alterius alteri potest adiici conditio. hoc dicit.

§. Qui fideicommissam. Licèt ius institutionis non mutetur, tñ qualitas acquisitionis mutari potest. h. d. ¶ Et oppo. de l. si seruum. §. si quis. ff. de acqui. hær. Sol. Potest desinere esse hæres si vult quo ad effectum, vt ibi: tamen semper remanet hæres nomine, vt hic, & l. ei qui soluendo. ff. eod. ¶ Opp. quòd hæres ante non potuerit dare libertatem. l. vnum ex familia. in princ. ff. de leg. ij. & l. sed & si ante. ad Trebellia. Glos. non soluit. Dic quòd ideò hic potest dare libertatem antè, quia nemini præiudicaret: ibi verò non potest restituere hæreditatem antè, quia alij præiudicaret, vt no. in l. post mortem. C. de fideic. & l. filiusfamilias. §. diui Seuerus. ff. de leg. j. & l. cum pater. §. à filia. de leg. ij.

Aperturæ. Legitur in glos. multis modis, & satis clarè. Et varietas lect. est propter ꝯrium. l. sub ꝯditione. s̄. de lib. & posth. Vide gl. per text. iuxta fi. ibi, quòd filius impubes, &c. quidam habent in litera impubes, sed vult dicere pubes. Dicit glo. ſm distin. casuum, qui sequuntur, erit vel non erit necessarius fratris impuberis, sed patri indistinctè erit necessarius, ergo, &c. ¶ Pro declaratione istarum lect. distingue: Quandoque quis dat se ipsi testatori in arrogationem, quandoque extraneo. ¶ Primo casu, aut ante testamentū, aut post testm̄. Primo casu, aut reperitur in arrogatione tempore mortis patris, & erit suus hæres patri. Sed si quæratur an sit suus hæres impuberi, cui est substitutus, distingue: Aut reperitur sui iuris tempore mortis impuberis, & erit suus: aut reperitur in arrogatione alterius, & non erit suus. Si verò tempore mortis testatoris non reperitur in potestate, nemini erit suus, vt hic, ſm scdam lect. & l. sub cōditione. de lib. & posthu. Secundo casu, quando post testm̄ se dedit ad arrogandum: tunc si reperitur in arrogatione tempore mortis, efficitur suus. Vtrum autem sit suus impuberi. distingue eo modo quo s̄. dictū est, & s̄. de lib. & posth. l. filio. §. fi & l. si quis hęres. de iniust. test. & tractatur hic in 3. lec. Secūdo casu prin. qñ quis dat se in arrogationē extraneo, tunc aut tpe quo cedit dies substitutionis pupillaris, reperitur sui iuris, vel non, vt s̄. dictum, est, & probatur hic in vlt. lectu.

LEX IIII.

1 *Testamentum in quo filius est institutus sub conditione casuali, an irritetur.*
2 *Emancipatus institutus sub conditione casuali quare non habet contratabulam, sed sub conditione pendente, dicit testamentum nullum.*
3 *Filius potest institui sub conditione potestatiua, quæ potest impleri vltimo vitæ spiritu.*
4 *Dictio etiam, est implicatiua.*
5 *Hæreditas an possit statim adiri per cohæredem, quando filius est institutus sub conditione potestatiua.*
6 *Testamentum in quo filius est institutus sub conditione mista, est nullum.*
7 *Conditio qualibet hodie apposita in institutione filij reiicitur.*
8 *Testamentum, in quo filius fuerit institutus in re, quæ non extat, est nullum.*
9 *Filius si instituitur in re, quæ extabat tempore testamenti, sed euincitur, an testamentum sit nullum.*

10 *Filius institutus in certa quantitate potest dicere nolle quantitatem, sed velle de bonis testatoris, & tantum quantum est valor ipsius quantitatis.*

a **Suus quoque.** Suus hæres potest sub omni cõditione institui, filius vero sub potestatiua tantum, cui si non paruerit ab hæreditate excluditur, & cohæres statim põt adire, nõ expectato ꝙ impleat conditionẽ. h.d. Primo ponit dictũ. Secundo excipit à dicto. Tertio format vnã q. circa præmissa. Quarto illationẽ. Secunda ibi, sed excipiendus. Tertia ibi, sed vtrum. Quarta ibi, & iõ. ¶Op. ꝙ suus nõ possit institui sub omni conditione, vt C. de instit. & substi. l. si pater. Sol. intelligas hoc de suo, hoc est de eo, qui potest esse suus, vt nepos & similes. Ita intelligitur prima gl. hic posita. dicam ĩ. l. pxi. §. j. ¶Secundo opp. 1 ꝙ † filius possit institui sub conditione casuali, d. l. si pr̃. de insti. & substitu. Sol. verum est si in defectum ꝯdõnis exhæredat, vt ibi: secus si simpl'r, vt hic. Et est ratio, quia si cõditio deficit, semper fuit exhæredatus: si vero extiterit, semper fuit institut⁹. Et est ratio, qa retrotrahitur. l. hr̃s. de acqui. hær. Sed si non esset exhæredatus in defectum conditionis aliquo casu posset se reperire præteritum, scilicet deficiente conditione, & sic testm̃ esset nullum. ¶ Tertio opp. de l. 3. §. si sub ea. ĩ. de ꝯtab. Sol. ibi in filio emancipato qui potest institui sub omni conditione, hic in suo. ¶Sed quę est † ratio, 2 ꝙ filius suus interim dicit nullum, & emancipatus non hẽt ꝯta. s. pendente conditione? Cyn. in d. l. si pater, quærit, & nõ soluit. Dic ꝙ ratio est, quia pendente conditione filius suus habet bo. poss. ƒm tab. d. l. 3. §. si sub ea cõditione, & de ꝯtab. merito prætor denegat ibi ꝯtab. sed filius emancipatus non poterat aliter venire p̃ ꝯtab. ergo, &c. sed filius suus dicit nullum ipso iure, nec hẽt necesse petere à prætore. Vnde prætor non potest denegare ei beneficiũ, quod habet à lege, illud vero, quòd hẽt à prætore potest denegare. ¶† Op. quãdo filius instituitur sub cõditione potestatiua, quæ 3 nõ põt impleri vltimo vitæ spiritu, vr̃ ꝙ debeat exhæredari ne inueniat se præteritum in vltimo vitæ spiritu, & sic testm̃ esset nullũ. l. inter cætera. de lib. & posth. Huius timore dicuntur quidã cũ dẽre exhæredari. In ꝯrium est veritas. l. si libertus. §. existimo. ĩ. de bon. libe. Nec ob. ꝙ reperiatur præteritus: qui hoc facto suo contingit ꝙ ante vltimum vitæ spiritũ debuit implere. Eamus ad cõmentũ d. Pau. de Neapo. ¶Reintro ad gl. & opp. & vr̃ ꝙ si instituatur sub ꝯdõne casuali, non irritum fit testm̃. Nã in legitima vr̃ istitutus pure subducto grauamine. l. qm̃ in prioribus.[b] C. de inoffi. test. Glo. b fatetur ꝯtrarium & sic dicit hanc l. esse correctam. Iac. de Raue. & Guil. tenent ꝯriũ, & ideo dicunt, ꝙ quandoque institutioni adiicitur ꝯditio, q̃ facit testm̃ subiacere querelæ, & tũc illa reiicitur. Ita loquitur l. qm̃ in prio rib⁹. C. de inoff. test. vt puta, qñ ꝯdõ erat potestatiua, & p̃ eã filius institutus nimis grauabatur. Q ñq; adiicitur conditio, quæ reddit testm̃ nullum, vt conditio casualis, & tunc nihil immutatur de illo iure: non enim esset fauor filij, ꝙ aliquid c mutaret; immo esset odiũ. Ego [c] teneo istã gl. & pluries [d] tenui ꝯriũ d consulendo, & est tex. in l. scimus. §. cũ aũt. C. de inoff. test. vbi aliquis fuit rogatus restituere filio suo post mortem suam, s. ipsius rogati. Constat, quod ista est conditio casualis. Poterat. n. filius de e cedere ante substitutũ, & sic dies [e] fideicommissi nõ cederet, & tamen illa dies, vel conditio subducitur. Dominus Ray. de Forli misit de Padua vsq; ad Ciuitatem istã, rñdendo mihi ad illã l. qd ibi filius non erat institutus, ideo nihil ad propositum. Rñ. ƒm ista tempora quocunque relicti titulo fili⁹ hẽret legitimã, excludebatur à rumpendo. l. omnimodo. in prin. C. de inoffi. test. & in Auth. de trien. & semis. §. j. ideo nihil ad propositum, an esset institutus, vel non: solũ hic est aduerrendũ, vtrũ adiectio ꝯdõnis casualis sit reiicienda, vel nõ. Scdo rñdebat quod ille §. est correctus, per auth. ex cã. & in corpore vnde sumitur. Rñ. licèt gl. hoc ibi non teneat, tamẽ posito qd sit verũ, corrigitur in hoc quod filius debet hr̃e iure institutionis, nec sufficeret relinqui alio titulo: in eo aũt qd dicit ꝯdõnẽ casualẽ remouendã ab eo, quod relinquitur filio, nullã immutationẽ patitur. Est ergo ibi casus p̃ gl. nostra. Op. dictio ẽt, 4 † implicat idem in ꝯrio. l. quenticula. C. de epis. & cle. l. ẽt. ĩ. de leg. j. C. si tuto. vel cur. interue. l. etiam, sed hic dicitur, etiã si cõditioni non paruerit, submotũ esse, & sic innuit etiam si paruerit, esse submotum. Huius ꝯrij timore gl. legit tribus modis. Primo ꝙ abundat dictio etiã, & est clara. Scdo ꝙ est verũ, ꝙ innuit idẽ in ꝯrio, tamen intellige si paruerit esse submorũ, s. à testõ rumpendo. Et ƒm prædicta oportet ponere, quod filius habebat cohæredẽ, cui⁹ adiitione testamẽtũ cõfirmat, ẽt si nõ pareat cõdõni. Põt ẽt intelligi, quãdo fili⁹ est institut⁹, siue paruerit cõditioni, testamẽtũ est validũ, siue nõ paruerit, tamẽ adhuc testm̃ dr̃ validũ, quo ad p̃stationẽ legatorũ, ad q̃ tenetur, quasi volũtarie omiserit ex cã testi, & adiuerit ab intest. per tit. si quis omis. caus. test. & hoc innuit sequens 5 glo. dũ alle. l. illius tit. Venio ad ver. & ideo. Dicitur hic, ꝙ † potest statim adire, nec tenetur expectare ꝯdõnis euentum. Cõtra, cum dubitatur de viribus testamenti, non potest hæreditas adiri. l. sed & si de sua. ĩ. de acqui. her. sed hic est dubiũ, an pater decedat testatus vel non, ergo, &c. vt s. tit. 2. l. pe. Huius timore sunt hic tres lec. prima ꝙ vers. cum & si patrem, mutat casum, & loqtur quãdo fili⁹ est institutus sub ꝯdõne casuali vel mista. Tunc. n. extraneus institutus cohæres statim põt adire filio approbante testm̃, per l. filio. s. tit. s. sed certe ibi nõ adit de iure ciuili, sed de iure prætorio petẽ bon. poss. Scdo modo intelligitur iste ver. cũ & si patrẽ. hoc mõ. si antecedens prædictũ esset verum. ergo dubitaretur de viribus testi, & tunc sequeret ista conclusio, ꝙ expectari deberet. & ista est bona lect. Tertia lect. est, vt loquatur qñ filius non habuit cohæredẽ, tũc addit gl. ibi, vel dic faceret qñ non habuit cohæredem vel substitutum, & hæc est tertia lect. Dicit deinde gl. & dic expectare dẽt filius, vt possit succedere ab intestato. Dicit gl. vsque ad finẽ vitæ ipsius, quando non põt impleri vltimo vitæ spiritu. Quidã hñt in gl. testõr, sed dẽt esse, vacat. Dicit gl. vel post mortem, qñ 6 põt impleri vltimo vitæ spiritu. ¶† Quæro, qd si filius est institutus sub conditione mista. Gl. super verbo, constat, ponit opi. verũ: est, quòd testm̃ est nullũ ƒm ista tẽpora, eo ipso quòd filius instituitur sub cõdõne, q̃ nõ est in ptãte. l. si pater. C. de insti. & substitu. 7 ¶† Quæro, qd si erat institutus sub cõdõne potestatiua, tñ morte præuentus non potuit implere? Rñd. satis est, quòd ꝯditio verisimiliter fuit potestatiua, vt ĩ. ea. l. §. sed & si filio. hodie vero, vt dixi, oẽ grauamen subducitur. l. qm̃. & l. omnimodo. & l. scimus. §. cũ aũt. C. de inoff. test. & si fuerit ei relictũ minus legitima, illud suppletur, vt dictis legib. Hodie vero debet habere iure istitutionis, 8 vt in Auth. vt cum de appel. cog. §. aliud quoq; capitulũ. ¶† Quæro, f qd si pr̃ instituit filium in aliqua re,[f] quæ non extabat? Exemplũ, instituo filium meum in eo, quod mihi dẽt Sẽpronius, cum Sempronius in veritate nihil deberet. Rñd. testm̃ est nullum, quia in nihilo est institutus. l. si sic. §. j. de leg. j. coniuncta l. omnimodo. C. 9 de inoffi. test. ita sentit gl. in l. iij. §. sed verum. in fi. s̃. de mi. ¶† Item q̃ro, quid si instituatur in re testi, sed postea euincitur, vel esse desijt? Respond. in re, quæ postea euincitur habemus casum in l. scimus. §. j. de inoffi. test. ibi Guil. addit rõnem. Res. n. aliena in illo casu relinquitur a patre filio. Aut ergo pater sciebat, & valet legatum. Aut ignorabat, & idem, cum relinquitur coniunctæ personæ. l. cum rem alienam. C. de lega. Sed posset esse tertius casus, s. quod testator credebat rẽ esse suam, & voluit hæredẽ institutum vniuersaliter non teneri de euictione: tñ l. scimus, indistinctè dicit testm̃ esse validum & filio deberi legitimam, qa ab initio relictũ erat aliquid. Et per hoc apparet rñsum ad id quod g quærebatur de re q̃ esse desijt. ¶Quæro, si filio [g] † relinquitur iu- 10 re institutionis certa quãtitas, & filius dicat se nolle illam quantitatem, sed dicat se velle quantum est valor ipsius in bonis defuncti, an audiatur? Guil. in d. l. scimus. determinat quod sic. per. §. repletionem. in Auth. de trien. & se. §. j. colla. iij. dum tñ non possit dicere se velle tantam partem in qualibet re, sed debet habere in aliqua re arbitrio boni viri. C. quan. & q. quar. pars debe. l. ij. & l. nõ amplius. §. fi. cũ l. sequen. ĩ. de legat. j. ¶ Alia circa materiã legis nostræ dic, vt l. si pr̃. C. de inst. & substi. per gl. & doctores.

CONCORDIA.

☞ ¶Aduerte, quòd Bar. in hac l. suus quoque, allegatur contrarius. Tu dic pro saluatione Bart. vt in concordantia, quam posui ad l. si pater. C. de institu. & substitut.

ADDITIONES.

a Pom. ¶Suus quoque. An dictio dandi aliquid sit potestatiua, vide Bar. in l. testõ. 2. ff. de condi. & demon. vbi etiam si deficiat talis conditio casu, an deficiat institutio filii. Item ꝙ filius non possit institui sub conditione potestatiua negatiue, quia reputatur difficilis, vide Soc. in l. iulianus. in 2. no. ff. de cond. & dem. Item si filius instituatur sub conditione, quam filius non teneatur obseruare, quia turpis, non valet testamentum. vt per Soc. in l. dubitamus. in princ. ff. de cond. & demon.

b ¶Qm̃ in prioribus. Adde Bar. in l. si pater, de instit. & substit. sub condi. fac. & ibi dixi.

c Barb. ¶Ego teneo istam gl. Tu pondera: quia ista gl. non dicit illud quòd Bart. hic dicit, immo dicit contra, & ita eam intelligunt doc. hic, nec gl. in d. l. si pater. dicit contra, & contra bar. tenent omnes doc. antiqui, & moderni. contra tenet Franc. de Ram. in d. l. si pater. & ibi Raph. Ful. & ibi Bal. & Ang. & Bal. hic, & ang. in consi. 117. & bald. in d. l. quoniam in prioribus. & d. §. cum autem. Io. de Imo. transit cum Bar. in l. fi. infra de cõdi. insti. Ego consului contra Bar. sed pau. de Cast. in. d. l. si pater. tenet contra pro Bar. sed dicit opi. Bar. meliorem. & vide Bar. in consi 13. inci. factum super quo erant exhibita consilia. in 1. dub. quomodo alle. §. porro hic positum, & vtrum testamentum sit validum vide in 2. dub. quia disputat. d. l. si pater.

d ¶ Et pluries. Adde quòd ipse contrarium consuluit consi. 13. incip. ex facto proposito. & Ang. consi. 120. inci. do. antonia quondam Blasij. & gl. hanc secutus est ipse Bald. in l. si pater. C. de insti. & substi. & ibi Sal. & Io. de Imo. hic, sed melius hunc articulum explicat in l. fi ĩ. de condi. insti. in ver. circa casuale. Idem voluit Pau. de Cast. in d. l. si pater. vbi dicit ꝙ totus mundus seruat opi. Bart. & nullus respondet bene ad §. cum autem. quia per eius opi. conseruantur testamenta, per contrarium subuertuntur. Eandem opi. tenuit ang. consi. 96. incip. Viuia de Monte. & bal. consi. 29. 2. vo.

Paris. ¶Contrarium dicit se tenere Com. consi. 129. aliàs 127. & contrarium tenet Ant. de But. consi. 67. circa med.

e Pom. ¶Et sic dies. Vide Anto. consi. 68.

f ¶Aliqua re. Vide Bal. in d. l. scimus. in prin. circa fi.

Barb. ¶Adde Bal. consi. xij. 3. volu.

g ¶Quæro, si filio. Et vide de ista q. an possit detrahere quartam in re, & non in quãtitate. Bal. hic, qui aliter loquitur. & vide Bal. in l. scimus. C. de inof. testa. vbi dicit quòd potest capere in re mediocri. Sal. ibi tenet contra Guil. & barto per l. scimus. §. 1. vbi dicitur, vel pecunias. & in versi. in quantitate, & per id, quod habetur in Auth. de trien. & semis. §. 1. ver. quantitate. Et an possit detrahere in vna, vel pluribus rebus vide Bal. in l. quartam. ff. ad l. falc. & in l. 2. C. quando & qui. quartæ pars debe. Ang. in l. 1. C. ad l. fal. & in l. 2. §. pe. C. communia de lega. & in consi. quòd remisi ad Bar. & vide pet. in c. Ray. de testa. Bal. in l. filium quem. C. fam. erci. & in l. magis puto. §. ne passim. ff. de reb. eo. Old. in cõsi. ccxxviij. Ray. in auth. res quæ. C. com. de lega in lege iubemus. ad Treb. & alios in Auth. de test. & ea quæ par. in prin. in gloss. & per alios in lege non amplius. §. finali, ff. de leg. 1.

Pom. ¶Vide bal. cõsi. 457. in 2. vol. Anc. cõsi. 127. Pan. in c. Ray. de test. Aret. cõsi. 17. in 7. dub. pau. de Cast. consi. 17. & consi. 132. Fabia. in repe. auth. nouissima. C. de inoff. test. Alex. & Mod. in l. non amplius. in §. fi. ff. de leg. 1. & in consi. 12. in 1. col. in 5. vol. & Rom. in cõsi. 175. & plene per Alex. in l. Marcellus. §. res quæ. in vlt. col. ver. quid autem in legitima. ff. ad Treb.

Paris. ¶Vide Ias. in l. scimus antea. in prin. in 1. no. C. de inof. test. Dec. in consilio 81. versi. 7. quæritur.

a §. Puto. a Conditio dicitur potestatiua, vel non, secundum id, quod frequenter accidit: hoc dicit. ¶ Quæro, quæ est ista generalis distinctio? Respondeo illa, quæ frequentius accidit, vt in gloss.

ADDITIO.

a Pom. ¶ Puto. Vide Alex. consi. 114. in 4. vol.

1 *Substitutus filio instituto sub conditione potestatiua, quæ potest impleri vltimo vitæ spiritu, an possit admitti in vita statuēdo terminum filio, intra quem impleat conditionem.*

2 *Desinere posse quis quando dicatur.*

3 *Conditio si in sententia vel statuto ponitur quòd quis pro tali delicto condēnetur in centum, & si soluere non potuit, amputetur sibi pes, quando dicatur illa cō pleta.*

§. Sed & si filio. Sub conditione potestatiua quę potest impleri vltimo vitę spiritu, viuo filio ñ admittitur substitutus, nisi in ea dies fuerit adiectus: secus si in vltimo vitæ spiritu impleri no potest. h. d. cū principio l. seq. ¶ Op. ex. gl. de l. filius a patre. s̄. de libe. & posthu. Sol. vt ibi dixi. ¶ Opponitur 1 secundo, † qd̄ licèt conditio potestatiua possit impleri vltimo vitæ spiritu, tamen substitutus potest admitti in vita. Nam statuetur certum tempus hæredi, intra quod si non implet, habeatur pro defecta. l. si quis instituatur. §. j. j̄. eo. Vltramontani fatentur contrarium. Cy. ponit in l. si pater. C. de instit. & substi. quod videtur contra istum text. vbi dicit substitutū nō posse admitti in vita filij propter quod dico quo ad petitionē substituti, vel sequentium in gradu non potest statui certus terminus filio, vt hic: sed ad petitionē creditorum sic, vt in contrario facit l. j. §. sane. j̄. de success. edic.

2 ¶ Vides ergo † ex hac l. quòd illud quod pōt quis, nō dicitur desinere posse, nisi cū moritur. habeo ergo hic tractare quando dicatur desinere posse: qualiter autē posse dicitur dixi in lege Gallus. ī prin. & l. j. de iniusto testam. Ad quā declarationem est sciendum, quod posse desinit quis multis modis. Quandoq; ex persona eius qui debet facere. Quādoq; ex tēpore, in quo debet fieri. Qn̄q; ex materia, ex qua debet fieri. Qn̄q; ex psona eius, in quā debet impleri. ¶ Primo si desinit quis posse ex persona eius qui debet facere, & tunc procedat distinctio huius legis. Aut est conditio potestatiua, quæ potest impleri vltimo vitæ spiritu: & non desinit posse in vita, sed demum post mortē. Aut non pōt impleri vltimo vitæ spiritu, & desinit posse in vita, sed tunc cū est in articulo mortis: & sic in hac lege nō consideratur aliud, per quod desinat posse, nisi persona quæ debet impleri. ¶ Secundo desinit posse quādoq; ex tpe, in quod debet impleri. Si enim est limitatum tempus certum ab hoīe, vel a lege, illo elapso desinit posse fieri. ¶ Quando limitatur ab hoīe, est expressum. j̄. eo. l. sed si conditioni. in prin. & de verb. ob. l. illa, cum similib. An autem tēpus possit apponi a iudice, dixi s̄. in precedēti contrario. An autē a lege limitatur tempus, aduerte, quandoq; conditio potestatiua adiicit̄ in vltima voluntate: a qn̄q; in dispōne inter viuos. ¶ Primo casu, a aut adiicit̄ institutioni hæredis, & nullū tempus habet limitatū, vt hic. Ideo expectatur tēpus mortis, nisi per iudicem aliud statuatur, vt dixi. Aut adiicitur legato, & tunc habet tempus limitatum intra qd̄ impleatur cum primum potest, alias est defecta conditio. vt l. hæc conditio, de cō dit. & demonst. Et istam drīā inter institutionem & legatū, ponit gl. in l. si quis instituatur. j̄. eo. & ibi dicā. In contractib' vero inter viuos, dic qn̄q; incipit a pcedenti dispōne, & tūc intelligitur tēp' limitatum, si illud non fecerit, quo ad constituatur in mora faciē di: si non habet præcedentem dispōnem, intelligitur quo ad desierit posse fieri. vt l. ita stipulatus. de verb. obliga. ¶ Iuxta prædib cta quæro, quid si b † in sn̄ia iudicis, vel in statuto dicatur, ꝙ con3 demnetur pp tale delictū in centum, & si soluere non potuerit, vl' non soluerit, amputetur sibi pes, qn̄ dicatur illa conditio completa, si soluere non potuerit, vtrum adaptabimus leges quæ loquuntur de vlti. voluntate, an leges quæ loquuntur de contractib. Cogitabitis. Ad prædicta facit extra de rescri. c. scisciitatus, vbi illa clausula, si talis adesse non poterit, intelligitur. s. tunc cum causa agitatur, & sic habes tēpus limitatū a lege. ¶ Tertio dixi quòd posse desinit ex mā ex qua debet aliquid fieri. Iuxta quod est aduertendū, qd̄ qn̄doq; materia, ex qua debet aliquid fieri in dispositione sumitur stricte. Exēplū in l. quod Seruius. s̄. de condict. ob cau. vbi debet intelligi ꝙ nō potest repeti, donec matrimonium potest contrahi ex eisdē spōsalibus. ecce materia stricta, & sic mutatione cōtingente hoc est illis spōsalibus dissolutis desinit posse fieri, & datur repetitio. Casus est in l. stipulationem. & l. seq. quæ incipit, & licèt. s̄. de iur. do. Quandoque sumitur large, vt quo ad Titius contraxerit matrimonium, & tunc desinit posse fieri cum spes nuptiarum defecerit, vt in auth. cui relictum. C. de indi. vidu. & in corpore vnde sumitur. Si vero mā ex qua esset generalissima, vt si decē dederit in genere, tunc ex parte materie non poterit desinere posse, quia genus perire non potest. l. incendium. C. si cer. pe. & in l. in ratione. ij. §. incertæ. j̄. ad l. Fal. ¶ Quarto dixi, ꝙ desinit posse fieri ex persona, in qua dēt impleri, vt si decem Titio dederis. licèt. n. ex parte tua non possit deficere in vita nec ex parte materiæ: quia in genere, tamē ex parte Titij potest deficere, quia potest ante mori. vt l. cum ita. de condit. & demon. & s̄. §. proxi. Ista ergo lex solum respexit, an desinat posse fieri ex parte eius. qui debet facere.

ADDITIONES.

a Ale. ¶ Primo casu. Vide Bald. no. in l. si pater. in 5. quæst. C. de instit. & subst.

b Ale. ¶ Quid si, &c. Vide in fi. quod no. Bar. in l. cētesimis. §. fi. de verb. oblig. & mihi videtur quod hoc decidat Bald. in l. non solum. §. morte. de ope. nou. nun. & ibi Imol. & Bal. & hoc decidit, & intelligit illud non posse arbitrio iudicis. Aliter ipse videtur loqui in l. quicunque. C. de ser. fug. & adde Bar. in l. acceptam. in vlti. col. C. de vsu. & in l. quod Seruius. ff. de cōdict. ob cau. An autem dicatur posse soluere, si habeat fideiussorem pro eo promittentē, adeo quòd sit relaxandus, vide quod no. Bar. in l. nemo dubitat, per illum tex. infrà. de reg. iur. & in l. 1. j̄. de cust. reo. l. statu liberos. la. 1. §. si quis sic accepit. vbi tex. no. infrà, de stat. lib. & in l. item liberatur. §. 1. ff. quibus mod. pig. vel hyp. sol. & hic adde Ang. & Imo. in l. 1. §. fi. de iniu. rup. test. Bar. in l. 1. alias fi. in fi. de pe. leg. & vide Bal. in l. 1. in 7. q. C. de inst. & subst. Quid si statutum, vel sn̄ia dicat, quod si soluere non poterit intra mensem, &c. & constat ante mensem quòd de suo nihil habet, vide Bald. in l. si quis id quod. §. in seruos. suprà, de iurisd. omn. iud.

LEX VI.

Sed & si in conditione.

§. Nepotes. Liberi sequentis gradus post filium possunt sub omni condōne institui. h. d. ¶ Quæro an lex ītelligat̄ si tpe, quo fit testm̄ fili' pcedat nepotē, an, et si nepos teneat primū locū, Gl. tenet, ꝙ loquitur ī nepote, quē fili' pcedit. tex. s̄. l. pxi. ī prin. videt̄ facere drīā inter filiū, & nepotem. Azo. in sum. de instit. & substi. tenet idē ꝙ hæc gl. & Cyn. in l. si pater. eo. tit. tenet idē. In contrariū videtur j̄. de suis, & legiti. l. j. §. sciendū. & ibi hoc tenet gl. idem tenet in l. iij. §. si sub ea. de contratab. coniuncta l. illud. §. j. eo. titu. illæ leges multū vrgent, tn̄ quod hoc dicit gl. est æquius, & doc. tenent, & ideo vos teneatis.

§. Solemus. Incapacitas medij tpis institutionē nō vitiat. h. d. Hoc intelligo, quādo pdit ciuitatem tantum, nō libertatem: secus si etiam libertatem, vt quia damnatus in metallum. l. intercidit. j̄. de condit, & demonstr. & ibi dicam.

a §. Seruus. a Exemplum est præcedentis summarij. ¶ Opp. ꝙ institutio videtur: quia deuenit ad eum casum a quo non potest incipere. l. quia ratio. de condit. instit. Sol. tene vltimam solutionem Ioan. quæ est vera.

ADDITIO.

Poma. ¶ Seruus. Vide quid dicat per istum text. in l. si constāte. §. 1. ff. soluto matrimonio.

§. Si seruū. Si seruus cum libertate institutus redimatur in vita testatoris, efficitur necessarius, secus post mortem. h. d. ¶ Op. de comuni ser. ma. l. j. Sol. hodie aliud esset. Circa quod distingue vt in glo.

1 *Clausula, cassans, & irritans, quando operetur.*

§. Sed si sit cum Si seruus cū libertate instituat̄, libertatē recipit a seipso, ideo a seipso adimi non potest. h. d. ¶ Quæro, qd̄ est hoc dicere, ꝙ libertatē habet a seipso. Rn̄. hoc est, ꝙ libertatis datio ꝯfirmatur aditione sui ipsius, nec spectat aditionē alterius. Posset etiā dici ꝙ libertas non est hæreditaria. iō non dr̄ eā capere a testatore. Sed hoc nō placet vsquequaq;: qa licèt libertas non sit ꝑprie in hr̄ditate, nec in bonis testatoris, est tamen occasionaliter: quia potest testator dare libertatē: sicut vsusfructus formalis non est in bonis dn̄i, tn̄ non pōt cōstitui alteri. Sed quæro qd̄ est hoc dictum, ꝙ a se adimi non pōt, sicut se sibi legari nō pōt. Rn̄deo, adēptio requirit confirmationē p aditionē hr̄ditatis sicut legatū, Sed si diceremus istam adēptionē valere, non posset adimi hr̄ditas: qa seruus nō pōt esse hr̄s sine libertate, ideo adēptio valere non potest. l. si ita. § . vlt. de lib. & posth. Et ex hoc debet intelligi, qd̄ hic seruus erat institutus solus sine cohr̄de, aliàs aditione cohr̄dis posset ꝯfirmari adēptio, & valeret, vt C. de communi ser. ma. l. fi. & ita intelligit hic gl. ¶ Et 1 istud † inducebā ad illā clausulā, q̄ in testō ponitur, cassans, & irritās oē aliud testm̄, &c. qa oportet ꝙ illa clausula ꝯfirmetur aditione ex illo testō. Vnde si non pōt adiri, illa clausula nihil operat̄, & dicā in l. si iure. j̄. de leg. iij. ¶ Opp. hæredi non pōt legari a seipso. l. legatū. §. j. j̄. de leg. j. ergo nec libertas pōt dari ipsi a seipso. gl. hic in fin. dicit aliud in legato: quia hr̄ditas, & legatum se inuicē non cōpatiuntur: aliud in libertate. Et si q̄reretur, quare hoc rn̄det gl. ꝙ libertas non est res hr̄ditaria. Declaro: qa si hēt hr̄ditatē, habet oīa q̄ sunt hr̄ditatis, iō legari nō pōt sibi illud quod iā habet, nec pōt obligari ipse sibimet. sed libertas nō est in hæreditate, iō nō repugnat, quod ego relinquam tibi hereditatē & libertatem, cū libertas sit in dominio occasionaliter. Opp. de lege senatus. §. fin. de lega. j. Soluc, ibi non habebat a seipso.

LEX VII.

Si seruus. In j. parte primo glo. ponit casū. Secundo dubitatur quis fuit ille hæres qui seruum alienauit post mortem. Glo. dicit, ille qui esset hæres si conditio deficeret. hoc non placet, quia pēdente cōditione, & sic quādiu est spes institutionis, alius substitutus vel ab intestato veniēs, venire non potest. l. quandiu. de acquir. hæred. & communia de suc. l. anteq̄. Vnde gl. subdit hic, ꝙ fuit cohæres. Istud intellige in cohærede qui interim est hæres insolidū, qui erat coniunctus re tantum, vt no. in l. ij. s̄. si pars hæred. pe. Dixi in l. plane. §. si coniuncti. j̄. de leg. j. alias alienare non posset.

LEX VIII.

Duo socij. Si hereditatis delata a duob. dn̄is, dies simul cedit, seruus vtrique necessarius erit, hoc dicit.

LEX IX.

Quoties. Lex tota principaliter diuidiť in duas partes. Primo tractat de forma istitutionis. Secūdo de istitutionis effectu. Secunda in §.hǽdes iuris,&c. Prima subdiuiditur: quia primo poniť qñ fuit certū in corpore. Secūdo qñ in quātitate. Tertio qñ in ipsa institutione. Quarto qñ est certū in oppositione psonæ extrinsecæ. Quinto qñ dubitať de icertitudine institutionis. Secūda ibi, sed si nō ī corpe. Tertia ibi, tātundem. Quarta ibi, sed si cū primū. Quinta ibi, si qs nomen. Error in corpore vitiat institutionem, & legatum. h.d. Opp. si appello fratrem meū, qui non est, non vitiatur dispositio, vt ĵ.eo.l.nemo.§.qui frater. glo. hic distinguit, & bene, quam signa. Dixi in l.demonstratio, de condit. & demonstr.

1 *Error scripturæ quomodo probatur.*
2 *Dictum prævalet scripto, etiam quando ille qui dicit est idem qui scribit.*
3 *Error præsumitur, & non falsum, quando reperitur aliud scriptum à notario quàm fuerit dictum à partibus.*
4 *Notæ significatiuæ numeri positæ in instrumento, quando instrumentum vitient.*

§. Sed si non in Error in quātitate continua, vel discreta dispositionem non vitiat: & qđ est dictū, prævalet ei quod est scriptū. hoc dicit. De quantitate continua loquitur vsque ad versi. sed & si quis ꝑ centū, vt puta tertia, [a] quarta, & quinta, & similia. De quātitate discreta loquitur versic. sed & si qs pro centū. quia omnis numerus est quātitas discreta. [2] ¶† Nota ex principio huius §. quō probatur error scripturæ, scilicet si aliter fuit dictum, aliter reperiatur scriptū. [b] ¶Secundo not. [2] † quòd etiam quando idem est ille qui dicit, & ille q scribit, dictū [c] prævalet scripto, quod nota. ¶Tertio lex ponit optimum † argu[3]mentū ad excusatiōnē notarij: vt si vnum fuerit dictum per contrahentes, vel per ipsum notarium, dum verba contractus ponebantur, & aliter reperiatur scriptum nō præsumať factū falso, sed [d] errore, nisi ex aliis circunstantiis aliud appareat. ¶ Vltimo no. [e] ꝙ† illæ notæ significatiuę numeri positę in instrō īstrm nō vitiāt. [4] Cōtra hoc tñ vř. ĵ. de bon. poss. l. si cum patrono. §. fi. C. de testa. authē. ꝙ sine. & in corpe vñ sumiť. & in j. ꝯstit. fforū. §. pe. & in ij. cōsti. Cod. circa fi. & de ve. iu enu. l ij. §. pe. Rñ. quædā sunt notę quę non sunt ī vsu, vt q̄dam literæ ꝯglutinatę simul, qbus vtunť quidā notarij ꝑ eorū signis, sicut faciūt amātes q portāt quasdā lřas, in qbus ꝯtineť nomē dñæ, q̄ non possunt legi, nisi a sciētibus: & illę literæ [f] nihil ꝓbāt, l. sed cū patrono, ī fi. de bon. pos. Quædā sūt literæ, & notæ q̄ sunt ī cōmuni, vt v. ꝑ qnq;, & x. ꝑ decē, & similes, & hæ lřæ probāt, vt hoc §. Fallit in casibus, ī quibus lex specialiter disponit vt scribať extense, & nō per figuras literarum, vt in legib. s̄. in con[g]trarium allegatis. Notas autem significantes numerum, ponit Hug. sub litera D, quibusdam tamen ex illis signis non vtimur.

ADDITIONES.

a Ale. ¶Quarta, & quinta. Adde no. per Bal. & Imo. post Bar. in l. qui quartā. in prin. ĵ. de le. 1. vbi omnino vide, & Bart. in auth. quod sine. C. de testa. & l. sed cum patrono. ff. de bo. poss. & in 1. constit. fforum, vbi dicitur, quod ibi libri debent scribi per literas extensas, non per signa. Quod autem scribitur hic, fallit in casu d. auth. quod sine, & fallit in libris iuris ciuilis, & in const. t. decre. secūdum Bar. in d. auth. ꝙ sine. & Nicola. de Neap. in l. Lucius. de administ. tuto. & in l. Licinius Locusta. de lega. 2. & Bar. ibi.
Poma. ¶Limi. vt per Alex. cons. 86. in 4. volum.

b Poma. ¶ Nota. Vide Are. cons. 47. in 2. volu. in 3. not. vide Aret. consi. 41. text. in l. quod ad hibitus, in fi. C. de his qui sibi ascri. Barb. in repe. rub. ff. de fid. instr. & ad probationem erroris, vide Ale. consi. 88. 3. vol. Cæp. consi. 21. Barb. con. 29. 1. volu.

c Barb. ¶ Tertio. No pro excusatione notariorum. Vide Bar. in l. 2. de fal. Est enim regulare quòd vbi est tolerabilis error, præsumitur potius error quam malitia. Vide Bal. in l. 1. C. de his qui sibi ascri. in testa. vt potius præsumatur quod non probet, quā vt dicat falsum. Bal. in §. quibus. in 1. constit. Codi. & adde quod no. Bal. in l. 2. C. qui accu. non pos. & in rub. C. de contrahend. emp. in 19. q. & vide doc. in c. vni. de syndico. & C. cōia de leg. l. 2. & Cyn. in l. si quis decurio. C. de fal. Tancre. in 8. rubr. in x. quæst. in fin. vbi dicit quod si notarius omisit scribere protocolum in totum, vel in partem, vel omisit ibi scribere substantialia, vel solennia, quòd præsumitur ex simplicitate potius, quàm dolo. Et adde bonum tex. in c. ad audientiam. de præsumptio. quod notarius præsumitur diligenter fecisse officium suum, nisi contrarium probetur. Et vide Bald. in l. captatorias. C. de testa. mil. vbi consuluit de notario, quòd quando aliquid addit in scriptura, dicit se fecisse de consi. talis. Vide eundem, vbi pulchre loquitur in l. errore. C. de testa. in l. si frater tuus. C. de fideicōm. Et vide quod no. doc. in c. vnico de synd. Adde quod no. Inno. in c. fraternitatis. de hæreti. quod si notarius committit falsitatem in aliqua parte, vitiatur instrumentum. siue hoc faciat scienter, siue ignoranter: quia non debet ponere in instrumēto nisi illud ꝙ vidit, vel nouit, & in hoc non potest cadere ignorantia. 3. q. 9. ca. hortamur. Cogita si ista sunt contraria. idem in teste. Et adde quod no. Bal. in l. nolumus. C. de test. & in l. iubemꝰ, eo. tit. & in l. eam quam. C. de fideicom. vbi ponit regulam, quod quādo aliquid vitiatur rōne erroris, non extenditur. vide ibi, & adde Bal. in l. fi. C. de cano. larg. li. x. vide Bal. in rub. C. de fid. inst. & in l. si post diuisionem. C. de iur. & fac. ign. & in l. Imperator. ff. de sta. hom. & vide consi. Io. de Imo. 31. ad excusationem notarii de falso. & vide Bar. consi. 208. incip. ex facto proposito. vbi loquitur de errore notarii. & si posiit, & quomodo, corrigere. & vide Barto. in consilio 99. incip. ioan. notarius. vbi pulchre loquitur de notario falsario.

d Alex. ¶Sed errore. Vide concordantias infrà. §. proxi. in apost. & sic not. hic optimam legem ad excusationem notariorum & tene menti singulariter, quod notarius in dubio præsumitur errasse, non falsum commisisse. & adde quæ dixi post bart. in l. si quis obrepserit. infrà, de fal. & vide ang. in l. inter eos, de re iud. & in l. iurisgentium. §. quod fere. de pac. & adde bar. & Doc. in d. auth. quod sine. bal. in l. verbum volo. C. de fideicom. & ibi an syllaba possit pro dictione poni. & adde ang. in l. Lucius. in princ. ff. de test. mi. Quid in errore indictionis an possit corrigi per notarium? Exemplum, notarius in originali, & sic in protocolo non apposuit indictionem, sed in extensione instrumenti sic, an possit corrigi. Certe sic, quod probo. Nam in publico instrumento continentur duo: vnum ꝙ spectat ad notarium, vt anni domini, indictio, dies, & aliæ solennitates: secūdū est substātia cōtractus. Si. n. est erratū in eo ꝙ vitiat īstrumētū, vt quia deficit indictio, vt ī auth. vt præpona. no. impe. in princ. & in auth. quib. mo. nat. effi. le. in §. quantum. & in c. inter dilectos. de fid. instru. & glo. in l. generali. C. de tab. lib. 11. poterit corrigi ille error, ne scribentis error noceat partibus. l. si quis in nomine. & l. errore. C. de testam. & hoc si constat de errore. Sed si erratum est, & non constat in quo, vt quia fuit omissus dies, & sic fuit erratum, isto casu notario dicenti, se recordari, debet credi: quia officiali creditur in officio sibi commisso. l. si quis decurio C. de fal. l. magis puto. §. ne tamen. ff. de reb. eo. & procedit hoc quando est erratum omittendo. Sed cum est erratum: quia posuit vnum diem, vel mensem, cum deberet ponere alium, isto casu non poterit se corrigere, nisi de errore constet per testes, vel aliis mod. l. quicquid astringendæ. de verbor. oblig. & hoc, quia functus est officio suo sicut iudex, vt l. iudex posteaquàm. de re iud. & sicut testes, & si indictio est posita in instrumento & est erratum, non vitiat instrumentum, vt in hoc §. Et licèt præsumatur dolus in annis domini quando in eis erratur: quia communiter omnes sciunt annos domini, ideo culpa lata, vel dolus est eos ignorare. l. late. ff. de verb. sign. sed indictio nescitur ab omnibus, ideo probabilius præsumitur error in indictione. Facit ad hoc gloss. in l. si quis in fundi vocabulo. de le. 1. & in l. pe. de reb. dubiis. Ita formaliter dicit Bart. in l. si librarius. ff. de reg. iur. quicquid dicat gloss. in c. inter dilectos. de fid. instrum. & dicit Bart. in d. l. si librarius. quòd si solennitas non fuit scripta nec seruata in instrumento, punitur notarius vt falsarius. Secus si fuit seruata, licèt non fuit scripta. Et sic per prædicta patet, quòd error in indictione est tolerabilis & excusabilis, vt hic per Dyn. & Bart. & facit in simili quod voluit Innocen. in c. qualiter. el 2. de accu. in gloss. vbi dicitur, quòd testis magis debet recordari de personis, & loco, quàm de die. Nam error testis in tempore excusabilis est, vt voluit. Archid. 3. quæstio. 9. c. nihilominus. & Bald. in l. presbyteri. C. de epi & cler. Error tamen in annis domini non est tolerabilis, secūdum Bald. in d. l. si librarius. sed Guil. de Cu. & Bal. in l. Imperator. de sta. hom. dixit quòd post instrumentū publicatū, & postquàm est data copia parti, non potest tabellio suum errorem corrigere, arg. eius quod dicimus de teste. & habetur in Spe. de instr. edi. §. postremo. vers. sed nūquid. quamuis Bar. in d. l. si librarius. indistincte velit quòd potest notarius corrigere errorem suum circa indictionem. Alij dicunt quòd error qui iuris præsumptione corrigitur, vt error indictionis, semper per notarium corrigi potest: secus si non corrigitur iuris præsumptione, quia tunc esset notarius sibi contrarius. Item quia æquiparatur testi, sed testis authoritate iudicis, facta prius fide de veritate, potest corrigere, igitur, &c. Sed ego in hoc distinguo sic, Aut tabellio non restituit instrumentum partibus, & potest tunc illud corrigere, & aptare vt vult. l. si quis decurio. C. de fal. Aut restituit instrumentum in publicam formam, & tunc aut vult corrigere eo modo quo corrigit lex, & potest, quia habet iuris præsumptionem pro se, aut circa aliud, circa quod lex non præsumitur, & tunc non potest: tamen dicit ibi Bald. quòd addere potest quod per errorem omisisset, sicut testis. arg. eorum quæ no. in Auth. de test. §. quia vero. Errorem autem partis tabellio corrigere non potest. l. ambiguitatis. C. de test. l. illa institutio. ĵ. eo. & ibi dicit, quòd potest addere quæ per errorem omisit. Sed consuluit Dy. cons. 34. quòd omissio indictionis vitiat instrumentum, sed error in computatione non vitiat, ex eo, quia error in computatione est aliud quàm omissio indictionis. & ideo dicebat idem Bald. in d. l. Imperator. quòd si notarius vult corrigere errorem, puta circa indictionem, valet instrumentum, quia indictionis error non nocet: quia trahitur ad computationem certi temporis. i. mensis; & diei, ergo notarius potest illum corrigere: quia idem facit ipse quòd lex, & dicit Bald. quòd opi. Dyn. est verior, quia maior est defectus omissionis, quàm commissio erroris. l. Titius. l. Gallus. §. in omnibus. de liber. & posthu. & licèt Bald. ibi ita dicat, tamen contrarium dixit in d. l. Imperator. s. quòd notarius potest addere instrumento illud quod omisit, & idem Bald. in ru. C. de fi. instr. in ver. sed pone quòd tabellio in imbreuiatura. quem vide omnino. vbi distinguit in ista materia, prout s. sed idem Bald. in l proponebatur. ff. de iudic. dixit circa istum passum quòd aut notarius vult emendare errorem non mutata substantia actus, & potest. l. actorum verba. ff. de re iu. sed si mutando substantiam, & tunc aut nondum redegit contractum in publicam formam, & potest: quia ipse est talis, ad cuius fidem recurritur. l. si quis decurio. C. de fal. dummodo non mutet substantiam: per id quod habetur in l. Sempronius. de le. 2. Si autem iam eum redegit in publicam formam. & eum tradidit partibus. & tunc si error est manifestus: quia instrumentum caret indictione, vel quia discordat indictio cum annis domini, tunc potest emendare: quia non censetur in effectu tradidisse, ex quo ita manifeste illud imperfectum tradidit. Si autem error non est sic patens, vt quia forte dixit die tertio, & debuit dicere die secūdo, & tūc secus. Sequitur hic Imo. & per cōsequens male consuluit Dy. sequitur Card. in d. c. inter dilectos, in ver. sed contra. in 3. quæst. vbi dicit, quòd error indictionis est error notarij, ideo non vitiat, cum possit corrigi. & alle. & sequitur Bart. in d. l. si librarius. Idem voluit Imo. in c. ex literis, de fid. instr. & facit quod voluit Bart. in l. fi. ff. de tab. exhiben. & si quis opponeret de eo quòd voluit Bald. in l. si post diuisionem. C. de iur. & fac. ign. vbi voluit quòd si notarius omittit solennitatem incumbentē officio suo, punitur de falso. Respon. quòd loquitur quando fuit omissa in instrumēto, & protocolo, nos loquimur quando in protocolo, quòd potest eam supplere in instrumento. Item Bald. ibi loquitur quando omisit solennitatem in testib, & in indictione, vel annis domini, & sic non loquitur quando omisit indictionem duntaxat. Et istam partem etiam sequitur Imo. in l. actorum. de re iudi. dum remittit se ad Barto. in d. l. si librarius. & Pe. de An. in d. c. inter dilectos. facit quod voluit Ioan. And. in data li. 6. & quod no. Spe. in tit. de instr. edi. §. instrumentum. ver. sed nunquid confecto. & ibi Ioan. And. & quod voluit Archidia. 35. quæstio. 9. §. 1. vbi voluit, quòd notarius potest suum errorem corrigere, & sic illa est communis opi. quòd potest notarius corrigere suum errorem, circa solennitatem incunbentem suo officio commissam. Et facit quod voluit Ant. in l. error. C. de test. vbi all. Barto. in d. l. si librarius. & alle. Bald. in suis apost in d. l. Imperator. vbi dicit ꝙ si constat quòd est erratum, & in quo, tūc potest corrigere: quia nō habet quis iustam causam contradicendi. Aut est erratum: quia discordat indictio ab annis, & tūc aut vult corrigere illum errorem ante redditum instrumentum partibus & potest: quia lex ad plenum confidit de tabellione. l. si quis decurio. de fal. Aut potest, & tunc secus, quia notarius functus est officio suo. l. iudex posteaquam. de re iudi. sed alibi Bald. dixit aut substantia, & vis, est in tempore, vt in hypothecaria, & tunc non possit corrigi nisi probato errore. Aut nō est vis in tempore, nisi quo ad solennitatem instrumenti, & tunc potest, quia aptare instrumentum ita quòd valeat de iure pertinet ad officium tabellionis, vt no. in c. fraternitatis. de hæreti. Et si non adaptauit aptare debet, vt no. in simili in l. serui electione, de leg. j. Nō ob. d. l. Iudex posteaquàm, quia ibi loquitur in sententia. vide Bald. in d. c. inter dilectos. vbi alle. cons. Dy. contra gl. ibi. vbi quærit quid si notarius dixit in instrumēto de indictione, & nō scribit de qua indictione, sed dimisit spatiū vacuū causa postea scribēdi, de qua indictione, vtrū vitietur instrumentū, vide ibi, & per doc. in l. si quis ex argētariis. §. si initiū. in repe. de edē. Et ad ꝓdicta facit qđ voluit Bar. in l. Gallus. §. idē credendū. de lib. & posth. dū tractat de verbo, &c. an possit aliquid addi, & extēdi, vide ibi. Et ad id qđ dicit Bar. hic per illum tex. quòd non præsumitur quòd notarius scripserit falsum. adde quod dixit Bald. in l. 2. C. de fal. vbi dicit, quod si notarius erat persona fide digna, quis non admittitur ad dicendum instrumentum falsum, & Tancr. de Corneto in sua compendiosa in 8. rub. quæstio. x. dixit quod si notarius omisit scribere protocolum in totum, vel in partē, vel substantialia, vel solēnia, quod potius præsumitur quod per simplicitatem quā per dolum & malitiam hoc fecerit. cap. ad audientiam. de præscri. vbi habetur quod præsumitur quòd notarius fideliter, & diligenter exercuerit officium, & facit quod voluit Bald. in l. ptima. C. communia de lega. vbi dicit, quòd si in instrumento dicitur quòd omnes consiliarij vniuersitatis interfuerunt in illo actu, & re vera certi consiliarij exempti non interfuerunt, quod videtur notarius scripsisse falsum, ideo non est mirandum si Cy. dixit in l. transigere. C. de transact. quòd per maculam falsitatis homo venit ad nihilum inter homines, ideo falsitas non debet præsumi faciliter, immo difficulter. & videtur probari in c. accedens. de accu. Satis. n. dicitur esse probatum pro instrumento, statim quòd producitur, ideo debet contrarium probari, arg. eius quòd voluit gloss. in l. si tutor. C. de peri. tu. & gl. in l. 1. C. de test. mili. & ī l. super. C. qui mi. pos. vel non. lib. 12. & in l. si creditor. C. de pig. act. & gloss. in l. in testamento. C. de testa. mil. & in l. 3. C de peti. hære. & in l. 1. de erro. aduo. & in c. præposuisti. 82. dist. in c. super eo. de test. cog. & in c. sicut. el 2. de iureiur. & in c. pe. de exce. & in c. 3. de ꝓscri. & in c. 1. quod me. ca. & ī c. illud de ꝓsumpt. & in c. ad falsariorū, de

crim.

erim.fal.& gloss.in l.1.C.de fide instrum.& iur.hast. fis.libr. 10. & in dubio præualet quæ fauet instrumento,vt est casus sing.in l. Iulianus. de manu.ita etiam præualet præsumptio,quæ fauet instrumento,arg.illius legis.quæ ad hoc est elegans.Tale.n. præsumitur instrumentum,quale apparet in prima sui figura.Vide quæ dixi post Bald. in l. compara tiones.C.de fide instr.& dicit Bald.in l.satis aperte.C.de fal.quòd quidam notarius fuit cõ demnatus de falso:quia in instrumento addiderat pœnas,& contra illam opi.Dyn.facit ratio:quia potentius est delictum in committendo,quàm in omittendo,vt est glo. fin. iuncto tex.& dixi in l.auxilium.de mino.sed video quod error si exprimatur, & committatur a notario est tolerabilior.& potest corrigi,vt hic per Bart.in d.l.si librarius:ergo multo magis si omittatur indictio:quia est error consistens in omittendo.Et istud dictum solet allegari quòd si notarius in testamento vel in instrumento aliquid omittit,vel scribit aliter quàm contrahentes dixerint,potius præsumitur per errorem illud facere, vt euitet pœnã falsi ipse notarius,quã falsum fabricate.Ad idem facit dictum Spec.in tit. de instru. edi.§.restat.circa fi. & in §.seq.per Ioan.And.& Ant.de But.in c. cum contra.de pig. Facit gloss.in l.eius qui in pronuncia.in vers.defuncti.& ibi Bart.C.si cer.pet.vbi si notarius dicit in instrumento,Tirius filius,& hæres Sempronij:qui Sempronius sit mortuus, ne notarius videatur apposuisse falsum in instrumento,debet subaudiri verbum quondam,hoc est,filius quondam Sempronij.

e Paris.¶ Vltimo.Sequitur Com.consi.41.& consi.135.inci.ad primum. col.1. ad fi. & per to. vbi multa dicit ad excusationem notarij,vt non possit inquiri de falso,& idem Com.consi.142.incip.San.Pet.post prin.vide late Fel.in c.ex literis.extrà de fide instru.

f Alexand.¶ Nihil probant.Facit quòd habetur in l.2.§.pen.C.de vete.iur.enu. Bald.tamẽ hic limitauit istud dicendum.& in d.auth.quòd sine,de testam.vt procedat solum in testamento in scriptis.Secus in nuncupatiuo redacto ad scripturam per notas vsitatas, quia licèt ex tali scriptura non assumatur probatio,tamen valet testamentum ex se, sicut valeret si nulla scriptura esset confecta.Et sequitur Imo,in hoc §.facit quod voluit idem Bald. in d.auth.quòd sine.dum dicit satis esse,si vsitato modo scribatur.Item quia consuetudini est standum.d.l.sed cum patrono.§.fi.& Angel,hic.

g Pom. Notas autem.Vide de hoc per doct.in auth.quòd sine.C.de testam.Alexand. consil.294.incip.videtur prima consideratione.in 2.volum.

1 *Destinatum fieri quando non fit, intelligitur per errorem omissum, & quando vitiat.*

2 *Error probatur,quãdo in tractatu de faciendo actum,aliquid exprimitur,postea aliud est factum.*

§.Tantundem. Error in conditione, quam quis destinauit inserere,institionẽ viciat.h. d.in versi.sed & si condõnem.si habes lrãm,nollet, dicas quòd mutat casum,nã contrariũ loquitur qñ volẽs addere conditionẽ nõ addidit,hic quãdo nolens addere,addidit.¶ Opp.C.de insti.& subst. l.pen.j.d lega.ij.l.cũ pr.§.fi.Gl.dat plures solu. Primum, ꝙ nõ hr ꝓ instituto ſm ꝙ destinauit. Alij dicũt ꝙ ibi destinauit tantũ in aĩo, hic expsse.Dy.dicit,ꝙ erit institutus nõ purè,nec ſm quod scriptũ est,sed ſm qđ testõr destinauit. Tu dicas,† qñq; qs destinauit adijcere cõdõnem,& hoc expressit:qñ autem venit ad actũ perficiendi testm̃,& per errorem illud omisit:tunc instõ viciatur,de hoc est casus hic.Simile in cõtractibus inter viuos.l.ita stipulatus.in prin. ibi dixi.j.de verbo.obli.Quandoque testator non expressit se appositurum cõditionem:tũc cũ institutionem faceret,licèt postea tunc si omittatur,dispositio non viciatur.l.pen.C.de insti.& sub.& l.cũ pr.§.fi.j.de leg.ij.& l.ij.s.eod.Rõ apparet:qa ĩ prĩo casu destinauit facere dispositionẽ,& institutionem cõditionalem,quod non fecit postea,& sic errauit in substantia institutionis.l.j.§.si quis simpliciter.j.de verb.oblig.In secundo casu non destinauit facere institutionem conditionalem,& sic in substantia institutionis non errauit,sed in ver. idem tractat.teneo opi. Dy. quòd intelligitur substitutio secundũ quod testatot dicit,non secundum quod notarius scripsit.Non.n.errauit testator,sed scribẽs,& error scribentis non viciat testamẽtum in aliquo,vt C.de testa.l.errore.¶† Vltimo no.[a] singulariter, quòd error probatur [b] quando in tractatu de faciendo testamentum vel contractum aliquid exprimitur,postea aliud est factum.Nam intelligitur per errorem,vt hic de eo q destinauit conditionem inserere,quod de necessitate intelligitur ante cum de testamento faciendo tractauit:postea sequitur,& nõ addidit.s.tunc cum testamentum faciebat. Idem probatur j.proxi.§.quod intellige,vt dixi in l.si quis in fundi vocabulo. j. de leg. j.plenius in l.si ita stipulatus.§.Chrysogonus.j.de verb.obl.

ADDITIONES.

a Pom,¶ Vltimo no,Vide Aret.in l.ita stipulatus,3.notabili.ff.de verbo.obliga.

b Alex.¶ Error probatur.No.qualiter probetur error:quia si primo tractatum est, vt res sic agatur,& postea aliter actum est præsumitur error.Facit l.si finita,in prin,cum ibi no. maxime per Imo.de dam.infec.Et dixit post Bart.in l.ita stipulatus.de verb.obli,& scripsi in l.Item.§.fi.de pact.& omnino vide gloss.no.& ibi Bart.in l.cum proponebatur. de leg. 2.quam alle.pro no.in l.si librarius.ad fi.de reg.iur.ad intellectum eius quòd hic no.Bar. & ibi,an sit verum,vide Imo.in d.l.cum proponeretur.

§.Sed si cum primum. Persona institutioni adiecta per errorem, hæres nõ erit.h.d.No.quod dixi in præcedendi §. quòd si in tractatu vnum sit declaratum,& aliud postea factum,præsumitur per errorem,& non simulatè factum.

§.Si quis nomen. Sufficit hæredem demonstrari aliter quàm nomine proprio.h.d.

a §.Si quis tamen ita [a] dixerit. Sufficit personas eẽ certas,licèt distributio portionum ex futuro euentu dependeat.hoc dicit,

ADDTIO.

a Si quis tamen ita.Adde ꝙ Pau.de Cas.refert quòd Bal.hic per gl.in verbo hęres,& dicit quòd si accusetur,vel inquiratur aliquis quòd occiderit hominem ignotum,cuius nomẽ ignoratur,& quis esset & vnde procedat accusatio,dummodo de corpore occisi sit certũ: quia sufficit certitudo ista,quòd maleficium sit cõmissum.Et dicit Pau.habuisse de facto Bono & quòd iudices Potestatis allegabant dicta Bald.

§.Hæredes. Hic incipit secunda pars princ.quę tractat de institutionis effectu,& per institutionẽ succeditur in ius defuncti,& plures in dubio intelligunt̃ æqualiter instituti.hoc dicit.

1 *Institutus in fundo & prohibitus plus petere non posse,nullo alio hærede instituto,non est hæres insolidum.*

2 *Testator potest prohiberre ius accrescendi.*

3 *Testator si instituto hærede in re certa alium vniuersalem hæredem quem putabat viuere instituit qui erat mortuus,vel decessit ante quàm adiret, institutus in re certa habebit totum.*

4 *Quod si in casu prædicto adiecit illa verba,quod plus petere non possit.*

5 *Clausula quod plus petere non possit.adiecta in institutione,quid operetur.*

§.Si duo. Plures instituti in re certa diuidũt inter se hrditatem æqualiter,nisi testator manifestissime aliud voluit.h.d.Principium huius §.declarabo.j.l.pxi.finẽ vero nõ.dũ dicit,si mõ voluntas patrisfamilias manifestissime non refragat̃: Ex quo dico quod si testator instituit † te hæredem in fundo,& adiecit ꝙ plus de bonis suis petere non possis,ꝙ licèt non sit ali' hrs institutus in testõ,tñ nõ eris insolidũ institutus:qa volũtas testatoris tibi manifestissimè refragat̃, vt hic, sed reduceret̃ res ad causam intestati.[a] Quod probo primo per hunc tex.secundo ꝑ rationem: quia qñ ex verbis testatoris colligitur perplexitas,seu repugnantia,institutio vitiatur.l.Titius.de conditio.inst. sed hic est huiusmodi.Voluit.n.ipsum esse hæredem in fundo,& nõ habere plus,quod est impossibile nullo alio existente hrde,quia ius nostrum non patitur,&c.l.ius nostrum.de reg.iur. Præterea,sicut institutio facta in fundo præsumitur facta in toto, ita seruo instituto simpliciter,præsumitur institutus cum libertate.l.quidã cũ. §.j.de necess.seruis hære.inst. Sed si testator expressit cõtrarium, quod eum institueret sine libertate,non erit liber.infrà ead.l.no. in §.fi.Insti.de hæredib.insti.in princ.& vitiabitur instõ.l.quia rõ. j.de condi.insti.Ita in proposito qñ adijcit, quod plus petere nõ possit,non vr̃ institutus in totum,& instõ vitiabit̃, ꝓbatur ẽt ꝑ l. pe.s.de iniu.test.& de lib.& posth.l.si posthumus.versi.nam & cũ duobus.Nam ibi testator [b] dando substitutũ in parte, vr̃ prohibere ius accrescendi,& rupta illa substitutione rumpit̃ testm̃ in toto tum,vt dixi in d.l.pen. Pro † hoc facit:quia testator põt prohibere ius accrescendi, vt no.in[c] d.l. dominus fructuario.s. de vsufruct. coniuncta glo.fi.ĩ vna solutione.¶ Restat rñdere ad ea quæ possunt allegari in contrarium.¶ Et primo ꝯtra hoc vr̃ casus.j.eo.l.si quis ita hrs institutus fuerit, excepto fundo, vbi exceptio nihil operatur,ita & illa verba,& plus petere non possit, nihil debent operari.Et ad istum tex.põt rñderi,vt sit sensus,quod duo instituti sint heredes æquis partibus,nisi volũtas testatoris manifestissime refragetur:quia tunc qñ voluntas testatoris refragatur essent hæredes ex disparibus partibus,non autem quod res deducatur ad casum intestati.Rñdeo,primo iste intellectus non valet: Nam in distributione partium non est necessaria manifestissima voluntas defuncti.Sufficit enim qualitercũque de mẽte appareat,etiã si in testamẽto aliter sit scriptũ.s.ea.l.§.j.sed hic requiritur manifestissima voluntas defuncti,ad hoc vt res reducatur ad causam intestati.& hoc etiam est probatũ suprà aliis rationibus. Ad l.si quis ita,rñdeo,ibi dicit,qđ sit hæres excepto fundo. q.d.omnia alia tibi do,excepto fundo,quem non do:quæ verba important, vt expressa concessio defuncti nõ habeatur,qđ aũt nõ accrescit sibi, hoc non ꝓhibuit testator manifeste. Vel dic, ibi præcessit instõ simplex,& sequitur illud excepto fundo, quod continet ad emptionẽ fundi.Sed sibiipsi a seipso adimi non potest,vt s.eo.l.sed& si conditioni.in fin.ergo,&c.sed in q. proposita nunq dedit nisi rem certam,& prohibuit eum plus petere,vel habere.¶ Secundo ob.dictæ determinationi,quod nemo potest facere vt leges non habeant locum in suo testõ.l.nemo potest.infrà,de le.j. Rñ.quædam sunt,quæ dependent ex voluntate defuncti expressa,vel præsumpta,& in his,q̃ põt facere testator,qđ vult exprimendo suam voluntatẽ,vt s.probatũ est in iure accresc.& in libertate,quæ tacite sequitur seruum institutũ.Et probatur.j.de condi.& demõ.l.in conditi.in prin.§.j.vbi leges,quæ dicunt,quod cõdõ, quæ tacite inest,nihil operatur,ꝓcedunt,nisi de voluntate defuncti aliud appareat.Hoc ẽt probatur in hoc §.& ita loquitur l.ex nostra.Sed in solẽnitatib.& in aliis,quæ non dependent ex voluntate defuncti nemo potest facere vt leges non habeãt locum in suo testõ.Tertio obst.ꝙ dicta verba,& plus petere non possit,&c.vñr adiecta fauore ĩstituti,ergo alio instituto nõ existẽte nihil opantur.l.peto,ĩ princ.j.d leg.ij.Rñdeo,qõ ꝓposita loquitur solũ qñ instituit vnũ in re

ADDITIONES.

Ale.¶ intestati.Et hanc etiam sñiam quod illo casu successio reducatur ad causã intestati firmat per istum tex.Fran.Tig.in consi.suo inci.Iac.alle.etiã d.l.pe.de iniu.test.& l.si posthu.hic alle.& habetur per Bar.in consi.inci.Mattheo Grati.

b Pom.Nam ibi testõr. Et circa intellectum huius §.vide Bar.in cons. 178. incip.Matth. Grat.de prohib.iur.accresc. Et vide bal.consi.118.incip.Iac. Maneti.de Peru. vbi loquitur de isto iure accre.probi.testatore.& in consi.inci.Nel.& in consi.incip.Mat.& ang.in consi.inci.nemo ad præsens dubium,in vlt.col.& vide bal.in l.quoties.C.de hæred.instit.& in l.1.C.quando non pe.par.vbi concordat opi.Sal.in d.l.quoties.sequitur Dyn.& tpat,quod teneatur restituere venientib.ab intestato.Io.de imo.in l.1.§.si ex fundo. suprà,eo. reprobat opi.ang.& sequitur opi.Dy.damnata opi.bar.hic.idem etiam tenet Lud. Ro.in d.l.1 quando non pe.par.& sequitur simpliciter opin.Dyn & nunc pendet de facto.

c Parif.¶ Potest prohibere.Vide ang.consi.91.& consi.315.vide Pau.de Cast.consi.202.are in §.hæreditas.in fi.inst. de hæred.insti.post Ioan.Fab.

in re certa, & alium vniuersalē hǣdem non facit, tūc.n. illa verba, plus petere non possit, &c. vñr adiecta fauore venientis ab intest. d.l. peto. in prin. ver. idem dicemus. Sinautē alium hæredem instituisset, qui defecisset, quid iuris sit, dicam in sequentibus quæst.

3 ¶† Quæro si testor a instituit quendam in fundo, nec adiecit φ a plus petere non possit, alium instituit vniuersaliter, qui tēpore testamenti erat mortuus, licèt testōr crederet eum viuere, vel decesb sit anteq̃ adiret, an ille institutus b in fundo, sit hr̃s insolidum? Vr̃ φ non, quia alio instituto vniuersaliter hr̃ loco legatarij. l. quoties. C. eo. & no. s̃. e. l. j. §. si ex fundo. Præterea licèt sit mortuus, tñ quia testōr putabat eum viuere, debet hr̃i perinde ac si viueret. l. quo loco. §. j. ȷ̃. eo. Contrariū credo, quod ille habeat totum iure accresc. nam licèt testōr dederit alium hæredem vniuersalē, non est manifestissima voluntas eius, vt plus petere non possit, si portio illius deficiat, ergo habebit, arg. l. si miles. de test. mil. & l. ex militari. §. fi. cū l. seq. eo. tit. Et hoc tenet Gul. de Cu. s̃. de condi. inde. l. seruo. ¶ Sed contra prædicta facit s̃. de iniu. test. l. pe. vbi nō fuit manifestissima testōris voluntas. Solum.n. prohibet accrescere dando substitutum, sicut hic dando cohæredē. tñ ibi ñ accrescit, sed totum reducitur ad causam intestati. Rñ. ibi substō rūpitur ex causa præteritionis, & voluntas legis est manifestissima, iō posthumus rumpit, vt sibi locū faciat, & sibi rē deducat ad causam intestati. l. nam & si. ī fi. s̃. de iniust. test. dixi in d.l. pe. ¶ Sed quæro,

4 † quid si testator adiecisset, quod talis institutus ex fundo plus petere, vel hr̃e non possit, an hoc casu hr̃ de instituto deficiente sibi crescit. Rñ. d. verba, φ plˀ petere, vl̃ hr̃e nō possit, videntur referri. s. rebus sic se habentibus, prout testator disposuit, arg. l. quod Seruius. s̃. de cōd. ob causa. & l. fi. §. idem quęsitum. s. de cōdi. inde. Vide l. Paulo Callimacho. §. j. ȷ̃. de le. iij. Sed si hr̃dis instō deficeret, tunc dicta verba nō videntur operari, l. Paulo Callimacho. §. j.

5 ¶ Et ideo † est aduertēdū, quia quādoq; in institutione ex re certa testator adiecit dicta verba, & φ plus petere, vel hr̃e non possit, & nullum aliū fecit hæredē vl̃em, & tunc sine dubio vr̃ dixisse illa verba fauore venientium ab intesta. vt dictū est, & sic res reducetur ad cām intestati. Quandoq; testator prouidet sibi instituēdo hæredem vl̃r, de eo, qui s̃m cogitationem defuncti in oēm casū poterat esse hr̃s, vt instituendo hoīem iam natum, & tunc fauore c instituti illa verba dicta videātur, c d.l. peto. in prin. ȷ̃. de leg. ij. & intelligerentur sic, plus petere, vel hr̃e non possit instituto adeūte, d.l. Paulo Callimacho. §. j. Quandoq; testōr sibi prouidit de aliquo, qui etiam s̃m cogitationē suā hr̃s esse nō poterat esse, nisi in vno casu tm̃, vt qa instituit ventrem vxoris suæ si prægnās erat, & si ad lucē peruenerit, & eo casu quo prægnās nō esset, & ad lucē nō ꝑuenerit, nihil disposuit, tūc dicta verba dn̄r dicta fauore instituti si erit, si non erit, fauore veniētiū ab intes. d.l. peto. ī prin. ver. idē dicemus, maxime qñ testōr subiungit, φ vult voluntatē suā valere etiam iure codicillorū, & sic etiā prouidit venientib. ab ītesta.

ADDITIONES.

a Pom. ¶ Si testator. Vide Alex. consi. 162. in vlti. col. 2. volu. & quæ posui post Bart. in l. 1. §. si ex fundo. suprà, eo. Barb. consi. 2. col. 1. 1. volu.

b ¶ An ille institutus. De hac materia vide plene per Ange. in consi. suis, videlicèt in consi. suo 309. Et hanc conclu. tenet Sal. in l. quoties. C. eo. & Imo. §. si ex fundo. suprà. eo. in rep. quam ponit infrà, eo. in fi. tit. & iō dixit Sal. in l. scimus. in prin. C. de inof. test. quod testator non poterit prohibere petitionem supplementi legitimæ: & de hoc dico, quod est tex. in §. cæterum. in Auth. vt cum de app. cog. Et an possit ius accresc. prohiberi, vide aliquid per Bal. in l. 1. C. quando non per. par. & plene ibi in 19. q. Et an prohibitus à iure accresc. videatur esse prohibitus à successione intestati, vide Bal. post gl. in l. 1. C. de testa. mil. & Ange. ibi ponit materiam, de qua hic, an testator possit prohibere ius accresc. Et per Bal. in l. quoties. C. e. cir. primam col. vbi limitat in casu d. §. cæterum. no. per Bart. in d. consi. inci. Mattheo. & ang. in consi. 144. cum quo concordat Sal. in l. quoties. C. eo. Sed Imo. eum reprehendit in d. §. si ex fundo. & in c. Rayn. & vide Bal. in l. si quis ita institutatur, si legitimus. infrà, eo. & Fede. de Sen. in consi. 131. & no. per sal. in l. 1. C. quando non per. par. in 8. q. & etiam per ang. in l. 1. C. de test. mi. & per imo. in c. 1. de testa. & per Bal. in repe. l. in suis. cir. vlt. char. de liber. & posth. & vide Bal. in repe. c. si pater. de testa. in 6. & vide per Imo. plene in c. Rayn. de testa. & per sal. in l. quoties. in 3 q. C. e. per imo. in repe. d. §. si ex fundo. in fi. adde pulchre Ro. cons. 81. Et an testator possit prohibere ius accresc. vide Bald. cons. 73. lib. 5.

c Alex. ¶ Dicta videantur. Imo. in repet. §. si ex fundo. quam ponit. infrà, e. in fi. tenet contrarium. Adde quid si institutus in re certa, quod plus, &c. dato hærede vniuersali, cui hæredi iniunctum fuit onus capellæ faciendæ, & si non faceret, priuetur hæreditate, an illa hæreditas accrescat ipsi instituto in re certa, an vero deueniat ad venientes ab intestato, an vero applicabitur capellæ. Bald. cons. 426. lib. 3.

1 *Dicto postea, de necessitate non inducit interuallum.*

§. Si quis ita.

Dictio postea, non impedit diē hæreditatis, & libertatis simul cedere. h.d. ¶ † No. φ a dictio postea, non significat de necessitate interuallum tēporis. Et sic facit ad q. no. per Dy. s̃. sol. mat. l. fructus. Et possumus dicere quod hic non est necesse quod detrahatur dictio, postea. Nam est quidā ordo tpis, & quidā ordo naturæ. ordo tēporis patet, de ordine naturæ do exēplū, vt primo est ignis, postea calor, non ordine tpis, sed naturæ. Ita in proposito, primo seruus, postea liber, postea hæres non ordine tpis, sed ordine naturę, quia primū persona debet esse habilis, q̃ sit hæres. l. si quæramus. s̃. de test. & de iu. cod. l. quidā referunt. Qd ergo iurisc. dicit, φ detrahatur postea, s. quo ad ordinem tēporis, quia simul, & semel tēpore cedit vtrunque, sed s̃m ordinem naturæ, siue intellectus, præcedit libertas.

ADDITIO.

a Pom. ¶ No. quòd. Vide quid ex hoc infert Old. cons. 45.

§. Si seruus.

¶ Primo ponit quæstionem. Secūdo determinat duas alias q. Tertio reassumit primam, Secunda ibi, & quidē. Tertia ibi, sed & si pure. ¶ Opp. C. de necess. ser. l. quidam cum. Solu. ibi loquitur quādo nullam mētionem fecit de libertate, hic sic. ¶ Vlterius dicitur hic, φ quando est alienatus vel manumissus, potest esse hæres. Contra. ȷ̃. de acquir. hære. l. placet. & l. cum proponas. in prin. C. eo. Sol. Quidā dn̄t φ eum hæredē existere, loquitur quando fuit manumissus, vel dicit, aliū esse hæredē ꝑ ipsum seruū. Dic tertio qd̃ hr̃s est iussu noui dn̄i, & ista est vera. & vide gl. hic, quæ inci. voluntarium ibi, vel dic etiam nō manumissus, &c. Doct. dn̄t contrarium in l. cum proponas. C. eo. sed dāno eos per istū text. vt plene scripsi in l. cum filio. ȷ̃. de leg. j.

LEX X.

Si alterius.

Plures instituti ex diuersis rebus, admittuntur æqualiter, vt instituti. h.d. Hoc intellige quantum ad hæreditatem, sed in fundo habebunt partes nominatas. l. ex facto. la grāde. ȷ̃. eod. Et ita oportet intelligi. s̃. l. proxi. ¶ Oppo. ȷ̃. l. proxi. Solue, vt glo. ibi.

LEX XI.

1 *Copula, quæ cadit inter diuersas orationes, non inducit coniunctionem.*

Titius.

Coniuncta ex re certa hñr pro vno, quo ad diuisionem hæreditatis faciendam cum alio instituto. h.d. Opp. ȷ̃. l. ꝓxi. Sol. istud propter cōiunctionē duorū in eadem re, vt not. s̃. l. prox. Vlterius scias, φ Vltramontani videētur dicere, quòd testator hic apposuit copulam dicendo, Titius fundi Corneliani hæres esto, & duo Titij illius insulæ hæredes sunto, quòd quilibet habet tertiam, quia omnes essent coniuncti verbis. Ita dicit Cy. in l. fi. C. de impub. & aliis substitu. in prima oppo. quod non est verū.

1 † Nam copula, quæ cadit inter diuersas orationes, non inducit cōiunctionem verbalem, vt s̃. quib. mod. vsufruct. ami. l. sicut in annos. §. ij. & dicam ȷ̃. eod. l. item quod Sabinus. Dixi plene in l. re coniuncti. ȷ̃. de leg. iij.

LEX XII.

Si in æqualibus.

Etiam in distributione partium vltimum dictum præualet. h.d.

LEX XIII.

1 *De dictione, æque, & æquis portionibus.*

2 *Coniuncti per nomen collectiuum sunt plus coniuncti, quàm illi, qui coniunguntur per copulam.*

Interdum.

1 Dictio, † æque, facit vt coniuncti cum disiunctis æqualiter admittantur. h.d. No. diligenter de virtute huius dictionis, æque, & æquis portionibus. ¶ Secundo no. † quòd coniuncti per nomen collectiuum, sunt plus coniuncti, quàm illi qui coniunguntur per copulam in eadem oratione. Nam hic primus, & fratris filij in eadem oratione per copulā sunt coniuncti, tamen quia illi filij sunt coniuncti per nomen collectiuum, habentur loco vnius, nisi esset dictio, ęque.

1 *Res est diuisibilus in infinitas partes.*

2 *Res in dubio intelligitur diuidi in duodecim partes.*

3 *Qui petit duas partes in dubio intelligitur de duodecim, nisi dicat totius.*

4 *Quilibet fundus diuiditur in duodecim partes, sicut hæreditas.*

§. Paterfam.

a Nota † φ res est diuisibilis b in infinitas partes, c vt ibi, quod voluerit. Ad idem. l. si cui. de ser. Item no. quòd d res in dubio intelligitur diuidi in duodecim partes. Et per hoc sis cautus in libello & sententiis. Si. n. petis † duas partes, dicas de tribus rei totius. Si. n. peteres simplciter duas partes, indubio intelligitur duas partes. s. de duodecim, vt hic nisi aliud appareat. † Et si dicis hic loquitur in hæreditate. Certe eod. modo quilibet † fundus diuiditur. l. quoties. §. si duo. s̃. eo. & & C. de leg. l. cum quæstio. Sed si diceres, peto duas tertias, vel duas quartas, illud est indubitale, vt ȷ̃. eadem l. §. fin.

ADDITIONES.

a Barb. ¶ Paterfam. Et no. modum petendi: quia si dico duas partes, non intelligitur de duab. tertiis, sed contra istud dictum Barto. est tex. in c. indemnitatibus. §. si vero. de elect. lib. 6. vbi duæ partes intelliguntur respectu totius. & ibi Petr. alleg. illum tex. contra Bart. & vide ibi. & etiam Dominicum. & idem etiam tenet Petr. in c. extirpandæ. de præben. sed Ioan. de imo. ibi soluit Bart. hic. & vide Abb. & Petr. in c. cum omnes. de consti. & vide quæ dixi in l. 1. de acqui. hæred. in gloss. 2. & vide Barto. in l. plures. ff. de dam. infect. vide ibi Lud. vbi alleg. Bart. hic. & transit cum Barto. hic, & vide Ange. in l. si rem. ff. de rei vendic. & in l. etiam. ff. de vsufruc. & vide cons. Ioan. de imo. in cons. 150. & 152. & 153. vbi sunt plura consilia quando statutum dicit, lucretur tertiam partem de eis. an intelligatur residui, vel totius integri, vide ibi: quia sunt plura cons. & Ioan. de imo. ibi videtur consulere contrarium.

b Pom. ¶ Quod res est diuisibilis. Vide Fed. cons. 188. incip. casus talis Cors. sing.

c Alex. ¶ infinitas partes. adde Bald. in l. codicillis. §. 1. de vsufruc. leg. & adde quòd legitur, & no. in l. cum quæstio. C. de leg. ange. contra, in l. defuncta, de vsufruct.

d Poma ¶ Item no. quòd. adde aret. in l. plane. in fi. de leg. j.

§. Denique.

Paris.¶ Quod relatum sit in referente , quid si relatiuum sit nullum , vide Ro.consi. 254.vbi per hanc regulam dicit quòd si aliquis producat aliquam scripturam referen tem aliam,non dicitur perfecte producere nisi producat relatum,vt per Ro.consi.305. incip.Ita lex,vide ang.in additionib.ab Bar.in l.3.C.de bonis vac.lib.10.vide multa per Fel.in c.inter cæteras,col.1.de re iud.Item circa istam regulam vide quid cõsuluit Bar. consi.2.incip.visis literis,per totum:vide alex.in l.1.in fi.ff de.iud. Item quòd si quis se referat ad aliquam scripturam dicendo quòd omnia ibi dicta habeantur pro expressis de verbo ad verbum prout continetur,perinde sit ac si nominatim,& singulariter om-nia essent expressa,propter illud de verbo ad verbũ,vide Alex.consi.6.vol.4.& scribit in auth.si quis in aliquo.C.de eden.& addit ibi ad Bar.& Fely.in c.humanũ genus.1.dist.
b Alex.¶ Refertur.Et sic confines appositi in primo instrumento intelliguntur appositi in secundo,quando secundum instrumentum se refert ad primum, arg.istius text. Ad idem facit l.institutio talis.de hære.instituen.l.si ita scripsero. de cond.& dem.l.ait prætor.j̃.de re iud.adde tu secũdum are. in l.scire debemus.j̃.de verb.obli.quòd adeo relatum est in referente,quòd omnis qualitas dispositionis relatę,censetur repetita in dispositione referente.Et ibi dicit quòd dictio relatiua refert substantiam & qualitatẽ, per l.si cui.§.1.j̃.de leg.1.alle.Bart.in extrauaganti ad reprimendum.in verbo,prout,& in l.edita.C.de edendo,& vide etiam de hoc,in secundo notabili.

LEX LXXVIII.

Qui non militabat. No q.illud qđ qs accipit iu-re actionis,cõputat in quar-tam iure exceptionis doli,vt hic,& l.Nesennius.& l.filio.j̃.ad l. Falcid.dixi in l.in quartam.eodem tit.

§.Lucio. No.tex.ibi, modum,&c. No.ergo hũc tex.ad id qđ dixi l.interdũ.s̃.eo.q duæ partes intelligunt̃ duæ de duodecim ptib.totius hr̃ditatis nisi ex aliquo adiuncto appareat testõrẽ aliud sensisse.facit l.si ita scriptũ.§.ĩ testõ. s̃. eo.

§.filiis. Not.tex.ibi,nominatim,De materia huius §. vidistis in l.interdum.§.sed si duo.s̃.eo.&no.plene l.cũ quæ-stio.C.de leg.

LEX LXXX.

Quod si meuius. Habes hũc tex.in l.ij.supra,eo.titu.

LEX LXXXI.

Clemens patronus.

1 *Relatiuum,quis vel qui,inducit conditionem.*
2 *Relatiuum quantitatis,vel qualitatis inducit conditionem.*

§.Si ita scripserit. Op.& vr̃ q renouata ɔdõne valeat instõ,arg.s̃.eo.l.ij.Sol Hic fuit ɔdõ de pterito,s.si recitasset,& sic cõcordat cũ l.ɔria. Sed si ĩtelligas q sit de futuro,vt dicit gl.ĩtelligas,q instõ ẽ inanis,s.tãq ɔdõna
1 lis,sed valet tãq pura. Allegaui l.hanc † in materia ɔdõnis, vbi dixi,q relatiuũ quis,vel qui inducit conditionem. Quid in rela
2 tiuis quantitatis † vel qualitatis. Et dixi q sic per hanc legem.

LEX LXXXII.

Si quis ita Hæres instituatur. Ex volũtate defuncti pri⁹ est locus successioni ab intestato,q̃ ex testõ.h.d. Dy. Op.& vr̃ q nõ pñt primo succedere veniẽtes ab ĩtestõ,l.anteq̃.C.cõ.de suc-cess.l.q̃diu.j̃.de acq.hær.Sol.dñt qdã q veniẽt ex testõ.Tu dic, q hoc est verũ pp defuncti voluntatẽ.Et p hãc l.dixi in l.Gallus.q testñ ĩ quo dico,q si filius morietr̃ me viuo,nepos sit hr̃s nõ in-stituto filio,aliter valet.Itẽ no.q substõ vulgaris nõ psupponit đ necessitate instõnẽ,licèt gl.aliud videat̃ velle.j̃.tit.j.l.j.hic enim substituitur vulgariter legitimo , tamen non est institutus,nec venit ex testamento,vt dicam infrà,tit.j.in l.j.

ADDITIO.

a Alex.¶Si quis ita.Et est singularis hæc tex.secũdũ Bal.in l.fi.C.de testa.q testator po-test disponere,quod tutela legitima præferatur testamentariæ.Et ad hanc legem vide Bal.in d.l.antequam.C communia de successionibus.

LEX LXXXIII.

Si non lex. Qñ plures leges concurrunt ad vnũ effectũ si cessat vna remanet virtus alterius.

LEX LXXXIIII.

Si seruo. Seruus cui testator de necessitate debet libertatẽ non potest eius necessarius fieri.h.d.No.text.ibi quid enim,&c.vsque ibi,idem erit.&c.

LEX LXXXV.

1 *Disiunctiua quando accipiatur pro coniuncta.*
2 *Testator si dicat filium hæredem instituo,& si decesserit sine liberis deueniat in talem,an filij superstites videantur substituti.*

Lucius. a Si in qualibet parte alternatiuę mens testõris nõ verificatur, disiunctiua accipitur pro ɔiuncta.h.d.
b & est singularis lex,& non habet nisi vnã propriã concor. b No. tex.ibi,filiũ ex tẽ natũ de quo dicã j̃.de leg.ij.l.si ita qs in testõ.& ibi p Dy.ibi rñ.hic apparet rñsio secũdæ qõnis.Ibi,igit̃.hic rñ.ad primã dicit tex.relictis.& sic requirit̃ vtrunq;.s.defectus ɔdõnis,
c & defectus liberorũ,vt substitutio vindicet sibi locũ. Tene mẽ-
1 te casum huius l.Et sic habes † q disiuncta accipitur pro coniun cta:quia mens testatoris non verificatur in vtraq; parte disiun-ctiuę.Concordat optime l.gñaliter.C.de insti.& substi. Facit l.si is q ducenta.§.pe.j̃.de reb.dub.¶ Opp.de ɔd.inst.l. si hæredi plu res.vbi in alternatiua sufficit alterã partẽ existere.Sol.hic verisi militer mens testatoris non verificat̃ in qualibet parte disiũcti
d uæ.Rõ:qa nõ est verisimile,q testõr præferat d liberũ fratri suo
e vel filiis fratris.& idẽ no.C.eo.l.gñaliter.¶ Quæro,testõr dicit,
2 † filiũ hr̃dẽ instituo,& si decesserit sine liberis,deueniat ad talẽ, an filij superstites sint substituti,& veniat ex testõ.Effect⁹ est ma gnus:qa si veniũt ex testõ reuocãt alienationes factas,aliàs nõ.
f Dicit hic gl.q veniũt f ab ĩtestato,quam signa,& tene eã mẽte.

ADDITIONES.

a Pom.¶ Lucius.Vide ad istum tex.Ale.consi. 53. vol.Pan.consi.40.1. vol.in 1.dubio.
b Alex.¶ Propriam concord.Concordat d.l.generaliter,& ibi Bald.C.de institut.& sub-stit.in prin.& l.si is qui ducenta.§.vtrum.& ibi Bar.de rebus dub.Ita limitatur l.si hæ-redi plures.de conditio. institu.vbi si plures conditiones alternatiuæ sunt positæ & di-siunctiuæ,sufficit vnam impleri.Fallit in istis casibus,scilicet quãdo inter plures condi-tiones esset adiecta vna,quæ diceret,si decesserit sine liberis,vt clarius probatur in d.l. generaliter.in prin.Adde consi.189 & Old.consi.21.in fin.
c Alex.¶ Vendicet sibi locum.Vide tamen dubitari:quãdo ipse frater substitutus dece-dit antequam eueniret casus substitutionis , i.antequam decederet filius testatoris hæ-res institutus,vtrum ius substõnis transmittatur ad nepotes istius substituti.Exẽplũ.Lu cius instituit Titium filiũ suum,& si Titius decederet sine filiis legitimis,& naturalib. substituit Sempronium fratrem testatoris,& filios Sempronij in dimidia bonorum,& in alia dimidia substituit alium fratrem testatoris,nomine Caiũ,& filios Caij.Decesse runt Caius,& Sempronius substituti ante Titium institutum ex isto Caio, non extant filij,sed nepotes ex filiis,vtrum ex quo testator voluit filios Caij præferri Sempronio, & filiis Sempronij pro medietate bonorum videatur ẽt velle præferri nepotes Caij,Fi-liis sempronij,vt sic appellatione filiorũ Caij cõtineantur & nepotes Caij.Et videtur in casu isto prima consideratione dicẽdũ quod nõ:qa ius substõnis,qđ residebat ĩ psona Caij nõ trãsmittitur de iure ad hæredẽ,si decedat substitut⁹,anteq̃ eueniat casus substõ nis,prout in casu nostro.l.si ex pluribus.de suis & leg.l.qui liberis.§.hæc verba.de vul.& pu.& maxime:quia in testõ nulla fuit facta mẽtio de nepote,ideo non debet cõprehẽ di appellatione filiorum.l.q si nepotes.de test.tu.Inst.q da.tu.pos.§. fin.& in l.Gallus.in prin.iũcto §.Quid si is qui filiũ,ver.vt instituẽs.de lib.& posth.& no.Cy.& And. de Pi-sis in l.liberorũ.de ver.sig.vt ibi refert Bar.& idẽ videtur tenere Bal.& Imo.in d.vers.in stituens.& respon.ad tex.istum q videt̃ facere ĩ cõtrariũ videlicet q hic cõprehẽdũtur nepotes appellatione filiorũ ne aliàs extraneus substitutus ɔferãtur agnato defuncti,q

nō videtur esse de mēte testatoris.l.cum acutissimi.C.de fidei.l.gñaliter.§.cũ aũt. C.de inst.& subst.Idem videtur tenuisse Fran.Accu.vt refert Bal.in d.l.Gallus.§.ille casus.vbi inquit,quod Fran.accur.consultus super tali qõne incip.quidam,&c. vt ibi per eũ, qui dum dicit,quod aut dispõ ista sit ab ascendentib.& cõtinetur nepos,secus si ab alio.Facit ratio d.l.cum acutissimi.Sed in casu nostro ista dispositio fuit facta ab ascendentib.dictorum nepotum,s.a patruo magno,ergo,&c.Item qa secũdũ cõem vsum loquẽdi appellatione filiorum non comprehẽduntur nepotes,vt in d.§.fi.Insti.qui da.tu.poss. & no.Ia.Bu.in 1.constit. Digestorum,vt refert Ant. in prin.decre.in 1.colum.& Bal.in repe.l.in suis.in fi.de lib.& posth.qui præualet.l.liberorum.§.quod tamen.de leg.3.l.cũ delanionis.§.asinam.de fun.instr.Sed ad ista responderi potest.Et primo non obst.d.l.si ex plurib.quia fateor quod si nepotes vellent venire tanquam hæredes Caij aui , non amitterentur,sed tanquam censeantur vocati expresse a testatore,sic,prout infrà, probabo.non obstat d.l.quod si nepotes,quia respondeo vt per Bart.in d.l.liberorũ.&ant. in c.quibusdam.de pœn.& Pet.de Anc.in c.1.de baptis.quod ideo ibi tutor datus filiis non videtur datus nepotibus:quia licèt illa prouisio ex parte filij contineret fauorẽ,tñ ex parte tutoris, qui datur inuitus,cõtinet onus,& licèt datio tutoris non extendatur ad nepotes,hoc est eis leue præiudicium : quia prouidebitur eis de tutore legitimo, vel datiuo.Istam sol.etiam sentit gl.in l.iusta.de verb.sign.Non obst.d.l.Gallus.in prin. &in d.ver.vt instituẽs: quia secundũ bar.ibi illa lex loquitur,qñ filius fuit institutus nominatim,vt quia dixi,Instituo Titium filium meum,tunc non est dubium quod nõ cõtinetur nepos.l.si quis ita.& ibi no.ff.de test.tut.quinimo ille text. potius facit pro opinio.quod appellatione filij contineatur nepos,dum ibi probatur quod appellatione nepotis,venit etiam pronepos secundũ vnum intellectum quẽ ibi sequitur Bart. nõ obst. opin.Pet.& and.de Pi.& Imo.quia non sunt veræ,vt infrà ostenditur, & dato q̄ essent veræ,tamen quantum ad casum nostrum,vt j.ostẽdam.inferunt,q̄ immo appellatione filij contineatur nepos.Non obst.cõis vsus loquendi:quia respondeo primo ex his,quę dicit egregie Bal.in l.1.ad fi.C.de legitimis hære.vbi dicit , quod de cõi vsu loquendi, vulgares appellãt nepotem illũ,qui est filius fratris.Vnde secundũ bal. sermones prolatos in vulgari,debemus interpretari secundũ cõem vsum loquendi,sed sermones prolatos in literali,debemus interpretari secũdũ artẽ literarum,vel secũdũ grossum modũ loquendi literaliter,non autem secundũ cõem vsum loquendi.vt not.per Cyn.in l.si cũ ante.C.de do.ante nup.Bene facit quod not.bar.in l.si quis filiabus.de testa.tute.& in l. si quid earum.in prin.de leg.3.& in d.l.liberorum.in vlti.col. idem est de mente Bal.in c.1.in prin.de succes.feu.Præterea,quia talis cõis vsus loquendi est facti,& potest esse quod in aliquib.locis viget,& in aliquib.non,de omnib.autem locis non poterit notitia haberi.Accur.in d.§.fi.Inst.qui da.tu.poss.dicit,quod ita se habet cõis vsus loquendi: Nam & eorum,quæ facti alieni,& remoti sunt,quilibet præsumitur habere ignorantiam.c.1.de consti.in 6.c.cum in tua,qui ma.accus.pos.Præterea , si ita esset,quod pro constanti præsupponendum esset,vbique vigere cõem vsum loquendi , frustra Bar. & doct.suprà,in d.l.liberorum.& alij in l.maximum vitium.C.de libe.præt. cum infinitis concord.disputarent,an statuta,& alij actus,ac dispositiones facientes mentionem de filiis comprehenderent nepotes,cum certum esset quod non,cum recipiant interpretationem a cõi vsu loquendi.l.Labeo.& ibi bar.de suppel.lega.& d.§.quod tamen. & c.ex literis.de spon.& d.§.asinam.& tamen Bar.in d.l.liberorum.habuit memoriam de tali communi vsu loquendi,vt ibi per eum in fi.1.col.ideo comprobo contrariam sententiam,Primo,per l.nostram in ver. filium. iuncto ver.eius liberos. Non obst. responsio quam ad istam l.dedit Bal.in d.versi.vt instituens.quia ideo hic nepotes excludunt substitutum:quia eadem ratione,qua testator hic prætulit extraneis substitutis fratrem testatoris,& eius filios,eadem ratione videtur voluisse præferre nepotes:sed ita est in proposito,quia testator in dimidia prætulit Caium,& filios eius , ipsi Sempronio , & filiis Sempronij:eadem ratione,videtur prætulisse nepotes Caij.Et hæc responsio probatur in l.cum acutissimi. præalle.& ibi expresse gl.2.quæ dicit , quod qua ratione testator prætulit filium fideicommissario,ea.ratione videtur prætulisse alios descendentes ex filio;& illud esset verum,etiam si fideicommissarius vel substitutus esset etiam de descendentib.testatoris,& pariter coniunctus,sicut in proposito nostro:quia adhuc etiam locum hẽt id quod habetur in d.l.cum acutissimi.gl.est quæ subtiliter hoc probat in l. 1.C.de don.causa mor.quam ad hoc inducit,& reputat sing.imo. & Rom. in l.si cui.ff. de do.causa mor.& idem no.iac.Bu.in l.3.C.de inof.test.& bal.in d.l.cũ acutissimi.&est casus,licet ipsi non allegent,in l.cũ auus.ff.de cond.& dem.Vnde in proposito, dato q̄ per exclusionem nepotum ius veniret consolidandum in filios Sempronij,quia erat frater testatoris,tamen ea.ratione qua prætulit testator Caium in dimidia , & eius filios, ipsi Sempronio,&filiis eius;ea.ratione videtur prætulisse nepotes Caij. Et sic responsio Bal.potius facit pro ista parte inducendo eam,&fortificando,vt suprà.Bene facit quod statim dicam,secundum Pet.& And.de Pisis.nec ad hoc obst.si diceretur, testator bene prætulit in dimidia Caium,& eius filios masculos,per quos conseruatur agnatio,& familia,ergo non dicunt venire nepotes.l.pronunciatio.&l.familiæ.ff.de ver. sig.inst.de leg.agna.succes.in prin.ergo,&c.quia respondeo,quod ex quo testator prætulit Caium & eius filios,per ea verba testator videtur sensisse non solum de masculis,sed etiam de fœminis,vt est casus in l.qui filiabus.ff.de lega.1.& in l.si quis ita dederit.ff.de test.tu.& in l.quisquis mihi.de ver.sig.Si enim voluisset non compræhendi fœminas , dixisset filios masculos.l.vnica.§.sinautẽ ad deficientis.C.de cadu.tol.c.ad audientiam.de deci. istud idem videtur tenere quo ad propositum nostrum,Pet.& and.de Pis.vt refert Cy. & Bal.in d.ver.vt instituens.volentes quod vbi ab hoĩe fit mentio de filio,semper comprehendatur nepos,quando aliàs sequeretur quid inhumanum. per l. vxorem. §. concubinæ.de lega.3.& l.liberorum.ver.sed & Papinianus. de verb. sign. sed non est dubium quod inhumanum esset,hanc inæqualitatem seruari inter descendentes fratrum dicti testatoris pariter substitutorum.Nam dixit tex.in l.fi.C.quor.bo.quod lex naturæ defert successionem agnatis,& in dubio de mente testõris esse præsumitur,quod inter succedentes suos sibi pariter cõiunctos,æqualitas oĩno seruetur,vt probatur in l.fi. C. cõia vtriusque iud.iniquum ergo esset,si per talem interpretationem auferretur nepotib.successio,quam lex naturę alibi deferre consueuit, & in dubio testator videtur secundum iuris dispositionem voluisse testari,& secundum quod de iure successio ab intestato deferebatur inter hæredes suos,vt not.Bart.in l.hęredes mei.§.cum ita. ff. ad Treb.& probatur in d.l.Gallus.§.quidam recte,secundum vnam lec.de lib. & posthu. no.Bar.in l.vt iurisiurandi.§.si liberi.de ope.lib.sed de iure pariter admittũtur nepotes, siue neptes cum filiis dicti Sempronij : quia succedunt nepotes , & neptes in locum patris sui,qui erant pares in gradu cum filiis Sempronij.l.1.§.sed si quis.ff.de suis & legiti.instit.de hære.quæ ab intesta.§.cum filius.& in authen.post fratres.C. de leg. hære. ergo &c.Præterea,istam opi.quod indistincte testator vocando per modum dispositionis filios, videatur etiam comprehendere nepotes,tenuit Bar.in d.l.liberorum,& in d. versi.vt instituens.Et pro hoc etiam all.c.filij.& l.iusta.ff.de ver.sig.& c.2.cum gl. de ver. sig.vbi appellatione filij dicuntur nepotes contineri : ergo cur non est dicendum hoc habere locum in vltimis volũtatib.in quib.lata sit interpretatio.l.in testĩs. de reg.iur.in c.cum dilecti.de do.& cum Bar.concordat formaliter Ant.in d.c.in quibusdam. Et pet. de Anc.in cle.1.de Bapti.& imo.hic in fi.1.colu.fortius dixit ipse in d.ver.vt instituens. tenendo opin.quod appellatione filij in testĩs non comprehendatur nepos,tamẽ illud fallit quando dispõ facta filio non est collata in tempus præsens ,sed in futurum euentum,in quem verisimiliter erat dubium,an tunc extaret filius,an vero nepos , vel alij inferiores.Nam tunc verisimile est testatorem late accepisse verbum filius , præsertim cum verisimiliter par affectio debeat præsumi fuisse testõris,ergo nepotes sic extarent filiis mortuis.Et ita dicit se intelligere hoc casu l.nostrã.Et ex hoc infert quid si testõr instituit fratrẽ suũ,&si decederet sine filiis,substituit filios Sẽpronij,filiis decedẽtib.ante casum substitutionis eueniẽtẽ:& sic ibi in spẽ decidit qõnẽ nostrã.an tñ statutũ comprehendat nepotẽ.videtur in terminis bal.decidere q̄ sic,in l.in quib.C.de secũ.nup.& alij in variis locis.Tñ fallit qñ nepos nõ repsentaret personam patris sui:nepos em nũ q̄ repsentat personã patris sui,nisi qñ venit ad successionẽ aui,vel patrui,vt in authẽ.de hære.quæ ab intest.§.huiusmodi vero priuilegium. & in d.authen. post fratres. & ibi Bart.statutum,n. debet interpretari,vt quantominus fieri possit, lædat ius commune,

vt per doc.in terminis nostris,maximè Imo.in l.si vero.§.de viro.solu.mat. cum si.Adde quod consuluit in pulchro casu Bald.cons.238.vol.1.quod si testator instituat filias in certa quantitate,& fratrem hæredem vniuersalem, & si decederet sine liberis masculis substituat filias proprias ipse testator,& earum filios,& contingat fratrem decedere cum nepote ex fœmina,& simpliciter filias decedere cum nepote ex filio.contingat , quod nepos ex filia institutus non excludit nepotem ex filiab. testatoris , licèt testator prædilexit fratrem, & eius liberos filiabus propriis , incipit quidam nobilis. Item vide quod consuluit Rom.cons.144.quod si testator instituat aliquem , & si decederet sine filiis,quod substituit hospitale,quod nepos ex filia excludit substitutum. Item vide quod consuluit Ia.Butr.cons.264.inter consilia Baldi. volum. 4. quod si testator instituit filium,& ei substituit,si decederet in pupillari ætate Titium , & filios eius,& si moriatur Titius,secundo eius filij,relictis nepotib.Titij,deinde moriatur pupillus,quod nepotes admittentur:& vide Oldradum cons.269.& Pau.de Cast. cons.36. vbi an opi.huius gloss.sit vera quam dicit singularem Pet.de Anch.cons.136.incipiente ponderandum,& illam etiam sequitur Ioannes de anch.cons.68.

b Alexand. ¶ Præferat.Late vide concord.in l.ex facto.§.ex facto.ad Trebellianum:& habes text.& casum in l.1.C.de pactis.quam l.not.facit text. notabilis. in l.qui filium in prin.infrà ad Trebellianum. & ad intellectum huius gloss. & text.vide Barto.in l. si cum dotem.in prin.suprà sol. matr.& late per imo.in l.filiusfamilias.§.cum quis. de leg.1.& quod no.Cy.& Iac.de aret.Bald.angel.& imo.hic , qui omnes sequuntur istam gloss.hic,videlicet quod testator magis videtur diligere filios,quàm nepotes,& quod not.Petr.de Anchar.in consilio 126.& Bart.in l.sed & si sic.infrà de lega.3.Et hanc glos. sequitur etiam imo.in l.ex facto.ff.ad Trebellianum.in §.ex facto. facit quod voluit Bartol.in l.centurio. de vulgar.& pupill. Et hanc gloss.sequitur Bald.in l.cunctos populos.C.de sum.trin.& pet.de anchar.in capit.si pater.de testamentis in vj.in xij. nota. reputat eam singularem Bald.in l.cum acutissimi.in vltim.colum.C.de fideicom.& refert petr. de Anchar.in d.capit.si pater.quod Bald.dicebat,quod ita etiam tenebat iacob.de aret.& Cyn.in l.1.C.de conditio.inser. adde ipsum alexand. consilio 108.primo libro,& plenius per eundem consilio 185. vbi arguit ad partes.2. volumine per Oldra. consilio 141.incipient.thema tale est.G.Leuionem.per paulum de Castr.consilio 38. & 7.& 236.& sequen.per Baldum consilio 186.incipien. in Christi nomine. dubitatur. tertio volumine.& petr.de anch.consilio 73.incipien. in Christi nomine. contra philipporum ibi aliter loquitur quàm in consilio allegat.per domi.alexand. consilio 126. incip. in Christi nomine,ponderandum est principaliter,per Barb.consi.27.1.lib.

c Paris. ¶. Quæro testator. Vide alexand.consilio 105.& 108.in j.volumine.& in consilio 185.consilio 186.volumine secundo.vide latè de materia Barb.in repetitione l.cum acutissimi.C.de fideicomm.Limita communem sententiam,vt per alexand. cons.lxiiij.ad finem.volum.5 vide omnino Socin.in l.cùm auus.C.de conditionib.& demonst. in vlt. charta.& quòd non intelligantur vocati nepotes,vide Com.cons.48. circa finem.& melius consi.121.& similiter quando sunt instituti duo fratres , & si ambo moriantur sine filiis,superstes succedat sibi ab intestato, quòd sit reseruata legitima successio, non autem censeantur filij substituti,vide eundem comen.consi.123.post princip.& quæ habes in l.hæredes mei.§.cum ita.ff.ad Trebellianum.& quod in istis verbis,& si filius moriatur sine filiis,non capiatur argumentum à contrario sensu,vide dominum ias.in l.j.C.de pact.& in l.prima.ff.de officio eius.item stante statuto,quòd vxore decedente in matrimonio sine liberis, maritus habeat & lucretur dotem , an censeantur filij vocati,vide pau.de cast.cons.237.incip.domina andrea.& in cons.cccxxxvj. alleg.l.si cum dotem.in princip.ff.soluto matrimo.item quòd opin.glos.hic communis, vide iasonem in l. legatis.C.de legibus.vbi limitat post ange.non procedere in legatis:vide eundem iason. in l.prima. C.de pact.& Ioan.de anan.consilio 68. item quando filij positi in conditione essent grauati,dicuntur substituti.vide Socin.in l.cum filio. ff.de leg.j.Barto. in l.centurio.de vulg.& pup.& eundem cons.25.incipien.Franc.in prima colum. & com. consilio 2.in secundo dubio.& in cons. 13. incip. Titius instituit. vbi est pulcher casus: vide latè corse.in repet.in verb.substituo.

d Poma. ¶ Veniunt. De isto articulo an liberi tacitè sint vocati ab intestato , an verò ex testamento.adde quòd opinio glo.est communis,sic,quòd veniant ab intestato,de qua vide Alexandrum consi.108.j.volum.Et melius,quàm alibi.& consi.182.in 2.volumine. & consi.196.eodem volumine.& consi.66.eodem volumine.& consi.353.in 4. volumi. Ioan.de Ana.cons.8.Fulg.38.Rap.cre.consi.25.vbi limitat de qua limitatione vide per Barto.in l.centurio.1.colum.de vulg.Et vide Ant.consi.136. vbi limitat communem opi.vide Pau.de castr.cons.78.Aret.in tract.suo de testa.in gloss. in verbo,si decesserit sine liberis.in 1.colum.vbi dicit se plures consuluisse.& vide plura consilia docto.pro ista parte,quòd filij sint vocati ex testamento.per Barbat.consilio 17.aliàs 27. per Philip. Corn.in l.1.C.de condi.inset.vbi refert multos docto.consuluisse,& collegium , contra communem.Et post multa dicit istam glos.teneri.Et vide latissime Barb.in repe.l.cum acutissimi.C.de fideicom.Rom.in l.si cum dotem in prin.ff.solu.mat. Vide plenissime Anch.& Bald.in repe.c. Raynutius.de testam.per Alexand.in l.j.in fin. C. de pact. vbi per Lancel.qui colligit infinita consi.ad hoc.Et vide Alexand.consi.24.4.volu.& consi. 54.in 4.volum.Pau.de castr.consi.136.& sequen.Alexand.consi.109.in 2.volum.& consi. 22.in 3.volum.& consi.32.eo.3.volum.cuma.consi.13.vbi limitat.Oldr.consi.21.ad & consi.94.in 4.volum.& consi.41.ad fi.Bart.consi.14.inserto in consi. Alexand.in 4. volum.in fi.vbi transit cum gl.Alex.consi.55.in 4.vol.& consi.103.e.vol. consi.8.ver.non obstat. 1.uol.Barb.consi 121.& consi.230.Barb.consi .13.1.vol.& consi.14.1.uol.& consi.58.2.vol. & consi.55.in 2.vol.Rom.consi.148.

LEX LXXXVI.

1 *Contrarium velle est nolle,non velle est medium inter velle & nolle.*
2 *Conditionis ex implemento quando quis videatur adire.*
3 *Filius institutus si volet,potest repudiare ante impletam conditionem.*

a Iam dubitari. a Seruus potest institui sub conditione, si voluerit,nec eget exhæredatione in conditionis defectum,& per eam efficitur voluntarius : & adimplẽdo conditionem videtur hæreditatem adire.h.d.Et diuiditur in duas partes.Primo dicit institutionis substantia.Secundo de acquisitione hæreditatis. Secunda ibi non ab re. No.quod dixi in summario. Item no. † quod contrarium quantum ad velle,est nolle:non autem eius contrarium est non velle , vt habes hic: quia non velle,est medium inter velle & nolle. Probatur in l. filij.§.j.ad Tert.& l.qui se patris.C.vnde liber.& l.fin. C. de iur.& fac.ignor.& probatur in simili, in l.j.§. sciẽtiam. de tribu. & facit quod no.in l.aliquando.infrà de condit. & demõ. & dixi in l. si ita legatum.§.illi,si volet.infrà de leg.j. ¶ Opp. † ad hanc l.dicitur hic.quòd implendo conditionem videtur adire. Contra in l.j.§.de condi. ob cau.& l. si quis b ita. de cond. insti. Dicunt quidam,

ADDITIONES.

a Pom. ¶ Iam dubitari.Ad intellectum huius l.vide Socin. in l.serui electione. in princip..de lega.1 .

b Alex. ¶ L.si quis.Et ibi omnino vide Bart.& glo.

quidam, ibi in extraneo, hic in suo. Gl. reprobat per l. eũ bonis. ff. de acq. hær. vbi a ctus, qui in extraneo inducit aditionẽ, in suo inducit immistionem. Quare gl. soluit, [a] Aut implet [b] conditionẽ eo animo vt sit heres, & tunc est hæres. Aut eo animo vt purificet conditionem, vt non sit hæres, & tunc non est heres. l. Antistius. de acq. hære. Aut dubitatur, & tunc dicit Dy. aut conditio consistit in voluntatis expressione, & tunc implendo videť adire, vt hic. Aut consistit in facto extrinseco, vt si decẽ dederit vel capitolium ascenderit, & tunc implere vř eo animo, vt purificet aditionem, non vt sit hæres. l. j. §. j. de cõd. ob cau. & l. si quis ita. ff. tit. 2. & l. ĩ cõditionib. §. j. ff. de cond. & dem. & ibi hoc tangit gl. dicit Gui. in l. j. §. j. s. de cõd. ob cau. ꝙ et qñ cõditio consistit in facto extrinseco, debemus inspicere cõiecturas, an multo tpe deliberauit, & tunc videtur implere eo animo, vt sit hæres, alias non, & nihil alleg. sed pro ipso facit l. sed & si alio. §. j. ff. ad Treb. & l. omnes. eo. tit. ¶ Quærit gl. an filius † potest repudiare, qui fuit institutus, si volet? Et vř ꝙ non: quia antequam impleat conditionem, non põt repudiare, nec post impletam: quia hæres est, vt hic, & l. necessarijs. de acq. hær. tamen dicit gl. & benę qđ potest repudiare ante impletam. l. is qui hæres. §. j. de acq. hæred.

ADDITIONES.

a Ale. ¶ Glo. soluit. Et vide Bar. ff. eo. t. j. & l. filius qui patri. & vide s. eo. l. Cornelius.
b Pom. ¶ Aut implet. Adde quod ista sol. gl. est cõis secũdũ alex. in l. 1. § j. ff. de cõd. ob cau.

LEX LXXXVIII.

Ei qui. Qui semel est hæres, in perpetuum non potest desinere esse hæres, hoc dicit. Fallit in casibus notatis in l. in substitutione, ff. tit. j.

LEX LXXXIX.

Si socius. Hęc lex ponit tres casus in quib. seruus cõmunis ęquiparatur seruo proprio. Et gl. ponit casum.

LEX XC.

Testamento. Lex ista est singularis cũ sua gl. & est determinatio plurium legum in hac materia. Non sufficit mortis tempore quem fuisse seruũ, si ante cõditionis euentum libertatem à l. consequitur, hoc dicit. ¶ Opp. de l. 4. §. qui fideicommissam, s. eod. & l. pater filio. s. eod. vbi sufficit quem esse seruum tempore testamenti, vt sit necessarius. Sol. illud verum quando consequitur libertatem ab homine: secus si à l. vt hic. Vide gl. quæ incipit, bene valet, in fine.

LEX XCI.

Imperatorem. Opp. de l. ex hoc edicto, §. hæredẽ. de aliena. iud. mutan. cau. fac. ibi quis põt instituere aliquem hæredẽ, nec incidit in pœnã illius edicti. Gl. dicit speciale ibi: quia plus sibi cauere debet. Sic ff. de iur. fis. l. res. §. lites. & Insti. qui. mod. test. infir. §. fi.

LEX XCII.

1 *Rumor, & publica fama in ciuitate præstant iustam causam credendi.*
2 *Falsa causa quando vitiet institutionem.*
3 *Præfationes probant causam finalem dispositionis.*
4 *Falsa causa expressa, & inserta in testamento vitiat dispositionem ipso iure.*
5 *Ratio quare falsa causa vitiat institutionem, & non legata.*
6 *Casus in quo legata valeant, vitiata institutione.*
7 *Cautela ad excusandum accusantem aliquem de falso, & non probantem.*
8 *Fama excusat à præsumptione doli, item à pœna.*


Tactumelus. [a] Hęc ẽ singu. lex. nec alibi reperiť. Falsa cã vitiat institutionem, legata tñ firma ꝑmanẽt, [b] hoc dicit. No. † ꝙ rumor, & publica fama quæ ẽ in ciuitate est iusta causa [d] credendi aliquid vt hic, ibi, rumore perlato, &c. dicitur hic ꝙ testamentum, &c. Contra, falsa † causa non vitiat institutionem. l. cum tale. §. falsam. de conditio. & demonstratio. Sol verum est, nisi probetur testõrem alias institutũ non fuisse, vt ibi dicitur: sed ex hac prefatione: quia hæredes [e] quos volui, &c. præsumitur testatorem aliter relictum non fuisse. Vide gl. quæ incipit, id est, causa ibi in fi. ibi, probať enim hic. &c. qđ tene mente: quia quotidie de facto cõtingit. † Et sic habes quod ipsæ prefationes probant causam finalem dispositionis, quod tene mente. Et ista est melior [f] lex, quæ sit de hoc. Op. de l. si instituta. §. fi. de inoffi. testam. vbi falsa causa non vitiat. Sol. Falsa causa non fuit ibi apposita licet putans falsam causam esse verã testamentum mutauit. Et † sic habes [g] ex hac lege, & lege contraria, ꝙ falsa causa incerta & expressa in testamẽto vitiat dispositionem ipso iure, sed si non fuit inserta, sed tacite in corde retenta, non vitiat ipso iure: quod tene mente. ¶ Quæro, quæ est rõ cur falsa causa vitiat institutionem, & non legata. Ex vna sol'one præcedẽti habes vnam rõnem, quia illa cã nõ fuit inserta legato, sed institutioni, ideo institutionẽ tñ vitiat, vt hic ibi: licet modus in institutionib. contineret, &c. Sed si esset adiecta institutioni, & legatis: & tunc instõ & legata vitiarentur, & hoc si legata essent magna quę non esset verisimile testatorem relicturũ si ipsum viuere sciuisset. Et ita dixi dum tractaui materiã cãe, in l. demonstratio. §. j. de condition. & demon. ¶ Item not. casum † singularẽ quod legata valent vitiata institutione, vt hic: not. gl. in l. eam q̃. C. de fideicom. & ff. titu. j. l. j. ¶ Item not. [h] istam legem quę facit ad questionẽ notab. per quã potes multos à miseria liberare. pone enim ꝙ statutum dicat, ꝙ si aliquis accusat aliquem falsi, vel falsam accusationem instituit si non probat puniatur, &c. Modo † aliquis accusat falsi, nõ tamen ꝓbat, queritur nunquid sit remedium, quod de falso ñ puniať, & hic vř: ꝙ sic. Debes enim articulare ꝙ de hoc erat rumor, & fama, ideo hoc fecisti, & sic excusaberis, vt hic. Excusat enim à præsumptione doli. l. miles. §. mulier. de adulte. Habet etiam excusare a pœna, vt ibi, & l. 2. quis ordo in bon. poss. ser. quam legem alleg. Ia. de Are. Est & alius modus quod quis articulet, quod hoc fecit: quia audiuit à personis fide dignis. l. qui cum maior. §. si patri. ff. de bo. lib. facit l. mater. C. de calumniat. secus si non à fide dignis. l. athal. ff. de falsis. ¶ Itẽ habet excusare eũ si probet quòd de hoc erat publica vox, & fama. d. l. miles. ¶ Item habet ipsum excusare si hoc accepit ab inimicis & consanguineis. l. tutorem. de his quæ, vt indignis. & facit ff. de bo. libe. l. Paulus. §. quæro. Hic non sunt alia quæ ad rem faciant.

ADDITIONES.

a Pom. ¶ Pactuleius. Limita, vt per Ro. sig. 254.
Paris. ¶ Istud dicit de legatis, limita, vt per Bar. in l. demonstratio falsa. §. quòd autem. ad fi. ff. de cond. & demon. Ro. sig. 255. incip. item limita l. fin. Item de materia huius l. vide Soc. in l. conditionibus. ff. de cond. & demon.
b Alex. ¶ Permanẽt. adde bar. in l. demonstratio. §. j. de con. & dem. & ibi omnino vide quę dixi ad hic notata.
Pom. ¶ No. quid. Vide Ale. cons. 115. in vlti. col. 4. volu.
c Ale. ¶ Iusta causa. Vide bal. in l. ea qui dem. C. de accusatio.
d Pom. ¶ Hæredes. Vide alex. cons. 54. in 4. vol. & cons. 19. in ij. volu. Ro. consi. 19. consi. 54. & consi. 65. in fi. Pau. consi. 30. in 2. vol. & cons. 62. in vlti. col. in 2. volu. & consi. 85. prima col. eo. vo. consi. 111. eo. vol. Cæpol. consilio quinto, & consilio septimo, in vlti. col. & consi. 13. in primo dubio, Bal. in l. j. C. de edi. diui Adriani toll. Barb. consi. quarto, alias 94. in primo vol. & consi. decimo, eod. volum. & consi. 13. vol. 2. & cons. 16. eod. vol. & cons. 19. in prima col. eo. volumi. & consi. 21. eo. vol. & consi. quarto, eod. vol. & consi. 44. eo. volum. & consi. decimo, in secundo vol. & consi. 16. in secundo vol. & consi. 19. eo. vo & consil. seq. in prima col. e. vol. & consi. vigesimo secundo. & consi. trigesimo. in secundo vol. & consi. 44. in 2. vo. & consi. 56. in ij. vol. & con. 59. in ij. vol. Ro. con. 90. & consi. 180. & 418. Inno. cons. 128 & consi. 138. Cardi. consi. 132. in prima col. & consi. 140. & cons. 47.
f Pom. ¶ Melior. amplia vt per Ang. l. si quis cum aliter. ff. de verb. obl. Et vide circa hoc, dictum Alex. consi. 7. in 2. vol. Vide concor. ad istam regulam, per barb. consi. 10. 2. vo.
g Ale. ¶ Et sic habes. adde not. bal. de iustiniano C. componendo, in §. quibus, & bar. in l. cum hi. in prin. de transac. & Car. & inno, in c. pen. in fin. de cleri. coniuga. per bal. in l. ambitiosa. de decre. ab ordi. fac.
Pom. ¶ Vide Ioan. de Ana. consi. incip. visis, & ponderatis. post prin. & quæ habes ad Bar. in l. j. ff. ad Mace.
h Pom. ¶ Item no. Vide Cępol. cons. 17.
i Pom. ¶ Pone enim. Et semper alleg. hæc doc. Bar. post Raymon. hic in ista l. fi. per istum tex. ad hoc videlicet, quòd fama, seu rumor, inducit iustam causam credulitatis quamuis etiam fama nõ esset vera. Facit l. cum quidam. §. quod dicitur. de acq. hæred. Si enim rumor inducit iustam causam credulitatis per istum tex. multo magis hoc erit in fama, quia rumor minor est quàm fama, quia est particularis assertio ex incerto authore ex sola suspicione proueniens, nec requiritur quod ab omnibus, vel maiori parte communiter, & publice dicatur, vt no. Spec. in ti. de noto. crimi. §. nunc de rumore, & Ray. & imo. hic in prin. & Bal. in l. ea quidem. in prima col. de accu. & in rub. C. de proba. in j. col. & Io. Cal. & alij post eum. in c. vestra. de coha. cle. & gl. 1. & ibi doc. in c. super. eo. de eo qui cog. consanguineam vxor. suę. & dixit propter hoc bar. in l. verum. ff. de fur. quòd sufficit probari prædicta, vt quis presumatur habuisse iustam causam accusandi, vt euitet pœnam, & vide bar. in l. cum quidam. §. quod dicitur. de acq. hær.
Paris. ¶ Quæ inducant iustam credulitatem, vide late Fely. in c. cum contingat. de rescri. in l. Titio fundus. ff. de con. & demon. & in l. Barbarius. ff. de offi. prætor. & de communi opi. ꝙ aliquid sit, quod non est, vide bar. & alios. in l. cum quidam. §. quod dicitur. ff. de acquir. hæred.

Sequitur arbor & declaratio substitutionum.

Arbor substitutionum.



DECLARATIO ARBORIS
Præcedentis substitutionum.

a VVlgaris substitutio est secunda institutio directa, quæ a quolibet, & cuilibet fieri pōt, & nihil habebit specialitatis. Imo Lanf. de Oria. in l. Centurio. ff. de vul. & pup. Ias. in l. j. illo tit. ¶ Et dr̄ vulgaris, quia vulgo omnib. potest fieri. gl. in c. Raynutius. de testa. Gl. Instit. de vul. subst. in prin. de quo late per Barto. in d. l. j. post Gul. de Cun. Et habet v. effectus, quos expedit Barto. in d. l. j. & ibi Alex. & Iaco. Primus, in homine sui iuris intellr̄, si hæres non eris, vel alium hæredem non feceris. l. cum proponas. C. de hære. inst. §. fi. Insti. de vul. Secundus, quòd testamentum potest assumere vires ab ipsa vulgari substitutione. l. iij. §. fin. ff. de lib. & posth. Tertius, quòd vulgaris expressa continet pup. tacitam. l. iam hoc iure. ff. eo. Quartus quòd per vulg. succeditur testatori. Inst. de vul. in prin. Quintus q̄ vulgaris facit de suo & necessario, voluntariū. l. si filius hæres. de lib. & posth. & durat hæc vsq; ad aditionē hęred & ea adita expirat. l. post aditā. C. de impu. gl. in d. c. Ray. & in §. qua rōne. Insti. de pup. subst. & de eius specieb. vide ī cellul. suis.

b ¶ Vulgaris expressa dicitur tripliciter. Primo, in genere, vt sunt illæ quæ comprehenduntur in breuiloqua, vel compēdiosa. Gl. in l. Lucius. ff. e. & in l. testō. C. de test. mil. in l. precibus. C. de impu. & ibi doctor. Alia est expressa in specie, vt est illa, quæ exprimit speciem substitutionis, vt si hæres nō eris, talis sit: sed potest illud esse, quia noluerit, vel non potuerit. l. cum proponas. C. de hær. insti. & nullus horum casuum singularium hic exprimitur. ideo dicitur expressa in specie, & non singlr̄. Alia dicitur expressa singulariter, quæ exprimit casum singularem in quo comitatur, videlicet si hæres esse nolueris, talis sit, facta tn̄ in casu impotentię trahiť ad casum nolentię, & econtra. l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de lib. & posth. limita tamen quinque modis, de quibus per Alexan. in d. l. j.

c ¶ Vulgaris partim expressa, & partim tacita, duob. modis. s. quo ad verba, vt sunt illæ quæ comprehenduntur in breuiloqua, & cōpendiosa. Nam respectu verborum generalium dn̄r expresse, respectu vero verborum specialium dn̄r tacite. Gl. in l. in testamēto. C. de test. mil. quæ appellat eas factas & expressas. & ita concor. gl. in l. precib. C. eo. & in l. Lucius. ff. e. quæ dn̄t eas expressas. & glo. in §. qua ratione. Inst. de pup. quæ dicit eas tacitas. Alia est quo ad casus, vt si hæres esse nolis, quia iste casus nolentiæ comprehendit & trahiť ad casum impotentię. l. Gallus. §. & quid si tantū. ff. de lib. & posth. qa paria sunt nolle, & nō posse. l. j. §. vsus. ff. de proc. Facit tex. ī l. fi. C. de īst. & subst. sub cōdi. fact. & sic quō ad casū exp̄sū appellať expressa, quo ad tacitū tacita. Bar. in d. l. j. & ibi Alex. Ias. & scribētes.

d ¶ Pupillaris, moribus introductum est, vt pr̄ filiis suis in ptāte cōstitutis, minoribus xiiij. annis, possit testari, pupillariter substituendo. l. ij. de vul. in prin. & Inst. e. in prin. dum tamen concurrant octo quæ sunt necessaria quo ad hoc, vt pupillaris possit fieri filio. de quib. per tex. glo. & Barto. in d. l. ij. & in l. in testamento. C. de mil. test. Hæc finitur pubertate, & aliis modis, de quibus per gl. magistram. & ibi tex. & doc in l. in pup. ff. eo. facit §. masculo. Inst. de pup. ¶ Habet plures effectus. Primus, videlicet quod pupillaris expressa continet vulg. tacitam in d. l. iam hoc iure. Secūdus, quod p eam succeditur pupillo. Insti. de pupil. in prin. Tertius, quod pup. subst. expressa excludit matrem, & quoscunque veniētes ab intest. l. Papin §. sed nec impub. de inoffi. test. & l. præcibus. & l. si testō. C. de impub. cum per eam succedať ex testamento. l. iij. ff. de acq. hær. Quartus quia quos pater potest sibi necessarios facere, & filio suo. d. l. ij. §. prius. in fi. Bar. & omnes ibidem.

e ¶ Pupillaris expressa dr̄ illa, q̄ fit verbis expressis, vt si hæres ṅis, & moriaris in pupillari ætate, talis sit, &c. Tacita vero est illa, quæ continetur in vulgari expressa. Bart. in d. l. ij. Et quāuis gl. in §. qua ratione. Insti. eo. dicat, q̄ ista fit verbis affirmatiuis, vulgaris. vero negatiuis, nihil est: qa imo oīs substō directa, siue sit expressa, siue tacita, habito respectu ad eū cui fit substō, fit verbis negatiuis, siue priuatiuis, vt si non sis hr̄s, vel si moriaris in pup. æta. & c. respectu vero illius qui substituitur, affirmatiuis, vt talis sit, de quo late Barto. & post eum scribentes, in d. l. ij. Lanfran. in d. l. Centurio.

f ¶ Pupillaris partim tacita & partim expressa quo ad verba, ē illa quæ comprehenditur in breuiloqua & compendiosa, vt in vulg. dixi. Quo ad casus vero, in casu l. si pupillus. ff. de acquir. hær. & l. paterfam. de priui. cre. Bar. in d. l. ij. versi. & secundum hoc.

g Exemplaris, iō dicitur, quia fuit facta ad exemplum pup. substi. l. ex facto, ff. e. l. humanitatis. C. e. & Inst. e. in §. qua ratione. quia sicut pup. fit pupillo qui sibi prouiderę non potest per testamentū, ita exemplaris furioso, prodigo, surdo, & muto, qui sibi prouidere etiam non pn̄t per testamentum. Differt tamen hæc a pup. in cā efficiēte: quia pup. fuit introducta morib. vt s. dixi: exēplaris vero l. principis. d. l. humanitatis. & requirūť quatuor, de qb. per Ias. in d. l. humanitatis. ad hoc, vt possit fieri. Primo qd̄ qui eā facit sit ascēdens, vt pr̄, vel mr̄. d. l. humanitatis. Secūdo, quod ille, cui fit, perpetuo morbo laboret. Tertio, quòd tali filio relinquatur legitima. Quarto, quod si talis mente captus habeat liberos saltem vn⁹ ex eis substituatur. Ias. in d. l. humanitatis. de mā cui⁹ Bar. Bal. Alex. & Ias. in d. l. ex facto. ff. eo. & de eius speciebus vide in cellulis.

h ¶ Exemplaris expressa ē illa, q̄ fit verbis expressis, vt si decedas in furore, talis sit hæres. Tacita vero est illa, quæ cōtinetur in vulgari, vel pup. expressa. doc. in d. l. ex facto. & in d. l. humanitatis.

i ¶ Exemplaris partim tacita, & partim expressa quo ad verba, est illa, q̄ ɔphendiť in breuiloqua vel ɔpendiosa, quo ad casus vero est, si fiat isto mō, si filius meus decedat furiosus, talis sit hæres: si cesset furor, remaneat tamen ꝓdigalitas, vel surditas, ad istos casus trahitur. Bar. ī d. l. ex facto. & sic in casu furoris exp̄ssō est expressa, in casu vero surditatis tacito est tacita, & casus expressus trahitur ad alios casus tacitos. d. l. Gallus. §. & quid si tātū. ff. de lib. & posth.

k ¶ Compendiosa dicitur, quæ sub compendio verborum plures substōnes, seu plura tpa cōplectitur, & fit per hoc aduerbiū, q̄ncū que. Gl. in l. verbis ciuilib. ff. eo. & in d. c. Ray. & in c. si pater. de test. li. vj. videlicet hoc modo, q̄ncūque filius meus decesserit, talis sit hæres. Vel pōt fieri sine illo aduerbio, q̄ncunque, vt q̄n testator vno certo tpe cōplectitur plures ętates. tex. in l. Centurio. ff. eo: & ibi scribētes. Et dicit Bar. ibidem, q̄ ipsa compēdiosa a pagano facta, non est species substōnis per se, sed est q̄dā adiectio, qd̄ intelge. i. q̄dā modus inducēdi alias substōnes, sub noua forma verborū respectu cuius pōt dici spēs per se, siue fiat a pagano, siue a milite. Are. in rub. ff. eo. & gl. j. in l. verbis ciuilib. ff. e. Ias. ita declarat in d. l. Centurio. ff. e. sed quando fit a milite, tūc est spēs substōnis ꝑ se, & hoc est quod voluit glo. in d. rub. & Ias. in d. l. verbis ciuilibus.

l ¶ Compendiosa, quādo facta est a milite maiorib. per verba mere directa, vtroque tempore comprehendit militarem, semper erit directa militaris, in qua veniunt tantum bona defuncti. l. Centurio. ff. eo. & ibi glo. scrib. facit l. milites etiam. ff. de te. mi.

m ¶ Si autem compendiosa fit à milite per verba directa suo filio pupillo in potestate constituto, vtroq; tempore erit directa. Nā intra tempora pubertatis valebit, vt vulgaris, & pupil. post vero erit directa militaris. l. præcib. C. de impu. s̄m intellectū verū Fulg. quamuis gl. ibi dicat quod si mater sit in medio, obliquatur, & idē gl. in d. l. Centurio, & d. c. si pater. male tamen, quia mater nullum habebat in hoc priuilegium. Bar. in d. l. Centurio, & ibi Alex. & Ias. Idem Ias. in d. l. precibus, quia illud s̄m scribentes haberet locum, quando fieret per verba communia.

n ¶ Vbi autem compendiosa fit per verba mere obliqua, vt per verbum, rogo, reddas, restituas, & per alia ministerium alterius exigentia ad transmissionem hæreditatis, de quib. per Bar. & Lanfr. in d. l. Centurio. ff. eo. tunc est semper fideicommissaria, siue fiat a milite. Scribētes in s̄. dictis locis. de qua tractatur ff. & C. ad Treb. & inst. de fideicom. hære.

o ¶ Sed si cōpendiosa fiat a pagano, per verba cōia suo filio pupillo in ptāte existenti, valet vtroq; tpe tanq̄ fideicōmissaria. Bar. & Bal. in d. l. Centurio. & idē ī l. ex trib. C. de inof. test. Ang. cons. cxxv. inci. hoc ē testm̄. Quā opi. sequuntur gl. in d. l. Cēturio. in d. l. ꝓcib. in d. c. Ray. & §. fi. Inst. eo. in d. l. ex trib. Contrarium teneas, qd̄ immo intra tpa pup. ætatis valeat tanq̄ vul. & pup. iure directo. Post vero pup. æta. efficiatur fideicōmissaria, & istud sequitur glo. in §. qua ratione. Insti. de pup. & in c. si pater. de testa. lib. vj. sequitur Cy. post multos antiquos in d. l. precibus, & ibi Saly. Fulg. Pau. & Ale. Et hanc opi. indubitatam dicit dictus Alex. in d. l. Centurio & ibi post cum Iason, reprobando glo. contrarias.

p ¶ Et no. q̄ in mā substōnis cōpendiosæ versať triplex spēs verborū. Nā q̄dā sunt verba directa, q̄dam cōia, & q̄dā obliqua. Directa sunt illa q̄ donotāt ius competerę ipso iure, & q̄ importāt tale ius, ex quo possit adiri hæreditas de iure ciuili, vel bo. possessio peti de iure præto. Lanfr. in l. Centurio. ff. eo. & Bal. in l. fi. C. de sac. eccl. & sunt hæc īstituo, vt toto tit. ff. de hær. inst. Idem de verbo hr̄s esto. l. fi. C. de hr̄. inst. & l. j. in fi. ff. illo tit. Idem in verb. dn̄s esto. l. his verbis. ff. de hæ. inst. Idem in verbo, moriať. c. si pr̄. de test. lib. vj. & verbū, assigno, ē directū. l. j. ff. de assignan. lib. c. ij. de off. ord. idem dic in verb. adiudico, ver. accrescat. est enim directum. l. qui patri. ff. de acq. hære. & in l. vnica. C. quando non peten. par. pet. accre. Idem in verb. concedo, & detraho. Lanfran. in d. l. Centurio.

¶ Cōia vero sunt illa, q̄ extant in significatione directi, & obliqui, vt est verbū, ꝑmaneat. l. si cum ante. C. de do. ante nup. & tex. in l. ille pactum. §. fi. & ibi gl. & Bar. ff. de pact. & Bal. in l. j. C. de pact. inter empto. & vend. & Bal. in d. l. fi. C. de sac. san. ecc. Fulg. in ɔsi. xlj. Idem dic in verbo, redeat. l. si duobus. ff. de test. mil. Idē dic ī verbo pertinere, s̄m Bar. in d. l. Cēturio. cū quo trāseūt Io. de Lign. & Bal. ī c. si pr̄. de testa. li. vj. Pro quo facit, qd̄ habet gl. no. in l. si q̄s intentione ambigua. ff. de iud. qd̄ verbū ptinere, ē cōe, ad petitoriū, & posses. & ibi seq̄tur Bar. facit ēt gl. j. ī l. cū mr̄. ff. de iof. test. q̄ dicit q̄ verbū ptinere, ē latū. Idē gl. in c. dilectos. de fi. inst. q̄ dicit q̄ verbum, ptinere, ē tā latū, qd̄ p id cēseť oē ius in iudiciū deductū, vndecunq; debeať, & illā reputat sing. Ang. in ɔsi. ccxcvj. incip. visis attestationib. & c. Ex quo tn̄ vide gl. in c. fi. de ele. li. vj. q̄ vr̄ similis. Dic etiā q̄ verbū, deuoluať, ē cōe. Lanfr. in d. l. Centurio. Itē verbū deueniať, est cōe. Bal. in d. l. fi. & de isto verbo sunt duo tex. vnus in l. pe. ff. de

sol.alius esti ꝯsti.in vsi.feu.Idē dic de verbo,hēat.Ang.in §.extrā neo.Inst.đ pup.vide tñ tex.q vř dicere,qđ sit obliquũ in l.q ꝯcubi nã.§.j.de leg.iij.ibi Bar.de verbo,succedat.vide Lanfr.& Iac.in d.l. Centurio.Et not.ꝙ nullũ est verbũ,tã cõe,quin ꝑ adiectionē verbi eo ipso efficiat directũ,Lanfr.vbi s.¶ Obliqua verò verba sunt illa,q̃ exigũt factũ alterius,vt est verbũ restituat.l.cohrdi.§.cum fi liæ.ff.de vulg.Idē in verbo, detur.l.fundi Trebatiani.ff.de vsufruc. leg.¶ Idem in verbo,reddat,& in aliis,de qbus ꝑ docto.in d.l.Cēturio,& in d.l.fi.C.de sac.san.ecc.

p ¶Pupillaris tacita regl'r cõtinet in vulgari expssa,qñ ipsa vulgar. facta ē ꝑ patrē pupillo in ꝑtãte ꝯstituto,& hoc siue mř sit in medio,siue non.Gl.i l.ꝑcib.C.de imp.& in verbo,oĩmõ,& tex.in l.fi. C.de insti.& subst.sub ꝯd.fa.&ibi gl.&gl.in §.qua ratione.Inst.đ pupil.doc.Vltramõ.in c.Ray.de test.Et ita teneas,licèt gl.aliter voluerit in l.Centurio.ff.e.q̃ reprobat Ias.& alij in l.ꝑcib.s.all.Qđ tñ limita verum,nisi vulgaris eēt facta simul maiori,& pupillo,quia tũc ꝑp imparitatē non ꝯtineret in ea pup.tacita.l.q̃uis.C.de impube.& aliis subst.limitat ēt nisi ꝯstaret đ volũtate pr̃is nolentis pup. tacitã in vulgari ꝯphēdi.l.iã hoc iure.§.fi.in verb.si voluntas parē tis non refragaret.ff.eo.& in d.l.q̃uis.C.de impu.in verb.simõ nõ ꝯria.&c.Limitat tertio si pr̃ facit vulg.&pup.suo filio,ꝓuidendo ei in oēm casũ,qa tũc expssũ facit cessare tacitũ,l.cã ex filio. ff.e. Quarto limita qñ vulgaris eēt facta ꝑ dictionē taxatiuã,tãtũmodo.Ias.in l.iã hoc iure.aduerte tñ,qa ista pup.tacita nõ admittit ꝯ matrē.Gl.in l.ꝑcib.all.seq̃t illam Bar. & oēs in l.j.ff.e.in tertio sub stõ.vulg.esse.nec ēt ꝯ patrē pupilli,& alias ꝑsonas, de quib⁹ ꝑ Bar. in d.l.ij.Cũ opi.Bar.transeũt indifferēter Mod.& maxime Ale. in d.l.Cēturio.& Alb.de Rof.in rep.istius rub.Saly.& Pau.in d.l.fi. C. de insti.& substi.Opi.Bar.ꝯprobat Are.duplici fundamento,qa in mã exorbitãti qñ est fauorabilis,ꝓut est ista,fit extensio de ꝑsona ad ꝑsonã,qñ ꝯcurrit eadē tacita voluntas,ēt in stipl'one, q̃ est stricti iuris.l.tale pactum.§.fi.ff.de pac.& ꝓ ea parte est tex.in l.generaliter.in prin.C.de secun.nup.

q ¶Exemplaris tacita ꝯprehendit in vulgari expressa furioso facta, tpe,quo fiebat vulgaris,erat furiosus,arg.l.si ꝑdia.ff.de reb.e. sec⁹ si eo tpe,quo fiebat non erat furiosus ille,cui fiebat,quia casũ ad uersãq; fortunã,&c.l.inter stipulantē.§.sacrã.de ver.obl.ꝑ Bar.in l. facto.ff.eo.Ita tenuit Old.Laud.vt refert Alb.in repe.rub.ff. eo.

r ¶In pupillari expssa ꝯtinet vulgaris tacita.l. iã hoc iure.ff. eo.l.in testõ.C.de mil.test.gl.in §.qua rõne. Insti.eo.q̃ excludit matrē pupilli,& oēs veniētes ab intest.Gl.in l.fi.C.de insti.& substi.sub ꝯd. fac.& ibi scribentes oēs approbãtes eam, qđ tñ limita ſm Bar.in mře defuncti,qa sicut per pup.tacitam non excluditur mř pupilli, ita nec ꝑ vulgarem tacitam mater testatoris , Bar.in l.ij.in prin.ff. eo.versi.vlterius quæro.

s ¶Exemplaris tacita ꝯtinet in pupillari expssa,qñ ipsa pupillaris fit furioso.Bar.in l.ex facto.ff.e.quia ĩ hñtibus symbolũ facilior ē trãsitus.l.in rē.§.item q̃cũq;.ff.đ rei vin.l.itē si acceptolatũ.ff.de acceptil.l.iij.§.fi.de bo.pos.& ita Guil.de Cu.& Ray.dũ tñ pup.non fuerit facta cũ limitatione tpis,qa tunc vltra tps ñ excluderet.l. si ita qs.ff.eo.&sicut pupillaris tacita nõ excludit matrem, nec alias ꝑsonas,de qbus ꝑ Bar.in d.l.ij.ita nec ēt exēplaris tacita a paritate rõnis.Bar.in d.l.ex facto.nisi appareat dē voluntate ꝯria defuncti.gl. d.l.ꝑcib.& tex.in d.l.iã hoc iure.& aduerte,qa illa voluntas ꝓbabit ꝑ duos testes,vel ꝑ ꝯiecturas.Bar.in d.l.ij.in prin.Bal.Ang. Saly.& Pau.in d.l.precibus.Saly.& Ias.in l.quamuis.C.de impub.

t ¶An tacita vulgaris ꝯtineat in exēplari expressa.Credo.ꝙ sic eo mõ quo in pupillari,qñ testõr instituit furiosum,qa vbi est eadē rõ,idem ius dēt statui.l.illud.ff.ad l.Aql.& l.a Titio.ff.de ver.ob.de quo ꝑ scribentes in d.l.ex facto.ff.eo. & in § qua rõne.inst.eo.illa rõne,qa vbi duæ sunt cãæ,naturalis,& accidentalis,semper naturalis prævalet,vt s.dixi per l.qui habent.ff.de tutel.

v ¶Exemplaris substõ,qñ fit pupillo ꝑ patrē intra tpa pup.æta.si pupillus erat in ꝑtãte,valet vt pupillaris,post vero vt exēplaris,quia vbi ꝯcurrũt duæ causæ,nãlis & accidētalis, sp prævalet naturalis. l.qui hñt.ff.de tut.post vero pupillarē ætatem erit exemplaris, dũ tñ non fuerit facta cũ limitatiõe tpis,d.l.si ita q̃s.Bar.in l.ex facto. ff.eo.& post eum scribentes.

ppẽtatẽ testari nõ põt, vt Insti. e. §. j. Sed hoc posito ꝙ nõ esset defectus ætatis, tñ testari non posset, quia reperitur in potestate alteri⁹, & iõ in tali non posset qs facere testm̃. Idẽ dicerẽ si pupillus alia rõne esset intestabilis, q̃ rõne ætatis, qa pr̃ non posset ei facere testm̃, & hoc tangit vlti. quæst. ¶ Sed pone, † ꝙ instituo militẽ impuberẽ in alterius potestatem recasurum, an potero ei pupillariter substituere. Constat enim ꝙ impubes põt esse miles, l. fi. C. de testam. mili. Et vr̃ ꝙ sic: qa solũ pp̃ ætatis defectũ impeditur testari. Nam miles ẽt filiusfamilias testari põt de castrensi peculio, &c. tñ credo, ꝙ nõ valeat talis substõ: qa p hoc fieret iniuria ei, in cuius ptãtẽ recasurus est: qa auferret ei ptãtẽ substituẽdi m iliti pupillr̃. Hoc verũ, nisi ipse testõr esset miles, argu. ꝑ hoc exp̃ssum. j̃. de testamen. milita. l. cum filiusfamilias, & l. impuberi. de administra. tut. Pro hoc facit hæc lex q̃ gñalr̃ dicit, ꝙ filio, qui est recasurus in alterius ptãtẽ nõ p̃t substitui. ¶ † Quinto dixi ꝙ reqrit̃ vt nõ desierit esse in ptãte, vt. j̃. e. l. cohr̃di. §. cũ filiæ. ¶ Item si alij dareẽ in adoptionẽ eadẽ rõne, sec⁹ si exeat, sed spes est ꝙ reincidat p fictionẽ, vt in capto ab hostib⁹. vt j̃. e. l. lex Cornelia. & l. pr̃. de capti. ¶ † Quero qd si exeat de ptãte p dignitatẽ. Dicit gl. & bñ, ꝙ pupillaris substõ nõ extinguit: qa oĩa iura nãlia, & legitima remanẽt firma, vt in Auth. ꝯstõ q̃ de dignita. §. illud quoq;. sed ꝙ possit substitui pupillr̃, est de iure legitimo, ergo &c. ¶ † Proterea q̃ro cũ pupillaris substõ irriteẽ p emãcipationem, an remaneat valida iure fideicõmissi? Dico ꝙ non: quia semel valuit iure directo, vt j̃. eo. l. verbis ciuilibus. ¶ Itẽ q̃ro qd † si filius exeat de ptãte per religionis ingressum. Dicã j̃. in vl. q̃õ. in prin. & hoc de quinto. ¶ Sexto dixi requiri vt pr̃ faciat testm̃ sibi, hoc fallit ĩ milite, vt hic in versi. quisquis. & l. miles ita. §. fi. de milit. testamen. Itẽ dẽt facere testm̃ primo sibi, vt j̃. eadem l. §. prius, & ibi dicam. Sed q̃ro, † qd si † testm̃ minus solenne fuit patris, an valeat substõ pupillaris? Vr̃ ꝙ sic: qa continet fauorẽ liberorum, vt sic filius decedat testatus, vt dictũ ẽ, & ꝓbat̃ in l. si pupill⁹. j̃. d acq. hær. ergo debet valere. l. hac cõsultissima. §. ex imp̃fecto. C. d̃ test. & hoc putarẽ verũ, si aliqs de liberis esset substitut⁹, ᶜsed si exᵗne⁹ esset substitut⁹ incideret in illam q̃onem, an datio tutoris valeat facta à patre filio ĩperfecto testõ, de qua in d. §. ex imperfecto, & vt dr̃ in l. qa patre. d̃ ꝯfirmã. tut. finaliter puto ñ valere. Sicut. n. ipse pupill⁹ ñ posset exᵗneũ instituere ĩ testõ imperfecto, ita nec pr̃, p ea q̃ dixi s̃. circa illũ versic. quarto reqrit̃, & p tex. i. d. §. ex imperfecto. q̃ dicit, ꝙ quo ad exᵗneos hr̃ ꝓ nullo, & hoc de sexto. ¶ Septimo dixi, reqri ꝙ sit impubes ĩstitut⁹ vel exhr̃dat⁹. Rõ: qa aliàs testm̃ esset nullũ. vt hic in §. sed si eos. ¶ Quæro qd si testm̃ rumpat̃ p ꝯtabulas. Dicã j̃. e. l. is q̃ ꝯtabulas. ¶ Quæro, qd si testm̃ rũpat̃ p q̃relã. Dic an in totũ vel in p̃te, vt §. sed nec impuberis. l. Papin. de inof. testa. & hic no. in gl. ¶ † Quæro, an id qd̃ dr̃ de exheredatione, sit hodie correctũ? qd vr̃, qa impubes non põt cõmittere cãm ingratitudinis. l. si q̃s in suo. §. legis. C. de ino. test. qd̃ est verũ in impubere, q est doli capax, aliàs secus, vt no. Insti. eo. §. nõ solũ. & hoc tenet Guli. & Old. ¶ † Quæro qd si sit talis p̃teritus, q ñ rũperet testm̃, cũ in eo oĩa alia ꝯcurrunt q̃ reqrunt̃ in pupillari substõne, Certe ꝙ ei poterit substitui pupillariter, nec requirit̃ instõ vel exhr̃datio. Exẽplũ in nepote ex filio emancipato in ptãte retẽto fm iura hodierna, vt plene dixi in l. Gallus. §. & qd si tm̃. s̃. de li. & posth. & sic vr̃ nouus casus quo potuit pupillr̃ substitui ei, qui non est institut⁹ vel exhr̃datus, vt plene ibi dixi. ¶ Itẽ q̃ro, an rupto testõ, ᵈ ex cã p̃teritionis ꝯseruet̃ pupillaris substõ, p auth. ex causa. dixi s̃. ᵉ l. p̃xima. ¶ Itẽ q̃ro, qd si fili⁹ † p̃teritus approbat testm̃, an valeat pupillaris substõ ei facta, Iac. de Aret. dicit ꝙ sic, vt dixi s̃. l. p̃x. per l. filio p̃terito. s̃. de iniusto testam. Hoc ĩtelligo verũ si pupill⁹ ap̃bat tutore autore. l. si ad pupilũ. de authoritate tutor. ¶ Itẽ † q̃ro an id ꝙ dr̃ de filio exhr̃dato, habeat locũ, siue bona siue mala mẽte exhr̃detur, l. multi. s̃. de li. & posth. Gu. de Cug. ꝙ sic: qa lex non distinguit, ergo, &c. l. nõ distinguemus. de arbit. & l. de pretio. de publica. Pro hoc l. cum quidam. C. de leg. & l. ab exheredato. j̃. de leg. j. & l. in rõne. §. fi. ad legẽ Falcidiã. q̃ videtur loqui in exheredato mala mente, cũ ei testõr nihil reliquerit. & tñ p̃t ei substituere. ᶠ Sed dices tu, q̃uo iudiciũ vel testm̃ pupilli cõmittit̃ patri, q eum exhr̃dat mala mente, & sic est sibi inimicus, vñ dẽt reiici iudiciũ patris, sicut arbitri vel iudicis, l. non distinguemus §. cum quidã. ᵍ s. de arbi. & C. si qua prædi. po. l. j. Respon. lex tm̃ de patre confidit, quod non credit, ꝙ filio faciat aliquid nisi ꝓ bono ideo ad petitionem patris filius incarceratur. l. si filius tuus. C. de pa. po. cum nullus amor vincat paternum. C. de cu. fur. l. fi. & l. isti quidẽ, quod met. cau. Dixi tñ ꝓ veritate, qd si p̃ esset adeo turpis persona, vt ei non cõmitteret̃ administratio bonorum filij viuentis, l. fi. C. de senten. pas. & s̃. sol. mat. l. si cũ dotẽ. §. eo. aũt tpe. ꝙ tunc non p̃t pupillr̃ substituere, & multo magis cũ ibi sit maius periculum, facit s̃. vbi pup. educa. deb. l. j. & l. vtilitatẽ. de ꝯfir. tu. qd tene mẽte. ¶ † Octauo, requirit̃ vt sit adita hæreditas, vt valeat substõ pupillaris, vt hic in ver. adeo. Itẽ p edictum, si quis omi. causa testa. vt in ver. plane. fallit in milite, vt l. miles ita. §. fi. de mili. testamen. Item fallit vbi exñtia sui hr̃dis ꝯfirmat tabulas pupillares, l. pr̃. in prin. j̃. de priuil. cred. quam gl. hic alleg. ꝓ ꝯria, & hoc plene examinabo j̃. e. l. si filius q patri. ¶ Quæro, † an aditiõe facta ex tacita vulgari confirmentur tabulæ pupillares? Rñ. si quidem solus pupillus fuit hæres institutus, existentia sui hr̃dis confirmat tabulas pupillares vt dictum est, ideo non est necesse confirmari per aditionem ex tacita vulgari, tenẽdo illam opi. quam tenui s̃. l. proxi. Sed si hẽt cohæredẽ, q ñ repudiat, tũc nõ video qd̃ repugnet quin ꝯfirmẽt̃ p aditionẽ ex tacita vulgari, fm ea q̃ dixi s̃. l. proxi. ĩ quæst. illa, an à tacita vulgari possit ĩcipere testm̃, qd plene dixi.

26 TERTIO principaliter quæro quotuplex † est substitutio pupillaris? Rñ. duplex, alia tacita, alia expressa. Expressa est, quæ fit verbis expressis, tacita, quę fit verbis tacitis seu à iure subintellectis. ꝙ dic vt dixi s̃. in tractatu vulgaris substõnis. De vno posset dubitari, an reperitur pupillaris partim tacita, partim expressa, sicut dixi in vulgari? Rñ. si quæris, an reperitur partim expressa partim tacita, quo ad casus, dico ꝙ nõ possit reperiri: qa hoc solum in vnum casum confertur, s. si intra pupillarem ætatem decesserit, ideo alium casum non potest comprehendere: qa nullus alius casus est. Nã si in parte substituat: in alia parte vr̃ voluisse substõnẽ non valere. l. si ita qs. j̃. eo. Prædicta vera nisi in casu, quem dicam forte j̃. proxi. quæst. Si vero quæratur an reperiat̃ partim expressa quo ad verba dico ꝙ sic, eodẽ mõ quo dixi in vulgari, per easdem leges, & hoc de tertia quæstio.

27 QVARTO † principlr̃ q̃ritur quib. verbis fiat substõ pupillaris? Rñdeo, verba q̃ referuntur ad eum q substituitur sp̃ sunt affirmatiua; illa quæ referuntur ad eũ, cui substituitur sp̃ sunt negatiua seu priuatiua, s. si decesserit intra pupillarem ætatẽ, &c. ꝓut dixi s̃. circa vulgarem substitutionem. Sed ꝯ hoc põt opponi, qa in pupillari substõne dicit, si hæres erit, & intra pupillarẽ ætatẽ decesserit, &c. & illa verba, si hr̃s erit, sunt affirmatiua siue positiua: vt s̃. l. p̃xima, in prin. Rñdeo, illa verba si hr̃s erit, non sunt de substãtia pupillaris. patet, qa p̃t filio exhæredato fieri, & q̃nq; filio p̃terito, vt s̃. vidistis. Itẽ ꝓbatur expresse. C. eod. l. si in testõ. & j̃. eo. l. q libertis. §. hæc verba. & l. cohæredi. §. fi. & l. qui duos. & l. pr̃familias. & l. penul. j̃. eo. ti. & j̃. eo. l. sed & si qs. ¶ Sed quæro, qd **28** † si illa verbaᵇ apponuntur. quia dicit testator, si filius meus hr̃s ʰ erit, & intra pupillarẽ ætatẽ decesserit, talis sit hæres. & filius nõ fuit hr̃s, qa abstinuit, sed intra pupillarem ætatem decessit, an veⁱ niat substitutus ex pupillari? Dico ꝙ sic. ˡl. si pupillus. j̃. de acq. hær. & l. pater. ĩ prin. j̃. de priui. credit. Et fm hoc erit casus, in quo pupillaris substõ est partim expressa partim tacita, quo ad casus expressa, si hæres erit, & intra pupillarem ætatem: tacita, si hæres nõ erit, vel intra pupillarem ætatem, &c. j̃. eo. l. iam hoc iure.

29 QVINTO principlr̃ † quærit̃ᵏ quis sit effectus pupillaris substõnis? Respõ. primus effectus est ꝙ pupillaris cõtinet tacitã vulgarẽ. l. iã hoc iure. in prin. j̃. eo. qd est verũ nisi testõr ꝯriũ senserit expresse vel tacite, vt dixi s̃. circa vulgarẽ. ¶ Secũdus effectus est, qd p eã succedit̃ pupillo, vt Insti. eo. circa pricipiũ. ¶ Quæro **30** ergo † vtrũ trahat̃ ad oĩa bona ĩpuberis pupillaris substõ? Dic aut

ADDITIONES.

a Hoc verum. Adde hoc verum quod poterit substituere quo ad bona, quæ conferret ipse auus miles, & non traheretur dicta substitutio, ad alia bona. l. cum filius. de mil. test. & faciat eo. tit. l. miles ita. §. exhæredato. Et per h. d. Ang. quòd cum filius miles substituit filio suo pupillariter, si talis filius recasurus sit in ptãtẽ aui, tenebit substitutio solũ quo ad bona testantis, & non quo ad alia, per dictum §. exhæredato, & sic poterit esse casus, quod reperiatur pupillus decedere pro parte testatus & pro parte intestatus, si forte auus nullum alium dedit substitutum, & primo mortuus sit frater ipsius filij cui facta est substitutio, secundo auus, & tertio ipse cui facta est substitutio, & hoc propter priuilegium militis testantis, quòd est no. dignum.

b Pom. ¶ Sed quæro. Vide Alex. l. precibus. versicu. quid autem. C. eod. Soci. l. prim. in quarta quæstione 2. effectus, supra eod.

c ¶ Substitutus. Adde fortificando opi. Bar. vltra Ale. nam pater potest facere hæredes necessarios filios, quos ipse filius non posset. l. sed si plures. §. quos possumus. j̃. e. & pater ista potest, quæ concernunt ipsam successionem ratione cuius substitutio pupillaris dicitur testamentum filij, fortius debet posse substituere in testamento minus solenni, cũ hoc concernat simpliciter ordinationem, ratione cuius dicitur testamentum patris, vt l. patris, & filij, Insti. eo. Item facit, quia substõ pupillaris est pars, & sequela testamẽti paterni. c. si pater. de testa. in 6. Vnde nõ debet alia solẽnitas requiri quam in ipso paterno. aliàs turpis eẽt pars, quæ suo non congrueret vniuerso. Itẽ testm̃ patris ẽ principale in substõne accessoria, l. ex pupillari. j̃. e. ergo dẽt sequi naturã sui principalis, & sicut in illo sufficiunt duo testes, similiter in substõne pupillari, arg. l. si ego. §. qd̃ tamen per allu uionem. s̃. de publicia. Et vt meis detur audacia scriptis, hæc fuerũt verba Pa. de Cast. consi. 353. vbi dicit nõ eẽ ĩ iudicãdo, nec cõsulẽdo à s̃nia Bar. recedendũ. Sed an stãte statuto, quod mater transiens ad secunda vota nõ succedat filiis nisi ab eis fuerit hæres instituta, si mater quæ pupillariter fuit substituta filio transiuerit ad secunda vota, debeat succedere tanquam instituta à filio, ex quo, quo ad successionem est testamentum filij, Bal. voluit quod sic, con. 441. lib. 1.

d Conseruaretur. Vide Pau. de Cast. in d. auth. ex causa. Bal. consi. 113. 3. vol. Rom. consi. 181. Bal. consi. 407. 2. vol. in fi.

e Barb. ¶ Item quæro. Contrarium tenet hic Ang. tu tene opi. Bart.

f Barb. ¶ Sed dices. Et & hoc p̃t cõtingere pp̃ rigorẽ ptãtis patriæ, per l. ĩ suis. de li. & posth.

g Bar. ¶ Respõd. Ang. hic tenet cõtrariũ: qa oĩa indistĩncte loquũtur, ergo indistĩncte intelligi dẽt, & qa si mala mente exhæredet, p̃t substituere pupillariter, & ad l. si cũ dotẽ. §. eo. aũt tpe. respondet, quod facit ꝓ eo: qa ibi nõ interdicitur patri turpis, & inqnatę vitæ petitio dotis, seu eius administrõ, qa si viueret põt cõsumere. Sed ĩ casu nostro cessat iste timor: quia mortuo patre admittitur substitutus, ergo. &c. Tu potes dicere ꝙ aut patri est interdicta bonis, & tũc non potest, qui & ipse impeditur testari, & sic procedat opi. bar. Aut nõ fuit interdictum: quia non tam turpis vitæ, & tũc procedit opi. Io. And. quia si non impeditur testari pro seipso, nec pro filio, quod bene not.

h Paris. ¶ Et illa verba. Vide consi. 16. inci. Ioannes quidam vitalis. in prin.

i ¶ Dico ꝙ sic. Adde ꝙ idem tenuit ang. §. fi. j̃. eo. l. & imo. hic, & in c. Ray. in materia pupillaris: & ꝓ hoc adducit imo. qa illa verba nõ videtur apposita ad limitãdũ: sed qa forte abominatur aliũ casũ nominare. s. ap̃tarię: vt l. quis. vers. ꝙ abominor. C. eo. vel forte, quia mortis cogitatione turbatus vlterius nõ potuit cogitare: arg. l. hac consult ssimæ. § at cum huma. C. qui test. fa. poss. Et hanc opi. firmat bal. insti. de vulg. subst. in prin.

k Paris. ¶ Principaliter quęritur. Vide multa mirabilia per Bulg. in sua disputa.

aut quis substituit filio adoptiuo,& dic,vt l.si arrogator.ṡ.de ado. a & ĵ.e.l.sed si plures.§.in arrogato.aut filio legitimo & naturali,& tunc aut fuit paganus,& trahitur ad omnia bona pupilli vndecunque quæsita, l.sed si plures.§.ad substitutos.ĵ.eo.Aut fuit miles,& tunc potest ad certa bona trahi, & ad certa non ex militis voluntate,d.§.ad substitutos. Si vero substitutio fieret filio naturali tm̄, non legitimo, non valeret, quoniam eum non habet in potestate.vt hac l.in prin.& vt ṡ.vidistis.¶Tertius effectus est,quia†pupillaris expressa excludit matrem,b & alios ascendentes præteritos,quos ipse filius preterire nō pōt:l.Papinianus.§.sed nec impuberis.ṡ.de inof.test.& C.e.l.precibus.& l.Lucius.ĵ.e.Sed circa hoc insurgūt dubia.Primo dubitatur,an hoc sit verum hodie.De hoc sunt tres opi.Ia.de Are.& Mar.Sil.dicunt,quod mater hodie non excluditur per l.humanitatis.C.e.vbi exemplaris,q̄ est introducta ad exēplū pupillaris,matrē nō excludit.¶Scd̄o,quia olim pr̄ matrem precedebat in filij successione,l.2.§.obiicit.ĵ.ad Tertul.eadē rōe substitutus ab eodem:sed hodie secus,vt in auth.defuncto.C. ad Tertul.&sic leges antiquę sunt correctę.Secunda opinio est,ꝙ etiam sit hodie idem quod olim , quia euitanda est legum correctio.Et hoc tenent Dy.Ia.de Arc.& Cy.C.e.l.humanitatis.Idem tenet Bartolutius de Patris,& inducebat l.cum quidam.q̄ sequitur post l.humanitatis.C.e.ti.q̄ lex pmittit frēm fratri substitui,nō aūt præcepit & tñ ꝯstat ꝙ frater hodie succederet ab intestato cū parē te sicut mater percipit,vt d.auth.defuncto.Tertia fuit opi.Guil.de Cug.qa dicit ꝙ mr̄ hodie,debet habere lĩmam ꝯdõem ex lege, ꝑ aut.presbyteros.C.de epi.& cler.licet per multa verba dicat.¶Videte,nō curo de istis opinionib.quia præcedens opinio,ꝙ istæ leges nō sint correctæ est vera:itē canonizata c in c.si pater.in fi.ext. de testa.lib. 6.quæ est lex nouissima. Non obstat l.humanitatis.qa ibi loquitur in exemplari,quæ differt à pupillari,vt dicam.ĵ.e.l.ex facto.Non obstat rō allegata per doc.istos:qa prælatio in successione non est causa substōnis,sed prima potestas:alias sequeretur quod ēt mr̄ de iure antiquo posset substituere,qñ ē sola,qm̄ ipsa mr̄ succedit.Itē hodie posset pr̄ instituere solū in dimidia, qd est absurdum.Vlteri⁹ quærit,†qd de pupillari tacita,an tacita pupillaris excludat matrē:Rñ.gl.oēs tenent,ꝙ nō,l.vlt.C.de inst.& substit.& l.precib.C.e.ti.Predicta vera in tacita pupillari subintellecta iure.l.iam hoc iure.in prin.ĵ.e.ti.& sic nullo mō fuit expressa. Sed si nos loquimur de tacita pupillari speciał'r , quæ expressa est verbis gñalib.vt illa q̄ ꝯtinet in reciproca, vel alia q̄ continetur in cōpendiosa,dicemus ĵ.e.l.centurio.& ĵ.e.l.Lucius. vbi est alia materia.†Vlteri⁹ q̄ro d qd de pupillari partim tacita,partim expssa,vtrū matrē excludat:Rñ.si qdē est partim expssa,partim tacita,quo e ad verba matrē excludit.Rō:qa ex verbis testōris ista substō ꝯprehenditur,sicut dicimus in ea quæ in reciproca ptinet,vt ĵ.e.l. Lucius.Sed si nos queramus de ea,quæ partim est expressa,partim tacita quo ad casus,vt ṡ.dixi,dico idem.Si enim testator voluit matrē excludi in vnum casum.s.si filius hæres erit,&intra pupillarem ętatē decesserit,eadē rōne ex coniecturata mente defuncti,voluit eam excludi si hæres non erit,& intra pupillarem ętatem decesserit, vt ĵ. diceť cū tractabitur de ꝯiecturata volūtate defuncti circa f tacitā substōnem.¶Sed circa hoc dubitatur,tacita pupillaris†nō excludit matrem:sed an excludat prēm:V.g.Auus fecit substōem vulgarem nepoti in potestate retento ex filio emancipato,an tacita g pupillaris excludat patrem illum emancipatum , Videtur ꝙ sic,quia de matre lex tantum loquitur,l.precibus.C.e. ergo nō refert ad patrē,l.si vero.§.de viro.ṡ.so.ma.Et hoc quia leges quæ loquuntur de mulierib.non extenduntur ad mares.l. pen.& ibi no. ĵ.vt in pos.leg.in contrarium vr̄ & est veritas.Quæ enim est ratio h ꝙ tacita pupillaris nō excludit matrem. Ratio potest esse duplex. Vna quod per vulgarem succeditur testatori defuncto,per pupillarem succeditur ipsi pupillo,vt insti.eo.circa principium.licèt ergo testator prætulerit extraneum matri pupilli in substōne ipsius testatoris, non est tamen verisimile quod voluit præferri extraneum in substōne ipsius pupilli,& matrem excludere à luctuosa substōne filij pupilli,vt C.de inst.& subst.l.fi. vbi probatur prædicta ratio. Alia ratio h est ꝙ mater præterita ab ipso filio impubere haberet querelam,sed nunc quandoq; pater facit filio testamētum,excluditur à querela,d.l.Papinianus.§. sed nec impuberis.de inof.testa.Vnde noluit lex per suam interpretationem excludere matrem à querela,si testōr eā nō excludit expresse.Sed istę rōnes hñt locum ĭ patre,sicut in matre,l.furiosæ.ṡ.de cur.fur. ergo,&c. Quinimo est maior rō in patre,q̄ filius est testatoris,& sic non est verisimile alienam sobolem suæ voluisse præferri,&c.l. cum acutissimi.C.de fideic.& l.generaliter.de inst.& subst.&l.cum auus.ĵ. de cond.& demonst.Non obstat l.si vero.§.de viro.quia verum est ꝙ lex non debet extendi ad alios casus, etiam eandem rationem habentes,quando lex est ꝯ ius cōmune,vt dixi in d.§.de viro. Sed i istud i ꝙ tacita pupillaris non excludit matrem,non est ꝯ ius cōe, vt dixi, qñ aliud statutū in contrarium non reperimus.nō obst.l. pen.ĵ.vt in pos.leg.quia ibi est diuersa ratio inter mares & fœminas.¶†Vlterius quæro an tacita pupillaris excludat auiam:Videtur ꝙ sic,quia de matre hic loquitur,ergo,&c. vt d.§.de viro. Pro hoc facit l.patri.& l.sic eueniet.ĵ.de adult.In contrarium vr̄,& ista est veritas,qd̄ tacita pupillaris nō excludit auiā:qa matre mortua, auia assumit sibi locum matris.l.nepotes.& l.vbi. C.de suis & legiti.Item quia par est priuilegium matris & auiæ in tutela.C.quādo mulier tut.offi.fungi pot.in corpore,vt l.ma.& auiæ.in princ. Pro hoc ĵ.ad Tertul.l.2.§.si mater.coniuncto vers.quid si nepotibus,vbi apparet ꝙ constō que loquitur de matre,habet locum in auia,quæ tutores nepotibus nō petiit.Ad argumentum contrarium patet responsio ex his quæ dixi ṡ.& hoc tenet Gul.de Cug. & dominus Ray.& hoc puto verum.k l†Vlterius quæro an tacita pupillaris excludat fratrem m pupilli:Videtur ꝙ sic,quia de matre lex tantum loquitur,ergo,&c.vt in dicto §.de viro. Præterea est eadem ratio in fratre,quæ est in matre,quoniam frater nō habet querelam,nisi prætereatur ab alio fratre instituta turpi persona,vt l.fratres.C.de inoffi.test.Quid dicemus:Gul.de Cugn.tenet contrarium ex presumpta voluntate defuncti,quæ est,vt voluerit filium suum præferri cuilibet exñeo.argu.l.cum acutissimi. C.de fideicommi.& de institutio.& substō.l.generaliter,& l.cum auus. de condōnibus, & demonstration.dominus Ray.dicit:ꝙ idem in fratre vtrinque coniuncto, sed si est frater coniunctus ex vno latere tantū,tunc secus dicit:quia non est eadem rō quæ est in matre:quia mater ei prefertur in successione,vt in auth.defuncto.C. Ad Tertulli.Videte primo dictum Gul.de Cug.quia intelligo qñ exñeus fuit substitutus vulgariter pupillo in fauorē filij testōris, & fratris pupilli,cui forte multa legata & fideicōmissa relinquit, nec eum voluit grauare oneribus hæreditariis:aliàs ponēdo simpliciter exñeum esse substitutum vulgariter pupillo,eadem rōne qua pater exclusit filium suū à successione ipsius patris.l.scripto. in fi.vnde liberi.videtur ipsum exclusisse à successione pupilli,vt ĵ.dicam,in fine qō.Item dictum domi.Ray.qui dicit quod hoc habet locum in fratre vtrinque coniuncto , secus si ab altero tantū parēte intelligo,s.matre tñ.Nā si esset tñ ex patre, adhuc stat rō Gul.l.cum acutissimi.C.de fidei.cum si.Nec obst.si dicis quod nō est eadem rō q̄ in matre,imo est eadem rō quæ in matre,s.vna ex rōnibus,s.præsumpta voluntas defuncti,†& ex pluribus rōnibus sufficit vnam subesse.l.si ventri.§.in bonis.ĵ.de priuileg.credito.& Inst.de nu.§.affinitatis,& l.liberorum.ṡ.de his qui notantur infamia.cū suis gl.Ista autem præcedens rō ꝑt intelligi qñ ipse idē frater est substitutus vulgariter:quia tūc ipse idē succederet ex tacita pupillari,nec tractam⁹ an ipse excluderetur à seipso,& iō dixi qd tacita pupillaris nō excludit matrē,& quosdā alios.†Quæro,qd si ꝓbeť ꝙ testōr voluit matrē excludere vigore tacitæ pupillaris: m gl.rñ.ꝙ mr̄ excludiť m ꝑ legē in testō.in fi.C.de testō militis.Hoc no.gl.in l.precibus.super verbo omnimodo.C.e.& bene dicit.Ad idem facit lex iam hoc iure.infrà cod. Sed dices,si voluntas defuncti probatur,ergo non est tacita pupillaris , sed est pupillaris expressa.Respon.non est verum,immo nullam mentionem facit de pupillari,& tamen de præsumpta voluntate potest aliquibus legitimis coniecturis constare , vt infrà declarabo per exempla.

ADDITIONES.

a Barb.¶Aut filio.Et ratio est secundum Ang quod sicut institutus in re certa trahit ad se vniuersum:vt in d.§.si ex fundo,ita hic.

b ¶Excludit matrem.Adde quod opi.Bar.optime probatur in l.sed si plures.§.ad substitutos.ĵ.eo.& ibi Bál.& Imo.prædicta contendunt esse vera,etiam quo ad bona quæ obuenissent ex pupillo ex linea materna,& circa hoc vide quæ no.Bal.in d.l.precibus,in versic.pone ergo,& in l.humanitatis.C.eodem,& in repe.d.c.si pater.& idem tenuit Bald. conſ.111.1.vol.

c ¶Canonizata.Vide per Bal.conſ.219.lib.j.inci.Petrus Amandi.& ibi de exemplari.quando excludit matrem & quando pupillaris est omnino tacita,& substitutus sit pater testatoris,vel pauperes Christi,an excludunt matrem,& tene ꝙ sic.

d Paris.¶Vlterius quæro.Vide Io.de ana.conſ.66.

e ¶Partim expressa.Vide Io.de ana.conſ.66.

f ¶Sed circa hoc. In contrarium fortiter facit:quia si auus cum excludit patrem à prima hæreditate per vulgarem factam nepoti,ita videtur quòd mens sua fuerat multo fortius excludere ipsum ab ipsa hæreditate impuberis,potes dicere,hoc debet limitari quando extraneus fuit substitutus vulgariter:quia fuerat multum grauatus , prout in simili tangitur in quæstione illa , an tacita pupillaris excludat fratrem pupilli. Vel dic secundo, quòd non est eadem ratio in portione delata nepoti per auum , & in hæreditate ipsius nepotis.

g ¶An tacita.Vide Bald conſ.177.& 184.2.vol.per ang.conſ.97.

h ¶Excludat patrem.Adde quòd opin.bart.sequitur Guil.de Cun.in l.precibus. in materia vulgaris,qui solus limitat non procedere quando pater impuberis fuisset ab vno mala mente exhæredatus,allegat in arg.§.exhæredatos.in auth.de hæred.& Fa.c.& l.si patronus.§.si quis non mala mente.infrà,de bon.lib.& hanc modificationem sequitur Salic.in d.l.testamento.& cum opinione Bar.tenuit etiam Pau.de Cast.in l.fi.C.de insti.& subst.

i Pom.¶alia ratio.No.quòd Bar.hic tenet,quòd tacita pupillaris non excludit fratrē. contrarium tenet Iaco.Butr.in d.l.precibus.C.eo.quia non est eadē ratio in matre & fratre: quia matri debetur legitima,non autem fratri,& ista placet domino meo.

k Barb.¶Sed istud.Contra hanc theoricam facit c.constitutionem.de regula.in vj.& vide dominum meum in d.§.de viro.

l ¶Et hoc puto verum.adde quòd idem tenuit Gul.de cu.in d.l.precibus.& Rayn.in tract. substitutionum,in materia pupillaris.ang.in l.precibus.& ibi Sal.& Imol. in dict. c.Ray.

m ¶Excludat fratrem, Adde quòd Imol.hic refert iac.butr.in l.precibus.indistinctè tenuisse fratrem excludi,ex eo, quia non est eadem ratio in fratre cùm matri debeatur legitima in bonis filij,sed non fratri in bonis fratris,ideo statuta in matre nō trahuntur ad fratrem.l.fi.C.de interd.matr.& tenet imol.hic.& in d.c.Ray.idem tenet Raph.cum. in l.hoc iure.ĵ.eod.Salic.in l.fi.C.de inst.& subst.transit cum Bart.Alex.dixit,quòd fortasse verior est opinio,quòd iste frater impuberis,quando est de descendentibus testatoris, debeat non obstante tacita pupillari,excludere substitutum,iisdem rationibus , quibus in proximis duabus quæstionibus præcedentibus excluditur per auiam , & patrem substitutus. Nec obst.quòd qua ratione fuit exclusus ab hæreditate paterna,& eadem ab hæreditate fratris:quia non præsupponimus filium hic fuisse exhæredatum,nec exclusum,seu ei relictum fuisse quod debeatur.Nec præsumendum est testatorem voluisse præponere sobolem extraneam propriæ,per rationem generalem,d.l.cum acutissimi.

n ¶Excluditur.adde Bart.idem tenentem in d.l.fin.C.de instit.& subst.vbi dicit , quòd ille tex.hoc probat,licèt glos.in l.precibus,non fuerit de illo tex.recordata. Idem tenuit bal. in l.Centurio.ĵ.eo.vbi dicit Cy.ita tenere in l.ex testamento.C.de testa.milit.& vide Bal. conſ.208.j.volum.

39 pla ¶ † Quæro ergo reuoco in dubium, quot testes b requirūtur a ad probandum istā voluntatē defuncti? Videte, determinatio isti⁹ b qōnis pendet ex quadam dubietate. Quidam enim dicunt, ꝙ q̄n mater est in medio vulgaris expressa non continet eam, & hoc videtur sentire gl. C. eod. l. precibus. Alij dicunt ꝙ vulgaris expressa bene contineat tacitam pupillarem, sed ꝯ matrem non habet effectum, & ista est vera, vt examinabo ȷ̃. eo. l. Centurio, vbi gl. tangit. Sed si hoc est, ꝙ contineatur tacita pupillaris, licèt nō habeat effectum ꝯ matrē, ista ꝓbatio fit ad declarationē huius volūtatis. s. huius tacitæ pupillaris cōtētę in expressa vulgari, & probatio declaratoria pt̃ fieri per duos testes, l. heredes palam. §. sed & si notā, s̃. de test. & ibi per gl. & Dy. Sed si teneremus aliā opinionem, s. ꝙ non continetur, tunc ista probatio fieret ad inductionem nouæ volūtatis, non ad declarationē, iō requruntur septem testes, per ea quæ no. in d. §. sed & si notā. Teneas præcedentē opinionē, per ea

40 q no. in l. Centurio. ¶ † Quæro ex quibus præsumatur ista voluntas c defuncti, ꝙ voluerit matrē excludi ꝑ tacitam pupillarē? R̄n. ex quatuor pricipal'r. Primo ex his q̄ testōr dixit ex̄ testm̄. Scdo ex his q̄ dixit in testō. Tertio ex cōdōne matris & similium ꝑsonarum, de qbus excludendis tractatur. Quarto ex conditione ꝑsonæ ei⁹ q est substitutus. ¶ Videamus de quolibet. Dixi, primo ex his quæ d testator dixit ex̄ testm̄ d quid enim si ante dixerit, si filius moriet̄ nōllē ꝙ mater eius haberet vnū obolū, vel similia verba? Certe vr̄ sufficere, argumen. ad hoc s̃. tit. j. l. quoties. §. j. & ꝙ ibi no. Ad idē ȷ̃. de leg. j. l. si quis in fundi vocabulo. Pro hoc l. Titia. §. idem rn̄. ȷ̃.

41 de ver. ob. cū suis simili. ¶ Secundo pōt † apparere ex verbis positis in testō. Quid. n. si testōr matri pupilli reliquit aliquid, & iussit eā esse ꝯtentam, vt plus de bonis suis petere non posset? In h. d. Gul. si quidem illa verba fuerunt adiecta legato relicto ab ipso pupillo, tunc matri non præiudicatur in successione quæ venit post mortem pupilli, vt l. Paulo Callimacho. §. j. ȷ̃. de leg. 3. sed si illa verba essent adiecta in aliquo legato relicto à substituto pupilli, tūc secus. Præsumitur. n. ꝙ voluit substitutum matri præferre, l. peto. in princ. de leg. 2. Pro hoc facit l. fideicommissa. §. si quis ita. ȷ̃. de leg. 3. & quod ibi dixi vobis, quod puto verū. ¶ Sed quid si e testa- f tor † reliquit vxori suæ aliquid, donec vitam vidualem seruauerit,

42 & ipsa transiuit ad secunda vota, an ex præsumpta voluntate defuncti, sicut per transitum ad secunda vota ab ipso relicto priuatur, ita excludatur à tacita pupillari? Videte, pro futuris annis illud fideicommissum, vt legatum annuū pt̃ deberi substituto pupilli, sicut ab ipso pupillo, l. si fundum sub cōditione. §. si pater. ȷ̃. de leg. j. & l. non solum. §. liberatio. ȷ̃. de liber. lega. & ideo sicut per transitum ad secunda vota testator voluit eā eo relicto priuari, etiā in persona substituti seu alterius hæredis pupilli per cursum, & successionem temporis, eadem ratione præsumitur ꝙ voluerit eam per transitum ad secunda vota excludi à tacita pupillari. ¶ Tertio

43 potest probari † ex conditione personæ matris, & consimilium personarum, de quibus excludendis tractatur, vt ecce, quid si mr̄ erat inimica testatoris: quia forte habuerat commerciū cum vno scholari, vel scriptore, & sic multum eum offenderat. Certe præsumam eum voluisse ipsam excludi à tacita pupillari, l. 3. in fi. & le. ex parte ȷ̃. de adimen. lega. & l. si inimicitiæ, ȷ̃. de his quę vt indig. Et hoc etiam tenet Gul. ¶ Item quid si mater non est capax hæreditatis pupilli: quia tutorem pupillo non petiit. Certe perinde est ac si non esset mr̄, vt l. 2. in fi. ȷ̃. ad Tertullia. & l. j. §. pe. ȷ̃. de ꝯtab. & ibi dixi. Idem esse dicendum, si post mortē testatoris aliquid inho g nestum fecisset, vt no. in l. fideicommissum. C. de fideicommis. &

44 l. sororem. C. de his q̄ vt indig. ¶ Quarto dixi, † quod ꝓbatur h ex h condōne personæ substituti. Pone. n. quod frater pupilli filius testatoris, est ipsi pupillo substitutus vulgariter, certe tacita pupillaris excludit matrem: quia præsumptio est qd testator voluit filiū suum vxori præferri, argum. l. cum acutissimi. cum similib. C. de i fideicommi. Et hoc videtur sentire gl. in l. precibus. i C. eo. circa fi. vltimæ gl. hoc ēt vr̄ sentire Azo in summa eo. ti. Et hoc videt̄ sentire Iac. de Rauen. & plures alij in l. fi. C. de institutionib. & substitutionibus. quod multum mihi videt̄ consonū volūtati defuncti. Facit ad hoc l. peto. §. fi. ȷ̃. de lega. secundo. Facit ēt l. Lucius. s̃. tit. j. & l. gn̄al'r. C. de institutionib. Prædicta vera in fratre pupilli. secus in fratre testatoris patruo pupilli, fm̄ Gul. de Cu. l. 3. 2. responso. ȷ̃.

45 de le. præstan. ¶ Sed qd † de matre k defuncti. Quid si mater defun k cti est substituta vulgariter pupillo? Dicit Gul. per Cu. idem ꝙ in filio pari rōne, qm̄ ab intestato pariter succederet pupillo, sicut filius testatoris pupilli frater, vt in auth. defuncto. Item qa est de parentibus, arg d. l. 3. post prin. de leg. præstand. ita dicit Gul. quod sa

46 tis placet. Quintus effectus † pupillaris substitutionis est, ꝙ pater facit filio hæredem suum, & necessarium, quē. s. facit sibi, vt ȷ̃. ea. l. §. prius. in fi. & l. sed si plures. §. quos possum. ȷ̃. eo. ꝙ tene mētē. Est tamē vtile scire. Nā puto qd exītia sui hæredis in illo pupill'r substituto operet̄ trāsmissionē hæreditatis pupilli nō aditæ, sicut h̄ditatis paternæ eadē ratione, vt dicemus ȷ̃. eo. l. si filius qui patri. VLTIMO principaliter est vidēdū, qual'r finiat̄ substō pupillaris. Istam materiam ponit glo. tua in l. in pupillari. ȷ̃. eo. ibi dicam.

ADDITIONES.

a Pom. ¶ Quæro ergo. Vide Alex. cons. 100. in 2. col. 4. vol. & sic probatio testamenti nulliter valet inter liberos, vt per bar. in l. fi. C. fam. erciscun.

b ¶ Testes. adde ꝙ cum bar. concordat bal. in l. precibus. in 5. qōne. C. e. vbi etiā tangit ang. & Sal. in l. quamuis, C. eo. per bar. & Imo. in c. Ray. de testam. & in d. l. in testamento.

c Pom ¶ Ex quibus præsumatur. Vide de omnibus istis coniecturis ale. cons. 91. in 4. vol. & cons. 100. aliàs 10. in 4. vol, Ant. de Butr. cons. 54 ale. in l. precibus, in gl. in verbo, omnimodo, C. eo. vbi ponit aliam coniecturam contra limitationem ang. ibi, s. quando esset substituta pia causa, Et hoc communiter tenetur secundum Io. Bap. ibi, & ita tenet ale. in cons. 38. in 1. vol. & cons. 56, in 2. vol. & cons. 12. & cons. 92. in 3. vol, quam limitat Are. cons. 155. licèt doct. indistincte teneant illam coniecturam ang. vide tamen Corn. ibi tenentem contrarium, & opinio, ang. tenuit bar. cons. penult.

d ¶ Extra testamentum. Adde ꝙ bal, in l. precibus dicit quod sic, si dicta verba protulerit, post conditum testamentum, per l. hæredes palam, in prin. & in §. si quis post, s̃. de testa. Idem Imo. ī d. c. Ray. faciēs mētionē de verbis bal. in l. ꝑcib. Adde qd voluit. Old. cons. 197.

e ¶ Sed quid. Adde quod cum bar. hic transit bal. in d. l. precib. & ibi ang. & Sal. & dicit bal. in d. l. precib quod si testator dixerit quod volebat matrem impuberis habere decem, si non nuberet, & nubat, nedum legato, sed hæreditate pupilli priuabitur, quia si noluit eam habere legatum si nuberet, multo fortius nec vniuersam hæreditatem, vt ibi latius per eum, & pulchre per bal. cons. 218. s̃. all. 1. vol. vbi dicit quomodo apparet quod testator voluerit matrem excludi.

f Pom. ¶ Si testator. Vide ale. cons. 12. in 2. vol.

g ¶ Inhonestam. Adde quod forte verum est dicere, quod non excludatur ex testatoris voluntate: quoniam illa est iam finita per mortem, l. 3. s̃. loca. & l. si ita legatum, §. illi si volet. de le. 1. sed bene poterit auferri ab illa, tanquam ab indigna, & applicari fisco, per ea quæ habentur in l. sororem, in gl. C. de his qui. vt indig. & in l. hæreditas, eo. tit. & hoc tenuit Fran. de Ramp. in l. post aditam, & in l. precibus, C. eo. vt refert, & sequitur Imo. hic, & Imo. in c. Ray. all. no. per Bar in l. 1. de his quib. vt indig. & idem quod Imo. sentit Bal. in d. l. precibus, & cum opi. Imol. transit ale.

h Pom. ¶ Quod probatur. Vide Bar. consi. 23.

i ¶ Gl. in l. ꝑcibus. Vide q̄ ibi posui, & inquātū Alex. hic dicit, ꝙ apparet, quod testator voluerit excludere matrem, cum substituit pauperes Christi. Vide Cal. consi. 17. de testa.

k Pom. ¶ Quid de matre. Vide Alex. in l. precibus, in vlt. col. C. eo. titu.

Paris. ¶ Sequitur anto. de Butr. consi. 3. prope fin.

1 Fideicommissum, vel relictum a substituto exhæredati quando valeat.

2 Institutus quando adiuit hæreditatem, & eam post repudiauit, post restitutionem in integrum substitutus vulgaris poterit adire de iure ciuili.

§. Interdum. Institutus cogitur adire pp̄ fideicōmissum debitum in secundis tabulis. Itē aditio facta ex vi restōnis in integrū firmat tabulas pupillares. h. d. Et diuidit in duas partes, & q̄libet pars habet duas lect. In prima parte tene scdam lec. in scda pte tene lec. primā. No. tex. improbum esse, &c. Secunda pars ibi, ergo, &c. ¶ Opp. ad prin. §. & vr̄ † qd fideicommissum, vel relictū a substituto exh̄dati nō valet. l. coh̄rdi. §. cū filiæ. in fi. ȷ̃. eo. l. plane. ij. circa prin. ȷ̃. de leg. j. Rn̄. fateor ꝯrium, nisi substitutus exh̄dati sit īstitutus ab ipso testōre. l. ī rōne. §. fi. ȷ̃. ad le. Fal. & l. q fundum. §. q filios. e. ti. Habuistis ī l. fi. in prin. ȷ̃. de leg. iij. & iō posui hic casum, qd fuit substitutus exh̄dato ille q fuit institutus a patre, q̄ est secunda lect. posita in glo. licèt prima lect. sit falsa. vt ex prædictis apparet. Vide gl. q̄ incipit. Titius. ibi, idē si eundem, &c. Hic incipit secunda lect. q̄ est vera, sed præcedēs est falsa. Vel vt cessent oīa ꝯria, possumus ponere casum qd filius non fuit exh̄datus, sed fuit institutus dato sibi coh̄rde ex̄neo. Vnde existētia sui h̄dis nihil operat̄. hinc oportet ꝙ hæres cogat̄ adire pp̄ tabulas pupillares & fideicōmissum relictū in eis. Et hæc est tertia lect. posita hic in gl. ¶ Itē opp. & vr̄ ꝙ quis sit sollicitus de h̄ditate viuentis: vt in auth. ꝯ cum rogatus, C. ad Treb. & l. cū Archemidoram. C. vt in poss. leg. dn̄t qdam, illud ꝓcedit ex voluntate testātis, sed certe hoc non procederet ex voluntate: quare dic, ibi agitur de h̄ditate testatoris mortui. sed hic de hæreditate pupilli viuentis fm̄ Dy. & Iac. de Are. & Old. ¶ Venio ad fm̄ versiculum, dr̄ hic qd fuit restitutus adeundæ h̄ditatis cā, quæro ad quid fuit restitutus? Dn̄t qdam qd fuit restitutus, vt adeat, & sic confirmantur tabulæ pupillares. Alij dn̄t, qd fuit restitutus, vt abstineat, vel repudiet, & fm̄ hoc cōfirmatur vulgaris substō, vt substitutus vulgariter possit adire. Ista lect. licèt sit in se vera, vt s̃. de mino. l. & si fine. §. sed qd Papinianus, tn̄ q̄tū ad nostrū §. non est vera: quia hic dicit, secundis tabulis, & sic loq̄t de tabulis: sed substō vulgaris est primę tabulę testatoris, licèt sit secūd⁹ grad⁹ tenēdo scdam lect. ¶ Opp. de l. & si sine. §. sed quod Papinianus. s̃. de minori. Sol. dicit gl. hoc verū in liberto substituto, in seruo aūt distingue, vt ibi, & plene. ¶ Vltimo §. iste vr̄ casus † vnius qōnis, aliquis adiuit hæreditatē, & repudiauit per restōnem in integrum, quæro vtrum substitutus vulgariter possit adire de iure ciuili, vel an habeat necesse petere fm̄ tabulas? Et vr̄ ꝙ habeat necesse petere fm̄ tab. qa primus remanet hæres de iure ciuili. l. ei soluēdo. suprà tit. j. ergo secundus eodem iure hæres esse non potest, & sic habet necesse venire de iure ꝓprio. Et hoc vr̄ sentire Vltramontani. & Cy. sequendo eos in l. qui se patris. C. vnde liberi. pro hoc vr̄ esse casus in §. isto, ibi dum dicit prętor, &c. Contrarium est verum: quia etiam de iure ciuili potest adire. l. j. §. si quis adita. & ibi dixi ȷ̃. ad Tertul. Tetigi in l. j. s̃. eod. in tractatu vulgaris substitutionis. Ad hunc tex. respondeo: quia fateor quod potest petere fm̄ tabulas, non tamen per hoc prohibetur adire de iure ciuili. ad contraria responde, vt dixi in d. §. si quis adita, & s̃. eod. l. j.

1 Ordinis conuersio, quando vitiat substitutionem.

2 Conuersio ordinis quare non vitiat substitutionem factam filio instituto, & tamen factam exhæredato sic.

3 Libellus, peto cogi, & compelli, & ad prædicta condemnari an valeat.

4 Ordo quando attendatur, & primo circa producendam aliquam rem in esse.

5 Ordo omissus quando habeat vitiare.

6 Ordo temporis quando attendatur, vt inducat prælationem in tempore.

7 Ordo scripturæ vel locutionis quando inspiciatur, vt ex eo aliquid præsumatur.

§. Prius. Si aliquis substituat filio exh̄dato dēt pri⁹ h̄dē scribere, alias substō vitiatur, sed si substituat filio īstituto, ordo

to, ordo nō attenditur. h. d. vsque ad fi. ¶ No. tex. ibi vsq; adeo. † dr̄ hic, ꝙ cōuersio ordinis vitiat substōnē, ꝯ. j. pxi. §. Dicūt qdā ꝙ iste §. p sequentē corrigit. Certe non est verisimile qd statim iurisconsultus se corrigat. l. nō ad ea. ꝟ. de ꝓd. & dē. Alij dicunt, hic de rigore, ibi de æquitate. Certe est idem dicere qd corrigere. Quare gl. dicit, hic loquit̄ qn̄ substō sit filio exhrdato, ibi qn̄ filio instituto. Quidā doc. Vltramōtani dicentes, qd nō videt rōnē huius gl. dn̄t, aut substō fit diuersis temporib. & hēt locū ēt iste §. Aut fit eodē tpe, & eodē ꝯtextu, & tūc hēt locū sequēs §. & hoc tenet Pet. & vr̄ hoc tenere gl. in l. si qs eum. §. j. ꝟ. e. Certe inquantū dicit qn̄ testm̄ fit diuersis tēporib. dēt seruari ille ordo, dicit verum: sed inquātū dicit qd hic §. nō hēt locum qn̄ fieret eodē tpe, male dicit. Primo ꝯ gl. j. huius §. scdo ꝯ tex. dicit. n. scriptura, in singulari numero, & sic innuit ꝙ erat eadem scriptura eodē tpe facta, nō diuersis: & ꝟ. dicit, vnū testm̄, & sic vno tpe factū. Teneamus ergo solonem glo.

2 ¶ Quæro, † q̄ est rō diuersitatis, vtrū substō fiat exhrdato, vel instituto? Dicūt quidā: qa qn̄ pr̄ exhrdat, filio non facit qd dēt, & iō dēt plus astringi. Sed nihil est dicere: qa forte facit ꝙ dēt exhrdādo filiū ex iusta causa, quare puto esse rōnē, qn̄ pr̄ instituit filium, & ei substituit, siue ꝓcedat substō, siue sequatur, fm̄ ordinem scripturę sp̄ sequitur substō, & ꝓcedit instō, fm̄ ordinem intellectus, vt ꝟ. proxi. §. ideo satisfactum est rescripto Imperatoris qd requirit instōnem præcedere, sed qn̄ filius fuit exhrdatus, non pōt dici qd instō precedat fm̄ ordinem intellectus: ideo substō vitiatur: qa est omissus ordo.

3 ¶ Et hoc facit ad † qōnem, Dico in libello peto eū cogi, & compelli, & ad ꝓdicta condemnari. Vr̄ ꝙ talis libellus non procedit, quia primo petit executionē, quā sn̄iam. Certe immo procedit: qa fm̄ ordinē intellectus primo petit sn̄iam quā executionē, vt hic, & l. tale. ꝯ. tit. j.

4 Vlterius op. † dr̄ hic [a] ordo dēt attendi, ꝯ in l. ambiguitates, & l. præposteri. C. de testa. & l. nec. n. de sol. l. quidam. ꝟ. de pecu. leg. & Insti. de leg. §. ante hæredis. Gl. dicit, quòd ad alia non curatur ordo, vt in ꝯriis. Sed certe ista solutio n̄ habet intellm̄. Alij, vt Dyn. in l. nec. n. de solu. dicunt aut apparet de mente disponentis, & non curatur de ordine, vt in contrariis. aut nō constat de mente testantis, & tūc ordo debet attēdi. l. quoties. de vsufr. sed per hoc nō est responsum ad hanc legē: quia hic apparet de mente, & tn̄ ordo attenditur. Alij vt Cy. in l. præposteri. C. de testa. dn̄t aliter, & imperfecte. Quare puto sic dicendum, ꝙ triplex est ordo. Primus ipsius rei, quo aliqua res in esse producitur. Exemplum in sn̄ia, quæ dēt fieri precedēte libello, & litis cōtestatione. Item testm̄ debet hr̄e certum numerum testium, & instōnem hrdum, & similia, & ꝙ præcedat instō, & substō sequatur, vt hic. Secundus ordo est temporum vnius rei ad aliam rem: quia vna in tempore præcedit aliam. Tertius ordo est scripturæ, seu locutionis. Circa primum constat quòd quælibet res debet habere in se ordinem productionis, vt in Auth. de hær. & Fal. §. inordinatum.

5 ¶ † Sed dubitatur [b] an ordo omissus hēat vitiare vel nō. Circa quod dic, Aut est ordo necessitatis, aut volūtatis, aut dubitatur. Primo casu, omissio ordinis vitiat. C. de sent. l. prolatam. & de her. actio. l. vt debitum, in presenti §. modo id quod dico vitiat. Dic quandoque ipso quādoque facto iudicis. l. j. & ibi no. C. de appel. Secūdo casu qn̄ est voluntatis, tunc omissio non vitiat. l. præposteri. C. de testa. & Inst. de le. §. ante heredis. Tertio casu qn̄ dubitatur, tunc aut omissio talis ordinis est magni præiudicij, tunc vr̄ ordo necessarius, & omissus vitiat. l. cum hi. §. si prætor. de transac. Aut est modici præiudicij, & videtur ordo voluntatis, & omissus non vitiat. l. j. in fi. ꝯ. de vent. inspi. ¶ Et istud pertinet scire ad multa. Pone in inuentario omittitur ponere signum crucis, [c] puto ꝙ nō vitiatur confectio inuētarij; qa cū talis ordo importat modicū præiudicium, vr̄ ordo voluntarius, non necessarius, ideo omissus nō vitiat. l. j. in fi. & ibi dixi de ventr. inspi. Secus si omitteretur citatio creditoris, quæ est magni præiudicij. l. cum hi. §. si prætor. de transac.

6 ¶ Circa fm̄ † quæritur, an ordo temporis sit spectandus, vt inducat prælationem de iure. Dic, aut quærimus de honorib. aut alijs iuribus. Primo casu, aut quærimus de ordinandis, & tunc non inspicitur ordo in temporib. vt preferatē antiquior, sed dignior. l. honores. in prin. de decu. & in Auth. de monachis. §. ordinatione. C. de decu. l. ad subeunda. lib. x. cum similib. Fateor tamen quod in ipsius ordinandi persona inspicitur ordo, vt gradatim ascendat. l. vt gradatim. de mun. & hon. in prin. & l. honor. §. gerendum. eo. ti. Fallit vbi esset aliter specialiter prouisum. l. primicerius. C. de of. pręfec. vrb. & de aduo. diuer. iudic. l. petitionē. Aut quęrimus de iā ordinatis inuicem præferendis, & ordo temporis inspicitur. l. j. infrà de albo scriben. & C. de consul. l. j. lib. xij. Aut quærimus de aliis iuribus realibus, vel personalibus, & tunc plene distingue per glo. ita dicit Dy. in l. priuilegia de priui. credi. & l. cum vnus. de bo. aut. iudic. pos. & l. si finita. §. si plures. de dam. infec. & in qualibet earum dixi, per Dy. in c. qui prior. extrà, de reg. iur. lib. vj.

7 ¶ † Circa tertium, [d] scilicet circa ordinem [e] scripturæ, vel locutionis, quæritur, vtrum debeamus spectare, vt ex eo aliquid præsumamus. In hoc dic, aut mens disponentis est certa, & non curamus de ordine, vt l. nec enim. infrà de sol. & l. cum pater. §. fidei tuæ. infrà de leg. ij. l. quidam. de pecu. leg. Aut est dubium, [f] & inspicimus ordinem. l. generaliter. §. quid ergo. infrà de fideicom. lib. & de vsufru. l. quoties. in princip. cum simil. & ita loquitur prima constitutio C. circa finem, quia si ex die & consule apparet de prioritate, vel posterioritate stamus certo, aliàs in dubio, lex quæ est prius posita, primo videtur facta, & sic videtur quod ordinem scripturæ attendimus, ex eo aliquid præsumamus.

ADDITIONES.

a Parif. Dicitur hic, an & quando ordo scripturæ sit attendendus, vide late Fel. in c. cum dilecta. in verbo, ordo scripturæ. cum seq. de rescrip.

b Pom. ¶ Sed dubitatur. Vide Fel. in c. cum causa. de re iud. Rom. cons. 212.

c ¶ Signum crucis. Adde quod idem tenent Bal. & Ang. in l. fi. §. 1. C. de iure delib. & Bal. in §. quibus. in 1. const. Cod. Ang. in §. si vero non implens, in Authen. de hære. & fal. & Ang. in l. 1. §. hæc stipulatio. infrà, si cui plus quàm per leg. fal. & ibi refert quod Oldra. & Host. in c. Ray. de testa. contrarium tenuerunt per d. l. fin. in princip. iuncto tex. in §. & si præfatam, cum gl. in versi. solidauerunt, & hoc dicit Ang. in d. §. hæc stipulatio, esse tutius. allegat Io. And. in addi. Spe. in tit. de consti. §. fi, in addi. inci. licèt dubitetur. alias incipit cum quidam, vbi firmiter tenet opi. Host. per quam dicit, ita se consuluisse. & idem tenuit Ray. in d. l. fi. §. 1. per d. §. & si præfatam, cum glo. & per tex in §. sancimus. in authen. de hęre. & Fal. in ver. modum. Sal. in d. l. fin. §. sin autem dubius, alleg. gl. in authen. de testi. §. licere. in verbo. venerabile. Idem tenuit Fran. de Ramp. in d. l. fi. vt hic refert Imol. quia dicit quod faciliter opi. Bart. potest sustineri, hoc vide per eum. Et quod omissio signi crucis non vitiet, tenuit Bal. consi. 25. 4. vol. & consi. 331. 3. vol. quod autem sit de substantia, videtur voluisse Abb. cons. 73. 2. vol. vbi enumerat requisita in inuentario.

d Pom. ¶ Circa tertium. Vide Pau. consi. 85. 1. vol.

e ¶ Ordinem. an, & quando attenditur ordo. vide per gl. in c. cum dilecta. de rescr. & in c. pen. de purgat. cano. per Ia. de Bel. in l. quoties. de vsufr. per Dyn. angel. & Imol. in l. nec enim. infrà, de sol. per Oldr. & Bal. in l. ambiguitates. C. de testa. & Bal. in l. si duas, de exc. tut. per Ia. But. & Bal. in authen. hoc amplius. C. de fideicom. per imol. in l. si communis seruus. infrà. de stipu. seruo. & in l. cum testamento. §. 1. suprà, de hær. insti. vbi ponit vnum singulare verbum Cy. scilicet quod vbi alias plura instrumenta reperiuntur in eadem charta facta eodem die, primo scriptum intelligitur, primo confectum, de quo no. Bar. & Bal. in proemio Cod. circa fi. per illum tex. & Bal. in l. de rebus. C. de dona. ante nup. tamen vbi reperiuntur plura instrumēta successiue facta, semper fingitur illud præcessisse, quod facit actum in vltimo instrumento fore validum. secundum Cyn. & sequaces in d. §. 1. aliquid per Bald. consi. 338. 4. volum.

f Parif. ¶ aut est dubium. adde Bal. in §. quibus. versi. 7. in 1. const. C. & Fel. late in c. cum dilecta. de rescrip.

§. Sed si quis. Hunc §. summaui cum præcedenti, & diuiditur in tres partes. In prima parte fecit primo substōnem pupillarem. In secunda parte fecit substitutionem vulgarem, deinde instituit, & extitit conditio vulgaris. In tertia substituit eodem modo, tn̄ defecit conditio vulgaris, & extitit conditio pupillaris. Secunda ibi, sed & si ita. Tertia ibi, sed & si filius. In tex. in fi. ibi, impuberis. sed hic non incipit a testamento impuberis secundum ordinē intellectus: licèt ordo scripturę, seu ordo locutionis aliud inducat. Opp. ad hunc §. ꝯ. prox. §. Sol. vt ibi dixi, & facit ad q. mirabilem, vtrum vulgaris expressa quæ continet tacitam pupillarem in se, trahatur ad bona impuberis. Dy. dicit ꝙ sic: allegat pro casu hunc §. ver. sed & si ita. ibi. Sæius ei hæres erit, &c. Et exponit Dyn. ei scilicet impuberi, vt ad proxima fiat relatio. Sed Gul. de Cun. contradicit, quia per vulgarem succeditur defuncto, non pupillo. Ad hunc §. respondet exponendo ei, scilicet testatori. Hunc passum examinaui suprà. s. prox. in tractatu vulgaris. Potest etiam quæri, an tacita vulgaris contenta in expressa pupillari trahatur ad bona impuberis? Dicit Dy. esse casum in l. qui fundum. §. cohæres. ꝟ. ad leg. Falc. Examinaui ꝯ. e. l. j. in tractatu vulgaris, & ideo non insisto in hoc.

LEX III.

Cum filio. Qui est hæres defuncto per mediam personā alterius, non admittitur ex substitutione facta per hæc verba, quisquis mihi hæres erit, hoc dicit. Opp. ꝟ. eo. l. si in testamento. So. vt ibi videbitis. ¶ Quæro, dicitur & dominus non potest esse hæres, ex vigore illius substitutionis, quid in seruo, qui fecit hæredem? Do. Iac. de Are. dicit ꝙ seruus non poterit esse hæres: quia nullo tempore fuit hæres, licèt secus in filio. l. cū filio. infrà, de lega. j. quod tenet Cyn. in l. cum proponas. C. de hæredib. instit. Puto quod non bene dicat, immo puto, quod idem in filio & seruo. l. qui liberis. §. hæc verba. ꝟ. eodem. & dixi plene in l. cum filio. ideo puto quod ipse seruus vel filius poterit esse hæres, qui nudum nomen hæredis retinet. Facit ꝟ. eodem. l. ex facto. §. Iulius longinus. & l. in substitutione.

LEX IIII.

1 *Prouisio facta in vnum casum quando inducat remotionem in alio.*

2 *Substitutio facta in vnum casum an porrigatur ad alium.*

a Iam hoc iure. Ista est multum pulchra & notabilis lex, & breuiter. h. d. vsque ad ver. qd ius. Substitutio

ADDITIO.

a Pom. ¶ Iam hoc iure. Limita, vt per Bar. in l. Gallus. in prin. & ibi alex. §. quidam recte & l. in test. C de testa. mi. Pau. consi. 55.

b Parif. ¶ Vide multa per Bulg. in sua disputatione, quid autem si fieret substitutio duobus, quorum alter esset pubes, & diceretur, si in pupillari ætate decesserit, vt postea quandoque eos substituo, an comprehendatur pupillaris in persona impuberis. vide ias. in l. in testamento. C. de testa. mili. quid si substitueretur duobus impuberibus in pt āte, & alter emācipaͬretur, an in persona ipsius expiret substō, vide omnino ias. in d. l. in testamēto. in vlt. col. item quando apparet de mente testatoris, quod voluit vtrunque cōpręhēdi in persona pupilli, quod comprehendatur. Vide io. de ana. cons. 639. col. vlti. q. fi. in pr in. Vide pro declaratione huius regulæ Corn. consi. 16. vbi limitat circa materiam huius regulæ. Dubitatur, quid si pater instituto filio, & extraneo, substituit illis post mortem, an in persona filij intelligatur si sine filiis decesserit, quæ non potest intelligi in extraneo. Vide Soci. in l. hæredes mei. §. cum ita. ꝟ. ad Trebel. item ad decimam regu. vide quæ habes ad hęc in l. si quis. C. de impu. & quæ decidit Mathesil. no. 27. incipien. no. quod si pro misso.

stitutio facta impuberi vulgariter, continet tacitam pupillarē, & 1 facta pupillariter continet vulgarem tacitam. h. d. Op. quod † sui sio facta in vnum casum inducat in alio remotionem, l. commodissime. §. de libe. & posth. & l. si cum dotē. in prin. §. sol. ma. Cy. format hoc contrarium in l. precibus. C. eo. & finaliter nihil dicit. Nam dicit, quod est fauore pupilli. Ista nō est vera sol. quia fauor pupilli est φ vulgaris contineat pupillarem: sed φ pupillaris contineat vulgarem, est fauore testatoris, quoniam per eam testatori a succeditur, vt Inst. eo. circa princi. Possumus dicere a sic, Substitutio de necessitate debet habere conditionem propriam, ideo si testator substituit in vnum casum, illam conditionem de necessitate posuit, ideo non videtur excludere alium casum: præsumit ergo lex quòd si de alio casu cogitasset, eodem modo substituisset. Contraria loquuntur in substōne, vel alia dispositione, quæ de necessitate nullam conditionē hēt: circa hoc tamen distingue vt dixi in l. Gallus. §. & quid si tm̄. ff. de li. & posth. ¶ Opp. infrà, eo. l. cum ex filio impuberi. Inst. eo. §. ij. Rn̄. ibi vulgaris non continet pupillarem: quia apparet de mente testatoris, qui in vtrunque ca 2 sum specialiter prouidit, sed tamen hic fuit secus. ¶ † Quæro vtrum substitutio facta in vnum casum porrigatur ad alium? Respon. sic. l. Gallus. §. & quid si tantum. de lib. & posthu. Plene dixi in tractatu vulgaris substitutionis vbi vide.

ADDITIO.

a Pom. ¶ Possumus dicere. Et sic vbi ex coniecturis apparet de contraria voluntate testantis, nedum admitteretur mater ad hæreditatem pupilli, cui facta fuit expressa vulgaris, sed etiam quilibet alius veniens ab intestato, quod est no. secundum Bar. & Bald. hic dat duas solutiones, quod ibi casus fuit omissus a testatore non a lege supplente, vt hic. vel ibi fuit defectus solennitatis, hic voluntatis. Sed melior est solutio Bart. & vide Oldr. in consi. 20. & consi. sequen.

1 *Substitutiones quæ continentur in reciproca, an sint tacitæ vel expressæ.*

a §. Quod ius. Breuiloqua facta duobus impuberibus, in vtriusque persona vulgarem, & pupillarum continet. h. d. Nota, quod hic dicit breuiloqua: quia debet dici reciproca, licèt per doct. appelletur breuiloqua, cuius materiā examinabimus infrà eodem. l. Lucius. ¶ Circa istum §. formatur 1 vna q̄stio, † vtrum substitutiones, quæ continentur in reciproca, sint tacitæ vel expressę. Et quod sint tacitæ, videtur tex. hic cū gl. quæ incipit, substitutionis tacitæ, contrarium nota. īfrà, eod. l. Lucius & ibi examinabo. Veritas est quod non est tacita eo modo quo §. dixi de pupillari contenta in vulgari, & econtra: quia suprà fuit tacita omnino nullo modo verbis comprehensa, hic vero est expressa generaliter, tacita tamen specialiter. quia verbis specialiter, non expressa, vt plene declaraui §. eo. l. j. in tractatu vulgaris. Ad hunc tex. qui dicit, quod ius. respō. & expone, quod ius. s. vt vna conceptio substōnis plures ꝯprehendat diuersimode. & eodem mō pōt sustineri gl. q̄ dicit qd ius. s. substitutionis tacitæ, vt ītelligas tacitæ scilicet specialiter, sed expressæ generaliter. vnde non est tacita eo mō quo dixi suprà. ¶ Quæro circa istam lec. an substitutio reciproca possit fieri per alia verba, quā per ista, vos inuicem, &c. Et tex. habuistis φ sic, in l. cum in testō. §. hæc verba. §. titu. prox. & facit l. Lucius. cum l. sequen. eodem titu.

ADDITIO.

a Pom. ¶ Quæro ius. Et no. quod iste tex. inquantum dicit de reciproca, est singularis: nā breuiloqua est nomen magistrale inuentum a doctoribus.

1 *Determinatio vna respiciens plura determinabilia, debet intelligi æqualiter vt determinet.*

2 *Verbum substituo, est commune.*

3 *Substitutus pluribus impuberibus, quando tertius est, non inuicē substitutis communi verbo, intelligitur substitutus in eū casum, qui pōt conuenire vtrique.*

a §. Sed si alter. a Substitutio breuiloqua facta personis disparibus, ad eum casum porrigitur, qui b vtriq; ꝯuenit. h. d. ¶ No. b tex. ibi, incongruū, φ † q̄n vna determi-1 natio refertur ad duo determinabilia, dēt ītelligi prout ea potest determinare, qualiter hic, & l. hæreditatem. & l. quamuis. C. eo. ti. & de test. mil. l. in testamento. Facit quod habuistis in l. si legata-2 rius. §. fi. infrà. de leg. iij. No. secundo, φ † verbū, substituo, est cōe, vt hic, dū dicit, communi verbo, &c. & hoc tenet gl. in l. precibus. C. e. sed tn̄ hic tex. nihil facit: quia dicit cōi verbo, q̄a cōiter refertur ad duos, non autē dr̄ cōe illo respectu: q̄a potest esse directum, & fideicōmissarium. ¶ Quæro quid si fiat ista substitutio duobus impuberibus, quorum vnus prius efficiatur pubes quàm alius, & sic ad imparitatem deueniatur: Videbitis ifrà, eo. l. Lucius. ¶ Item quæro quid si fiat tribus, quorum duo erant impuberes, tertius erat pubes, vtrum in persona duorum contineantur quatuor sub-3 stitutiones? Dicam in l. Lucius. j. eod. ¶ † Item quæro, quid si non fiat substitutio inuicem inter eos, sed quidam tertius substituatur eis communi verbo? Certe idem, quia intelligitur substitutus in eum casum qui potest conuenire vtrique. l. quamuis. C. eod. Materiam istam declarabo infrà, eo. l. Lucius.

ADDITIONES.

a Bar. ¶ Sed si alter. bal. tamen dixit quod vtroque respectu potest dici commune: cum litera simpliciter appellet illud commune, fatetur tn̄ φ hic non probatur φ sit commune sed re vera hic erit casus pro gl. in l. precibus, quæ vult quod sit commune, facit quod ista lex indistincte loquitur. l. precibus, cum simil.

b Pom. ¶ Nor. De ista regula vide ale. in l. in testamento, hic alleg. vbi limitat. Vide Pau. de Cast. in l. fi. per illum tex. C. de sen. & interl. om. iud. Vide Bar. ad hanc regulam consi. 4. Barb. consi. 27. in 1. vol. & consi. 64. 1. vol. & consi. 17. in 2. volu. & consi. 34. 1. volum. & cōs. 44. eod. volu. 2.

1 *Substitutio vulgaris facta separatim pluribus etiam disparibus, an contineat tacitam pupillarem.*

2 *Pluralis locutio quando geminat duas singularitates.*

§. Hoc itaque casu. Substitutio vulgaris, seu pupillaris, separatim pluribus facta, ad vtrunque casum porrigitur, licèt sint personæ dispares: & vbi verba sunt clara, nō admittitur qō volūtatis. h. d. vsq; ad fi. fm opi. gl. 1 quā puto verā. ¶ Quæro, dr̄, † φ si vulgariter vnus substituit vtrique separatim, q̄n sunt dispares, relinquitur qō voluntatis vtrum talis vulgaris cōtinet pupillarem, quid iuris tunc? In gl. sunt opi. vna φ non cōtineat. Alia opi. est φ sic, & istā opi. tenet gl. Sed doct. Vltramontani, & Iac. de Ra. tenet opi. primam, & hoc ponit Cy. in l. quāuis. & ibi not. C. eo. in gl. super verbo, decessit. & l. in testō. in vlt. q. C. de test. milit. Sed Ia. de Are. tenet opi. gl. & nihil allegat. Videte, Ratio quæ mouet Vltramontanos est ista, Pluralis locutio geminat suas singularitates. l. falsa. §. fina. j. de condi. & demon. Si ergo dixit, eos inuicem substituo, perinde est acsi diceret, primum substituo secundo, & secundum substituo primo. Vnde inter illas duas conceptiones, non debet esse differentia: sed puto contrarium, & teneo opi. gl. Nam propter vnionem sermonis, vn̄r quodammō in vnum corpus & in vnam qualitatem redacti. C. de cadu. tol. §. his ita definitis. versic. hæc ita tā varie. cum dcm̄ in vno, debeat intelligi in alio. l. mulieri, & Titio. de condi. & demon. & l. Seiæ. §. Caio. j. de fund. inst. Sed quando substōnes sunt separatę, tunc de qualibet conceptione separatim iudicatur, nec infertur de vna ad aliam. l. pater filiam. §. fin. ad leg. Falc. & l. fi. §. de iniust. test. 2 Non ob. quòd dicunt quòd † pluralitas geminat duas singularitates, vt plene dixi in l. falsa in fi. j. de condi. & demon. & in l. hoc articulo. de hære. insti.

LEX V.

1 *Hæreditaria in portione, imputatur quod quis habet iure accrescendi.*

2 *Substituti per hæc verba, quisquis mihi hæres erit, vocantur per nomina appellatiua, & pro hæreditariis portionibus.*

3 *Accrescendi iure quod quis habet dicit potius habere ex dispositione legis, quàm testatoris.*

a Si in testamento. a Substitutus per verba mihi hæres erit, ad substitutionem pro hęreditaria portione vocatur, in qua computatur id quod habet iu-1 re accrescendi. ¶ No. ergo † quod in portione hæreditaria computatur id quod habet iure accrescendi quod est notandum. Op. videtur quod isti vocantur in viriles portiones. l. nonnūquam. j. ad Treb. So. ibi fuerunt expressa propria nomina, hic appellatiua. Sed contra hoc opp. de l. vlt. C. eod. vbi videtur, quòd quilibet ad-2 mittatur in virilem. Sol. fateor quòd † per hæc verba, quisquis mihi hęres erit, quilibet videtur nominatus, adeo quod inuicem nō videntur coniuncti, vt dicam j. eo. l. si pater. cum per nomina appellatiua videantur nominati, iō vocantur pro hæreditariis portionibus. Item dicitur, quod hēt ab alio per ius accrescendi, computat in suam portionem. Contra. §. eod. l. cum filio. & argum. j. eo. l. qui liberis. §. hæc verba. Respō. ibi loquitur quādo partem habuit non immediate a defuncto, sed per mediam personam hæredis: sed hic habuit a defuncto immediate per legem. vt tex. dicit. ¶ Ex 3 hoc notantur duo. † Primo, quod id quod qs habet per ius accrescendi: dicitur magis habere per legem, quàm ex dispōne defuncti directa, vt hic dicitur in tex. cum sua gl. quem incipit ex parte. Sed contra, si hoc est verum, tunc est contra. j. eo. l. qui liberis. §. hæc verba. vbi ille qui non venit iudicio testatoris, non debet admitti. Responde hoc habet per legem mediante iudicio testatoris, sed non directo. l. lege obuenire. j. de verb. sig. Simile in l. generaliter. §. si qs alienum, vel seruum. j. de fideic. libe. Et intelligas quòd hic decreuit portio alterius, vt quia repudiauit, vel alio mō totū capere nō poterat, vt q̄a erat n̄alis. vt j. eo. l. prox. ¶ Vltimo no. hic arg. ad qōnem, testator habens quatuor filios, duos filios ex vno matrimonio, duos ex alio, vnus erat pupillus, cui fecerat substitutionē pupillarē per hæc verba, quisquis mihi hr̄s erit, vel per similia verba: Cōtigit quòd vnus ex filiis primi matrimonij decessit, & ei successit frater vtrinque coniunctus, modo decessit pupillus, cui facta est substitutio, ille filius primi matrimonij volebat admitti ad substitutionem pro portione sua & fratris cui successit ab intestato, per hanc legem. Certe hæc lex nihil facit: quia loquitur hic quando habuit a lege immediate, & non fuit transitum ad personā alterius, & sic habuit a lege mediante iudicio testatoris, sed in q. nostra facit transitum ad personam fratris. Probatur j. eo. l. qui liberis. §. hæc verba. & §. eo. l. cum filio.

ADDITIO.

a Pom. ¶ Si in testamento. Vide Aret. & Iason. in l. si mihi, & tibi. in prin. de lega. 1.

LEX VI.

1 *Filius naturalis vel spurius, licèt prohibetur succedere patri, non tamen prohibetur succedere fratri suo pupillo, etiam ex iudicio patris per substitutionem pupillarem.*

2 *Seruus non potest succedere ex substitutione vulgari.*

3 *Spurius potest institui ab instituto a patre ipsius spurij.*

4 *Spurius non potest emere ab eo cui pater ipsius spurij vendidit.*

Si is qui ex bonis. Si filius n̄alis substituatur pupillo ī bonis testatoris, non pōt succedere vltra statutā portionem, sed in bonis pupilli insolidū pōt succedere. h. d.

re,h.d.¶ Ad euidētiā, scias quod filius nālis nō potest succedere patri,nisi in vna vncia,extantib.legitimis.l.ij.C.de na.lib. †¶ Nor. ex hac lege mirabili,qđ licèt nālis,vel spurius ꝓhibeatur succedere pr̄i,tñ non ꝓhibetur fratri suo pupillo succedere, ēt ex iudicio pr̄is.Casus ē hic de filio nāli.De spurio vide gl.ī Auth.qb. mo. na.effi.sui.§.fi.coll.vij.Opp.de l.qđ condōnis.ꝭ.de do.cau.mor. Gl. soluit hic,ideo ne decedat pro parte testatus,& pro parte intestatus.Ridiculū est.Tu dic,ibi illud ꝙ causa condōnis implendæ capere t, succedit in locum bonorum testatoris:ideo sicut de bonis testatoris non potest capere,ita nec causa condōnis implendæ: sed hic loquitur de eo qđ capitur ex substōne pupillari de bonis pupilli,qđ ē omnino ex bona testōris.¶ Op.de d.Auth.quib.mo.na. effi.sui.§.fi.Sol.† ibi dr̄,qđ spurius ex substōne vulgari non potest admitti.Rō:quia ꝑ vulgarē defuncto succeditur, vt Instit.de pup. subst.in prin.sed hic est ex pupillari,&pōt admitti quaten⁹ succeditur in bonis pupilli.Quæro,id qđ non poterat naturalis filius capere,cui defertur?Rñde,vt no.gl.in l.j.secūdo resp. C. de secū.nup. & ꝭ.de reg.iur.l.ius nostrū.¶ Secūdo † quæro vtrum ille qui est institutus a pr̄e spurij,possit instituere filiū spuriū testōris premortui.Hic vr̄ ꝙ sic in bonis propriis, non in bonis habitis a defuncto.Sed certe hæc lex nihil facit:quia hæc loquit̄ qñ nālis,vel spurius vocaret̄ ex dispōne testōris, sed quæstio nr̄a loquit̄ qñ vocat̄ ex dispōne hæredis,Ideo cessat oīs fraudis suspicio.l.edicto.§. sed hæredē.ꝭ.de ali.iu.mu.cau.fact.& sic puto ꝙ instō valeat. Tertio quæro,vtrū † spurius possit emere ab eo,cui vendidit pr̄ eius.gl. ī l.qui testm̄.ꝭ.de prob.vr̄ dicere qđ sic,& cessat suspicio.Ia.de Bel. disputauit contrarium,& bñ,quia eo ipso,quòd spurius reperitur possidere bona paterna,præsumuntur alienationes factæ in fraudem,& allegat l.j.C.de nat.lib.quæ bene facit,& facit l.iij.in fi.eo.ti. & l.j.& ij.C.de repu.hær.& ꝭ.de acq.hær.l.si ij qui bonis.facilius ergo præsumitur fraus in contractib.quàm in vltimis voluntatib. d.§.si heredem,præalle.ꝭ.proxima q.Vltimo pro materia huius legis facit,quod dixi in l.fi.C.de his quæ vt indig.

ADDITIONES.

a Barb.¶ Ad euidentiam.Imo.in vnam vnciam per d.l.2.sed forte errauit hic Batt.per authen.licèt.C.de na.lib.& vide Barto.in cons.incip.Cæcus de spoleto,ad quod egregie alle. istam legem,& est in ordine 214.Batt.in cons.118.incip.dictus filius qui vere natus est ex concubina.Vide alex.in l.cogi.§.ei qui solidum.in vlti.col.ff.ad Trebel.

b Paris.¶ Ex hac l.Vide vltra alex.Com.sic.cons.119.circa fi.

c Barb.¶ Quæro id quod Bald.hic vult,quòd pupillus decedat intestatus, quo ad bona paterna,&c.quæ opin.est melior,quàm glo.in d.l.ius nostrum,per l.1.& 2.ꝭ. de natu.liber.ꝗ voluit quod habeatur pro non relicto, sed eo casu veniunt venientes ab intestato,ergo non obst.l.1.C.de secun.nup.cum simi.nam ibi erat proprium delictum, hic autem non erat indignus sub delicto,& hoc puto verum,nisi apponatur, quòd fuit rogatus de restituendo filio,per l.non intelligitur.ꝭ.de iur.fis.

d ¶ Secundo quæro.Vide Imol.cons.71.& alex.cons.51.in vlt.col.2.volu.

e ¶ Valeat.Adde quod Bald.& Imol.sequitur opin.Barto.& limitant non procedere quando pater spurius expresse grauasset institutum de restituendo spurio,vel nisi appareat institutum tacite accommodasse fidem defuncto restituendo spurio,iuxta ea quæ habentur in l.non intelligitur.§.1.ꝭ.de iur.fis.& in l.Lucius §.in testamento.de leg.1.vel secundum Ioan.de imol.nisi appareat istum a patre institutum fuisse passum semper post mortem testatoris bona patris possidere.arg.l.sicut.§.superuacuum,quib.mob.pig.vel hyp.so. Pau.de Castr.transit simpliciter cum Batt.pro quo alleg.l. eum qui tacitam. in prin.ꝭ. de his qui.vt indig.Bald.consuluit quòd frater possit fratrem spurium instituere indistincte. consi.5.1.vol.

f Pom.¶ Tertio quæro vtrum.Et sic multo fortius si ipse filius a patre emisset,sed gloss. sing.in d.l.qui testamentum, tenet contrarium,quia facilius præsumitur fraus in vlt. voluntate,& sic in dubio vult quòd non præsumatur fraus nisi appareat de tacita accommodatione,quod intellige verum nisi passus fuisset post mortem testatoris dictū filium possidere dicta bona.l.sicut.§.superuacuum.ꝭ.qui.mod.pig.vel hyp.sol.Bald.vero dicit, quod a patre non potest ex vlt.voluntate institui vltra legitimam portionem, neque ex titulo inter viuos,neque ex tit.lucratiuo:puta donationis:secus ex titulo onoroso,puta venditionis.& sic intelligit gloss.in d.l.qui testamentum.Sed inquantùm dicit de spurio,quod posset capere ex titulo oneroso,aperte est tex.in d.l.1.C.de na.lib,vbi fit mentio de titulo emptionis:& maxime hoc procedit,quando prætium confessat, nam quando suspicatur de fraude,tunc facilius præsumitur,cum emanat confessio.Item nec etiam videtur bene dictum,quod poterit capere ab extraneo de bonis paternis ex titulo inter viuos, quod est contra text.d.l.1.vbi prohibetur per mediam personam.

g ¶ In fraudem.Vide Federi.cons.57.Bald.cons.251.& pro opin.Batt.facit quod consuluit Franc.de Ramp.cons.25.3.li.Cal.de testa.quod si rogatus tacite de restituendo spurio moriens dicat filio suo qualiter fuit rogatus restituere,& similiter ille filius moriens confiteatur, quòd ista confessio prosit fisco propter fraudes,& inquantum Alex. hic refert Pau.de Cast.notabiliter dicere,quod executor potest in proprios filios spurios distribuere,si sunt pauperes. Adde Bald.cons.75.3.lib.& quod voluit per.de Anc.cons.437.sed Calde.cons.31.tenuit quòd filiis pauperib.executor distribuere non possit. cons. vero 39.eo. tit.de testa.tenet quod possit,si sint summe pauperes.

h Pom.¶ Ergo præsumitur.Vide alex.cons.51.in vlti.col.2.volu.

LEX VII.

1 *Substitutio quæ semel valuit iure directo,an obliquetur isto casu,vt trahatur ad fideicommissum.*
2 *Substitutio fideicommissaria,an trahatur ad directam.*
3 *Substitutio quæ nunquam valuit iure directo,an valeat iure fideicommissi.*
4 *Verba directa in codicillis,an trahantur ad fideicommissum.*
5 *Verbum volo,est directum vel obliquum ratione adiuncti.*
6 *Substitutio pupillaris facta a patre,trahitur ad fideicommissum.*
7 *Pupillaris substitutio facta maiori non valet iure fideicommissi.*
8 *Verba vnius substitutionis directæ trahuntur ad aliam substitutionem directā.*

Verbis ciuilibus.Compendiosa facta a pagano per verba directa non valet vltra tempora pubertatis.Itē qui nō admittitur vt substitutus, non admittitur vt ꝯiunctus.h.d. Ista est notabilis lex,& valde mente tenēda. ¶ Op.ad prin.de l. Centurio. ꝭ.eo.vbi cōpendiosa potest fieri verbis directis,vltra tempora pubertatis.Sol.verum est in milite,secus in pagano,vt hic,nam in compendiosæ dicemus in l.centurio.¶ Ad secundā partē op.dicit̄ hic qui non admittitur,vt substitutus,non admittitur vt ꝯiunctus:gl. ponit ꝙ si substō fuit facta per illa verba,si intra xxv. ann. decesserit,&sic substitutio fuit sub die,& sic remota die debet admitti vt cōiunctus.l.hæreditas.ꝭ.tit.j.Respon.lex cōtraria loqtur quādo fuit sub simplici die institutus,hic vero fuit institutus sub conditione limitata tēpore,hoc est,si filius decesserit intra xxv.ann.nō ergo fuit dies simpliciter,sed conditio limitata tēpore.¶ † Quæro vtrū substō quæ valuit semel iure directo, obliquetur aliquo casu,vt trahatur ad fideicommissum.Hic vr̄ tex.ꝙ non. in prin.& in l.in pupillari.ꝭ.e.Fallit fauore mr̄is.C.eo.ti.l.precib⁹. Hoc qualiter intelligatur dicemus in l.Centurio.¶ † Quæro econtra vtrū substō fideicommissaria, seu obliqua trahatur ad directam?Gl. quæ est hic dicit,quòd non.Et vr̄ ꝙ hoc colligitur ex lege ista,sed non colligitur,nisi dicas colligitur in prin.e conuerso,vt sicut directa ad obliqua nō trahitur,ita obliqua nō trahitur ad directā. Vel dic,ꝙ colligitur ex ij.respon.sicut substō non trahit̄ ad instōnem,ita & obliqua non trahitur ad directā.Sed ꝯ hoc hēmus clare in l.Anto.ꝭ.de fideic.lib.ſm Iac.de Arc.& videbitis in l.neque. n.§.fi.cum l.seq.ꝭ.de test.mil ¶ Quæro,† qđ si instō, vel substō, (non curo) facta ꝑ verba directa,nullo tp̄e potuit valere iure directo,an valeat iure fideicō.Gl.quę est hic, simpl'r dicit ꝙ sic,siue ab initio nō potuit valere rōne volūtatis in qua fit,q̄a fit in codicillis,vel rōne personæ testantis,vel eius cū quo qs testatur.l.Scęuola.ad Tre.& l.ex facto.eo.tit.& hoc si nihil est aliud quod impediat,sed quo casu potuit valere iure directo,non trahitur ad fideicōmissum. Vide gl.quæ incipit scilicet testōris, & ipsam not. & tene mēte.¶ † Pro declarōne huius gl,q̄ro vtrū verba directa in codicillis trahantur ad fideicōmissum?Gl.ꝙ sic per l. Scæuola, ꝭ.ad Treb.& vr̄ tex.in l.illud.§.tractari.ꝭ.de iure codi.& l.cū quis decedēs.§.Seiū.ꝭ.de le.iij.Ia.de Arc.dicit ꝯriū,dicens ꝙ hoc nulla l.reperitur.& dicit ꝙ in d.l.illud.fuerūt verba obliqua.s.verbū, volo,qđ est obliquū.secus si esset verbū mere directū,q̄a tunc nunq̄ obliquatur,vt hac gl.Sed Old.ipsam reprehendit,& ab omnibus damnatur,per l.Scæuola.quæ dicit ꝙ ex benignitate illa verba trahūtur ad fideicōmissum:si enim esset verbū obliquū traheret̄ de rigore ad fideicōmissum.Præterea verbū volo,est directum.l.qm̄ īdignū.C.de testa.† Præterea, vt dixi pluries,verbū volo, non est directū,vel obliquum ꝑ se,nisi rōne adiūcti,vt dixi in l.apud Aufidiū.ff.de opt.leg.Sed pro Iac.de Arc.facit gl.quæ est in l.Imperator.infrà,de manu.test.sed illa gl.nō omnino bene dicit,sed debet intelligi ſm prædicta.Vlterius gl.dicit,quod si ꝑꝑ dōnem personæ non valet,trahitur ad fideicōmissum.¶ Quæro mr̄ fecit † pupillarē substōnem filio,vtrū valet iure fideicōmissi?Per istā gl.viditur ꝙ sic,quia ꝑꝑ dōnē p̄sonæ nūq̄ potuit valere iure directo. qm̄ mr̄ non pōt substituere directo pupillariter:quia nō habet filiū in pr̄ate.ꝭ.eo.l.ij.ꝭ.eo.l.si mater. Contrarium no.gl.Instit. eo. §. extraneo.ꝗ gl.quidam tenēt,sed cōiter omnes tenent gl.hic positam.Et ad illam quæ dicit,quod nullo iure valet,dicunt iure.s. directo,sed iure fideicōmissi sic,vt hac gl.sic in quolibet extraneo substituente,vt ꝭ. de leg.j.l.filius.§.vt quis hæredem.& l.ex facto. in prin.ꝭ.ad Treb.¶ † Sed quæro,ponamus quod substitutio pupillaris

ADDITIONES.

a ¶ Quod non.Adde quod istud limitā: Bal.& ang.vt refert & sequitur Pau.de Cast.nisi in testamēto sit apposita clausula codicillaris,quæ apta est trahere directam ad fideicom.l. quærebatur. de testa.mil.Idem sequitur Imol.hic,& Ful.in l.precibus. vbi refert se cōsuluisse,alleg.tex.in l.frater tuus.C.de fideicom.no.gl.in §.masculo.Insti.de pup.substi.Idem tenuit Imo.& ang.in l.in pupillari.infrà,eo.& hoc etiam voluit Bar.in l.1.in 16. q. de iure codic.tenuit Mathe.no.168.& Bal.consi.113.3.vol.

b Pom.¶ Quæro econtra.Vide alex.cons.1.in 3.vol.

c Bar.¶ Quæro quid.Et per id quod dicitur in codicillis singulariter,& eleganter dixit hic Bal.& sequitur Ang.quod si in testō posita sit clausula codicillaris,quod post tp̄a pubertatis fit digressio ad voluntatem codicillarem,ex quo non p̄t valere iure directo,& iure testamenti,obliquabitur post tp̄a pubertatis,& valebit,vt fideicō. siue fuit facta per verba directa,siue cōia,etiam dato quod ab ipso principio voluerit quod in pupillarē ætatē valeat iure directo,&intellige quādo clausula est apposita hoc mō;si nō valet,vel valebit,est tex.& no.in l.1,de iure codicil.& tene menti:quia considerata forma testamentorum, in quibus consueuit apponi dicta clausula codicillaris,cessabunt appositiones.

d Paris.¶ Si institutio.Vide pau.de Cast.cons.182.
Pom.¶ Si institutio.Vide alex.l.centurio.infrà,eo.

e ¶ L.Sceuola,Vide Pau.de Cast.cons.351. Et inquantum Bar.dicit,quod verbum volo,nō sit directum,vide quod voluit Cardi.consi.60.

f Pom.¶ præterea.Vide Bal.in l.illud.§ tractari.ff.de iure codi.

g Bar.¶ Quæro mater. Et no.hoc de matre:quia quotidianū est,ꝙ si mater substituit impuberi quādocūque decesserit,valebit sp vt fideicō.et filio moriēte ī pupillari ætate.Et adde inquantum hic dicitur quod substitutio facta impuberi per viam directam nihil valet, limita,nisi fuerit concepta sic,quandocunque decesserit tanis sit ei hæres.Nam tunc valebit iure fideicommissi:quia a principio non valet iure directo.

h ¶ Quod sic.adde quod hāc gl.sequūtur Bal.ang.Imol.Pau.de Cast.Mar.Sal. Cyn. Guil. de Cug.in l.precibus.C.eo.Idem Sal.ibi,& Ang.in d.l.centurio.Ant.& Card. Flor. in d.c. Ray.& ibi Ino.in materia pupill.& Ia.Butr.Bal.in l.ex tribus.C.de inoffi.test.Bal. in l.extraneum.C.de hæred.insti.contrarium tenuerunt aliqui,quorum motiua non refero.Vide hic per Ale.quia gl.hic secutus fuit Bal.consulendo,cons.n 43. vol. vbi dicit autoritatem gl. hic Dy. & Ray. Guil.Bar.confirmari rōne naturali : quia non debet imperitia mulieris,quæ nescit quid sit pupillaris substō.vel vulgaris,officere veræ,& reali intentioni ipsius.arg.l.codicillis.§.fi.de le.2.& C.de testa.l.quoniam indignum.Nam& ipse iudex debet interpretari,ex pr̄ate sibi concessa a lege,vltimam voluntatem ita quod valeat.& non pereat,vt C.de fideicom.l.voluntas.& l.fi.de manu.testa.Crudelis.n.est interpretatio quæ fit ad subuertenda iudicia defunctorum,& a iure,& veritatis dispōne penitus aliena. vnde,& si verba fideicommissi deficiunt,tamen eum sermonem pro fideicō.debemus accipere.arg.ff.de le.2.l.vnum ex familia §.item Imperator Marcus. Et idem tenet Calde. consi.11.de testa.De substitutione facta pupillo extraneo,vide Bal.consi.140.1.vol.

i Pom.¶ Ponamus.Vide Pa.consi.31.in 1.col.2.vol.

pillaris est facta maiori, vtrũ valeat iure fideicõmissi? Per istam gl. vř qđ sic: quia ppe defectũ personæ nũq̃ potuit valere iure directo. a Contrarium dñt a oẽs doct. Nã cũ substĩ pupillaris dẽat finiri ad ueniente pubertate, ita quod vltra non durat, ergo a pubertate non dẽt incipere, vt ĩ. de vsufr. leg. l. vsumfructũ, cum moriar. Ad hoc facit l. si Titio. §. fi. cum l. seq. ĩ. de leg. j. hoc tenet do. Ray. & Gul. de Cug. & oẽs. quod satis placet. Contra oĩa pdicta vř, ꝙ talis substĩ nullo casu possit valere, ꝑ defectũ personæ, iure fideicõmissi. Nam ab initio põt valere iure directo, vt vulgaris, q̃ põt fieri a quolibet, & cuilibet, ergo, &c. Rñ. vt dicam in mã cõpendiosæ, in mã illa, vtrũ cõpẽdiosa cõtineat vulgarẽ. ¶ † Vltimo quæro b vos hẽtis hic vtrũ verba directa trahantur ad fideicõmissum, vel eᵒ. Sed quæro vtrum verba vnius substitutionis directæ trahantur ad aliam substitutionẽ directã? Gl. notanter dicit, ꝙ sic, ꝙ verba dubia directa trahuntur ad vulgarem directam. allegat l. fi. C. de hære. insti. vbi verba sonabant in pupillarem, quia dicit Sempronius Plotij hæres esto, & sic videbatur facere hæredem hæredis: tamen interpretatur ibi Imperator esse vulgarem, sic verba vnius substitutionis trahuntur ad aliam, vt ibi dixi.

ADDITIONES.

a Bar. ¶ Contrarium dñt. Nã hoc dictũ videtur pcedere si testator putabat eũ impuberẽ, qđ ẽ, qa condõ ĩpossibilis, quã testator putauit possibilem, vitiat actũ. l. seruo manumisso. de cond. indeb. Secus forte si fciebat, eũ illa condõ in pubere facto, iã sit impossibilis, facit l. si mihi Meuia. & l. 1. ſ. tit. 1. de verb. obl. d. l. Titio cũ moriar. quia ibi nõ cõferretur dispõ in tps impossibile euenire, immo euenire poterat, quia cõferebatur in tps mortis futuræ, sed in casu nostro cõferebatur dispõ ĩ tps ĩpossibile euenire, tũnc psonæ cui substitutio fiebat.

b Pom. ¶ Vltimo quæro. Vltimo dixit hic Ang. quòd qñ substituitur vxori post mortem, quæ erat instituta ad vitam, quod hic talis substĩ nullo tpe valet iure directo, sed trahatur ad fideicommissum. Tu recurre ad l. filius a patre. supra, de liber. & posthum.

LEX VIII.

1 *Distributiuum quisquis, habet in se conditionem.*
2 *Substitutio an sit conditionalis institutio.*
3 *Nullum quod sit per omnia idem dicitur simile.*

a Quilibetis. a Clarum est principiũ huius legis, ideo non summo eã, eo qđ est q̃da diuisio, iõ seipsam summat. No. tex. ibi, cui similis, &c. No. † de distributiuo quisquis: q̃a hẽt in se cõdõnẽ, vt dixi in l. hoc articulo. ĩ. tit. j. & plenissime in l. j. infrà, de cõd. & demõ. ¶ † Op. qđ nulla substĩtutio sit pura, cũ oĩs substĩ sit cõditionalis institutio. l. cohẽdi. §. cohæres. ĩ. e. & l. in rõne. §. si filio. ad l. Fal. Sol. vt in gl. Opp. dř hic, quod id qđ est idem, sit simile, contra l. quod Nerua. & quod ibi no. ſ. depo. Rñ. † nullum quod sit per omnia idem, dicitur simile, vt ibi: hic vero idem quo ad effectum, tamen diuersum quo ad verba, illo respectu dicuntur similia, alio respectu sunt diuersa.

ADDITIO.

Pom. ¶ Qui liberis Vide Alex. consi. 37. in 3. vol.

1 *Hæres defuncto, non ex eius iudicio, non admittitur ad substitutionem factam per hæc verba, quisquis mihi hæres erit, & similia.*
2 *Hæres hæredis quando dicatur hæres testatoris.*
3 *Ista verba, quisquis mihi hæres erit, sit hæres filio meo impuberi, quam substitutionem contineat.*
4 *Seruus est eodem modo hæres nomine, sicut filius.*
5 *Cõpromissum factũ in aliquem sub nomine dignitatis non transit ad successorẽ.*
6 *Executor testĩ datus sub noĩe dignitatis, eo mortuo, successor erit executor.*
7 *Instituti, vel substituti in secundo gradu, veniunt, per hæc verba, quisquis mihi hæres erit, vel quos mihi hæredes institui.*
8 *Testator si substituit per verba si talis decesserit, substituo hæredes meos infrascriptos, demum instituit pauperes eligendos per aliquem, an illi pauperes admittantur ex substitutione illa.*
9 *Verbum, instituo, trahitur ad substitutionem directam.*

a §. Hæc verba, a Qui est hæres medio personæ alterius, nõ admittitur p substõnẽ factã p hæc verba, q̃squis mihi hæres erit. h. d. Vel aliter. Qui † est hr̃s defuncto non ex eius iudicio, nõ admittiť ad substõnẽ factã per hæc verba, quisquis mihi hr̃s erit. h. d. Et est no. tex. ibi, quia nõ ex iudicio veniunt, &c Similis tex. est ĩ. vt leg. no. ca. l. j. § nõ solũ. Nã si esset hr̃s hr̃dis ex dispõne defuncti: puta ex pupillari substõne, admittitur vigore dictorũ verborũ. Rõ: qa habet affectiõnẽ defuncti. casus c est ĩ. e. l. pater fa. in prin. ¶ Opp. ſ. de in rẽ vers. l. iii. §. sed & si errauerit. vbi nõ refert, qñ p obliquũ, vel per directum aliquid fiat, vt patet. Sol. hic aliud: qa ꝯsideratur affectio testõris, quæ in eo qui est hr̃s p obliquũ, nõ cadit. ¶ Vlteriᵒ opp. dř hic, neq; hæredis hæres. e ꝯ in l. qui patri. ĩ. de acqui. hære. dic vt ibi dicã. Vlterius opp. vt ĩ. de codi. l. si quis cũ testm. vbi nõ curatur q̃uo sit hr̃s. Sol. ibi nullus erat institutus, vnde in eis ista verba nihil poterãt opari: hic vero sic, vel aliter, ibi volebat quosdã grauare, hic volebat eos honorare, qa honor nõ cadit in eũ, ad quẽ testõr nullam habet affectionem. Prima solutio magis placet: qa illã tenebat Dy. Itẽ op. ſ. de donatio. inter vir. & vxo. l. si donare. §. j. Gl. non soluit: sed dic, qđ ibi vltimus noĩatᵒ occupat locũ primi quo ad effectũ donãtis, hic vero hæres hæredis, nõ ingredit locũ primi quo ad effectum testantis. ¶ † Extra glo. quæro, q̃ substõnẽ contineant illa verba, f q̃sqs mihi hr̃s erit, sit hr̃s impuberi filio meo. Dñt quidam qđ expressam vulgarem. Ita tenet Azo in sum. huius ti. & Dy. in trac. suo de substitutionib. Gl. vero dicit, ꝙ hic ꝯtinentur expressa pupillaris & tacita vulgaris, ita no. Insti. eo. in distinctione magna. ita tenet Iac. de Rauen. & Cy. in l. precibus. Hoc ẽt tenui vobis. ſ. e. l. j. in tractatu vulgari, in quæstione, quibus verbis ꝯcipiatur. Nã cũ hic substituatur pupillo: qa dicit filio impuberi hæres esto, patet qđ est expressa pupillaris ꝯtinens in se tacitam vulgarẽ, vt dixi. ¶ † Vlterius hanc legẽ induco cõtra Iac. de Are. & Pet. qui dñt quod filius est hr̃s nomine, sed seruus nõ, vt dñt in l. cũ proponas. C. de hære. insti. Sed dico contrarium: qa eodem modo est hæres dñs per seruum, sicut pater per filium, vt dicam plane in l. cum filio. ĩ. de leg. j. ¶ † Vltimo b hanc legem induco ad quæstionẽ, in qua semper dubitaui. c Vos hẽtis qđ si delegatio ẽ facta alicui sub nomine dignitatis, trãsit ad successorem in dignitate, in c. qm̃ Ab. ex. de offi. deleg. & no. ſ. de iurisd. om. iud. l. & quia. & l. tale pactũ. in fi. de pactis. Modo pone cõpromissum est factũ in aliquẽ d Ab. sub nomine dignitatis, an trãseat ad successorẽ in dignitate? Vř quòd sic, per pdicta iura. In ꝯtrariũ vř casus hic. Nam licèt sub nomine appellatiuo hic sit facta substõ, quisquis mihi hr̃s erit: tñ nõ trãsit in eos in quos nõ cadit effectus, licèt succedant in nomẽ appellatiuũ, vt hic. Ita in q̃õne ista. Vnde sicut cõpromissum non transit ad hr̃dẽ. l. idẽ proferre. §. j. ſ. de arb. sic nec ad successorẽ ĩ dignitate, vt hic. Et hoc tenet Inn. in simili in c. fi. ex. de offi. dele. Nec obst. quod dicimus de delegatione facta sub nomine dignitatis: qa illud verũ qñ aliqua iurisdictio cõmittiť. Sed q̃õ nr̃a loquitur, qñ cõmittitur aliquod exercitiũ, seu aliquis actᵒ, vt cõpromissum, & similia, vt no. p Inn. ĩ d. c. fi. extra de offi. dele. ¶ † Et hæc multũ faciunt ꝯ ea q̃ dixi, in l. quidã relegatus. ĩ. de rebus dubiis. & ꝯ id quod fit quotidie. Dicit testõr. e facio meũ executorem Priorẽ talis hospitalis. Nã ŝm pdicta, vt ꝙ succedens hospitali, non sit executor: nec in illo officio succedat, quod est ꝯtra cõem obseruatiã, & ꝯtra ea q̃ dixi in d. l. quidam relegatus. Sed dic, qñ testõr dat executorẽ in vltima voluntate, dat eũ in locum executoris legitimi, hoc est, ĩ locũ episcopi, q̃ est legitimus executor. l. nulli. & l. si q̃s ad declinandũ. C. de epis. & cle. Sicut ergo illa executio defertur sub noĩe dignitatis, ita hic defertur in locũ lẽtimi, vnde magis de dignitate, quã de psona vř sensisse. Sed si vellemus, qđ ista lex nihil obsit, dic qđ lex ista loqẽ qñ sunt aliq substituti sub nomine appellatiuo per testõrẽ impositio & introducto, qa ipse eos hr̃des instituit. Sed si esset aliud nomẽ appellatiuũ nõ introductũ per testõrẽ, nõ curarẽ an esset primus, vel secundus, vt dixi ĩ solutione contrarij. l. si q̃s cũ testm̃. de iure codic. Puto tñ ea quę dixi de arbitro & arbitratore esse vera, f per ea q̃ notanť per Inno. in d. c. vlt. extra de offi. deleg. Non hẽtis hic alia, nisi qđ recitabo hic aliquas q̃õnes, quas omisi ſ. ¶ † Et quæro

ADDITIONES.

a Pom. ¶ Hæc verba. Vide quid per istum tex. dicat Old. cons. 16. inci. thema tale est. refert & sequitur Ray. §. & quid si tantum.

b ¶ Vltimo. Adde quod cum Bart. transit Bald. in l. fin. §. sed & si quis. C. communia de leg. & in l. si. in 18. q. C. de hæred. instit. & in c. 1. de inuesti. in ma. facta & in auth. si tamen. C. de tempo. appella. Pau. de Cast. hic etiam transit cum Barto. limitando illud verum. Quando habebant notam personam illius, aliàs censeantur habuisse respectum ad dignitatem, & transibit, arg. l. qui habebat. infrà de reb. dub. & dicit quod tempore quo studebat, ista quæstio venit ad manus Baldi de quodam compromisso facto in Regem Franciæ. Limita tamen in casibus in quibus dicitur commissionem factam sub nomine dignitatis, transire in successorem in dignitate, vbi successor haberet dignitatem nomine proprio, non alieno. Ita probatur in l. quod principi, coniuncta l. si Augustæ. de leg. 2. & ibi no. Bart. Et hanc limitationem tenet Ang. post Cy. in l. si quis Imperatorẽ. C. qui test. fac. poss. Bal. in l. hac consultissima. cod. titu. reprobat gloss. in cle. & si principalis. de rescriptis, quæ contrarium sentiebat. Item limita, nisi existens in dignitate esset coniunctus ei, qui sibi committit, vel aliter appareret de aliqua præsumptione affectionis. Imo hic. & Ang. per no. per gloss. in capitu. 2. de testibus. Alias fallentias vide per Ioan. Andr. in addi. ad Spec. in titu. de iudic. delega. §. restat, circa principium. vbi quærit quid si habenti duas dignitates duo successerunt in dictis dignitatibus. & ibi etiam quid si commissa sit causa episcopo Bonon. & ante, cognitionem causæ ecclesia Bononiensis sit facta Archiepiscopalis an possit procedere talis episcopus. De quo etiam per eundem in addi. in Spec. tit. de instrumentorum edi. §. nunc vero aliqua [illegible] ver. quid erit in prælato, & per eundem in capi. [illegible] ni. & c. priuilegium. de reg. iur. lib. 6. & in c. quamuis. de offi. dele. in 6. per Pau. de [illegible] dispu. incip. Papa rescribit episcopo. An autem commissio facta episcopo Bononiensi extendatur ad locum tenentẽ. Gu. de Cu. in l. & si ptor. ſ. de offi. eius cui mandata est iurisdi. & o. concludit quod non per illum tex. [illegible] dicit putare se dixisse in l. morte. ſ. de iurisd. om. iud. & adde quod limitationem pau. de Cas. ſ. in princ. voluit Bald. in causa illius compromissi facti in Regem Franciæ, eius cons. 417. 1. vol. incip. In Christi nomine ego puto. Ad quæstionem vero an commissio facta episcopo expiret ipso facto Archiepiscopo. Old. dicit quod dignitas non tollitur, sed mutatur. eius cons. 159.

c ¶ Dubitaui. Vide Lanfran. in trac. de arb. versi. solet. Fely. c. præsentata. in princ. de testib. & c. cum ex officij. de præscrip. Vide quid dicat Bald in l. fi. C. de contrahen. emp. Barb. l. si stipulatus. ff. de verb. obli. gl. c. 2. de testamentis in 6.

d Parif. ¶ In aliquem. Vide Fel. in c. potestatem. in princ. extra de rescrip. & in c. quoniam Abbas. extra de offi. deleg.

e Barb. ¶ Dicit testator. Ad illud quod tangitur hic de executore vltimæ voluntatis, scilicet quod transeat, non tamen assignat bonam rationem, quia illud est nomen non introductum a testatore, secus in casu huius §. Hęc ratio non placet, quia concluderet in quod minus est prouisum: nempe quod executores locum tenent successoris, lex deputat sub nomine dignitatis, quia dat episcopum loci. l. nulli. præalle. Sed certe potius econtra: quia lex prouidet in defectum dati a testatore. in authen. licèt. de episc. & cle. Bald. vero dicit hic, quòd spẽle fauore vltimæ voluntatis, vt videatur commissa tanquam bono viro. tu potes dicere quòd ratio colligitur ex glo. pen. in c. 2. de test. in 6. videlicet quia illud ministerium est tale, quòd videtur committi respũ dignitatis, vel religionis, pro qua præsumitur, non autem respectu affectionis certæ personæ, & iõ secus eẽt, si deputans talem executorem eẽt consanguineus ipsius deputati, quia tunc non transiret in successores, vt voluit gloss. præal. & vide cons. Bart. 254. inci. dominus Cato. ad quod allegauit istum §. hęc verba, quandoque testator dicit quisquis vel qualiter.

f ¶ Pom. Inno. in dicto. Et hanc solutionẽ posuit ibi Inno. Tu dic quòd quando committitur iurisdictio, fit respectu personæ, & peritiæ præsumptæ, quam præsumitur habere successor in dignitate, facit c. statutum. de rescrip. in 6. sed nudum ministerium committitur respectu affectionis, quod contingit maxime in compromissis. Et facit l. mandatum distrahendorum. ſ. mandati. l. cuius bonis. ſ. de curato. furios.

q̄ro vtrum substĩõ facta p hæc verba, quisquis mihi hr̃s erit, vel p hæc verba, eos quos mihi hr̃des institui, vtrũ admittantur illi q̃ sunt instituti in scdo gradu, vt substitutivulgar̃r, & pupillar̃r alteri filio? Rñ. sic quia ex iudicio testõris veniunt, vt d. §. hæc verba. ¶ † Quæro, quid si testõr substituit per hæc verba, si talis decesserit, substituto hæredes meos infrascriptos, demum postea in testõ instituit paupes eligẽdos & nominandos p aliquẽ, vtrũ illi paupes admittant ex substĩõne illa? Rñ. & aduerte pp illam adiectionẽ, infrascriptos. Nã scripti dñr illi q pñt legi, non q pñt intelligi, vt pbat in l. j. circa pricip. s̃. de his q̃ in testa. delen. Pauperes sunt electi nõ pñt legi in testõ, licèt ex testõ ɔprehendant. Ego dicerẽ sic. Si quidẽ testõr nullos facit hæredes quos noiatim scripserit institutos, vel substitutos, tunc de necessitate oportet ĩtelligi de his pauperib⁹, q̃m alij non sunt scripti, & sic ɔstat testõrem de his sensisse. l. ij. s̃. de lib. & posth. Facit ad hoc j̃. de aur. & argen. leg. l. pediculis. §. item cũ quæreret. Si vero alios hr̃des nominatim in testõ scripserit, ad illos referturi illa substõ, quoniã sunt scripti, & vere sunt j̃. scripti. & in dubio debemus stare propriẽ significationi. l. non aliter. j̃. de leg. iij. & l. j. §. si is qui nauẽ. de exer. Sed quando substitutio esset facta per verba, quisquis mihi hr̃s erit, vel eos, quos mihi hr̃des institui, quia similia verba, tunc in casu isto venirẽt pauperes sic electi: quia veniunt ex iudicio testoris. Probatur ĩ l. vnum ex familia. j̃. de lega. ij. quod tene mente. Ideo respice multũ verba testamenti, qualiter sint concepta. † Vltimo no. quod verbum, instituo trahitur ad substitutionẽ directã. De quo dicemus j̃. eod. l. Centurio.

ADDITIO.

a Pom. ¶ Quæro quid si testator. Vide Alexand. consi. 73. ver. premissis. in 5. volu. & idem alexand. & Moder. in l. fina. C. de hęre. insti. & l. si quis. §. si. ff. de acquiren. hęre. Vide quid per istam legem dicant Moder. l. cum filio. in gloss. prima. infra de lega. primo.

§. Partes. Opp. C. eod. l. fi. Solue, vt dicam infrà, eo. l. proxima.

LEX IX.

Si pater. Disiunctus in vnam dimidiã, & plures coniuncti in aliã dimidiam, pro hereditariis portionibus ad substõnem vocantur. h. d. Opp. ad hanc legẽ de l. Lucius. §. Lucius. s̃. de le. ij. vbi dr̃ quòd oẽs vocãtur in viriles. Dicit gl. solue vt ibi. Alij vero dñt aliter. vt no. s̃. tit. j. l. liber hõ. §. Titius. vbi dicitur q̃ geminatio verborum illud inducit. Sed solutio ista nõ est bona. Nã hic nõ fuerunt verba geminata, siue orõnes geminatę, sed fuerũt oẽs nominati, vna & eadẽ orõne. Alij, vt Iac. de Rauen. dñt p ibi pp relatiuum, quis, vñr singl̃r nominati. Illa solutio approbatur per Cy. C. e. l. vlt. sed in veritate est ɔ̃ istum tex. q̃a hic ponit relatiuũ, quos, & vr̃ ɔ̃ gl. & no. in l. siue a certis. j̃. de duob. reis vbi relatiuum quis, vel qui, nõ inducit q̃ plures videãtur singl̃r noĩati. Quid dicemus? Certe teneo solu. gl. pósitæ in l. Lucius. ad quam gl. se remittit. Nã ex eo quòd testõr vetuit alienari extra familiam, prẽsumitur q̃ voluerit cuique dare virilem, vt ibi not. ¶ Vlterius opp. de l. fi. C. eo. tit. Istud ɔ̃riũ est valde difficile. Gl. hic. & ibi, multas solutiones ponit, q̃ omnes deminutionem continent. Sed veritas est, q̃ ibi est substitutus per hanc dictionem distributiuã quisquis, vnde quilibet vr̃ nominatus, merito quilibet videtur substitutus in virilem. Hic vero substituitur per relatiuũ quos, quod est magis collectiuum & vnitiuum, q̃ distributiuũ. Dicit. n. quos sibi q̃ non est distributiuũ, sed magis vnitiuum & collectiuũ. Nam collectiuũ est, cũ reperitur in plurali numero & ad plures nominatos refertur. Et hæc solu. patet ex significatione verborũ. Et hæc est vera, quam sequuntur doc. Vltramõtani. Et audiui a quodam antiquo doctore q̃ Mar. de Fano. interrogatus de solutione huius contrarij, sic respondit. Sed contra illam Sol. op. si per distributiuũ videtur quilibet nominatus, ergo in virilem quilibet admittitur, non pro hr̃ditaria portione, qd est contra casum. s̃. l. proxi. in fi. & l. si in testõ. s̃. eo. Resp. quilibet vr̃ nominatus nomine appellatiuo, & ideo inter se in portionibus, quæ eos tangunt habebunt portiones hæreditarias, sed quantum ad extraneum habebunt viriles. Nec ob. l. fi. C. eo. quæ videtur velle, quòd etiam habeant inter se viriles, & illud ideo quia etiam in hæreditate habuerunt viriles, aliàs esset contra. s̃. l. proxi. in fi. & s̃. eod. l. si in testamento. ¶ Vltimo glo. oppo. de l. j. C. eod. sed illa conuenit, & non discordat.

LEX X.

Sed si plures. a Spes substitutionis pupillaris ad hæredẽ non transit, b hoc dicit. ¶ Oppo. de l. qui liberis. §. hæc verba. s̃. eod. dic vt ibi. In tex. obierint soli, id est, pupillo. Idẽ de spe substitutionis reciprocæ. l. Lucius. §. fi. j̃. eod. Opp. de l. qui patri. j̃. de acqui. hær. Solue, vt ibi dicam, & no. bene istum tex. quia quotidianus est, Bart.

ADDITIONES.

a Paris. ¶ Sed si plures. Vide vnum casum sing. in quo substitutio transmittitur per Fely. in c. r. col. r. ad fi. de ium. tri.

b Transit. Vide pau. de Cast. cons. 159.

1 *Sui hæredis existentia operatur transmissionem hæreditatis paternę, & fraternæ.*

2 *Pater, qui fecit de filio suo necessario voluntarium, poterit facere necessarium filio suo.*

Abstinendi beneficium quod habet filius in hæreditate paterna, an habeat etiã in fraterna.

§. Quos possum. Iste est bonus §. & habuistis in l. ij. §. prius. suprà, eo. † No. q̃ sicut existentia sui hæredis operatur transmissionem hæreditatis paternæ, vt dicam j̃. eo. l. si filius qui patri, & plenissime in l. ex militari. infrà. de testa. mili. ita operatur transmissionem fraternæ hæreditatis ex pupillari, quod no. multum, vt hic est casus. ¶ † Quæro quid si pater fecerit sibi de filio suo, & necessario voluntarium, vt puta, quia dedit sibi substitutum vulgariter, per l. si filius hæres. de lib. & posth. An poterit facere necessarium filio suo? Et dic quòd sic, vt hic, quia sufficit potestas eius, ideo nõ requiritur quod faciat. ¶ † Quæro vtrum beneficium abstinendi, quod habet filius in hæreditate paterna, habeat locum in hæreditate fraterna: & dico quod sic. l. si filius qui patri. j̃. eo.

ADDITIO.

a Bar. ¶ Fraternæ. Adde quod Imo. h. d. etiam esse no. & Salice. idem tenet in l. testamento. C. eod. for ius voluit ang. in l. quoniam sororem. C. de iure delibe. & in l. qui duos. infrà, eo. & l. ventre. infrà, de acquiren. hære. & Imol. ibi in vit. char. angel. & imol. in l. Pautonius. eo. tit. imol. & pau. de Cast. in d. l. qui duos. videlicet quod idem etiam, scilicet quo ad transmissionem hæreditatis paternæ delatæ impuberi, in casu d. l. qui duos. videlicet, quando testator habens duos filios impuberes dixit, quod si ambo decederent impuberes, Titium substituebat, quia tunc mortuo vno ex impuberibus hæreditate paterna non adita non veniet statim Titius, sed alius frater impubes iure transmissionis sibi factæ ex potentia suitatis: quia tunc dicitur superesse persona quæ ex præsumpta mente testantis habet excludere substitutum. ad idem alleg. l. qui duos. de reb. dub. quod singulariter dicit alexand. ad ampliationem huius §. latius hic vide per eum.

a §. Filio impuberi. a Substitutus pupillariter non potest hæreditatem pupilli separare a pñna, si est adita per pupillũ. Item nisi adeatur ex paterna, non potest ex pupillari adiri. h. d. cum seq. & est no. tex. ibi, non potest. ibi rñdet. & not. Ibi, iuncta. n. In tex. ibi habere possum, sine paterna. Nam aut filius adiuerat hæreditatem patris, & non conceditur separatio personaliter, vt s̃. proxi. §. aut non adiuit, & tunc per me, non pñt confirmari tabulæ pupillares, quia repudiaui, & sic non defertur ex his hæreditas, vt j̃. proxi. §. sed antequam aliquid recitem, vide prius. §. seq.

ADDITIO.

a Bar. ¶ Filio impuberi, allegatur iste §. quod adita hæreditate per filium, censetur vnum patrimonium hæreditas patris & filij. Et not. quod coniunctorum debet fieri separatio vniformis, quod est vtile secundum ang. in eo qui impetrauit ecclesiam, quæ alteri erat vnita, & non potest illam vnitatem possidere. facit cap. super eo. de præben. in 6. licet non alleget. item quod datio cohæredis impedit suitatem, quo ad confirmationem tabularũ pupillarium. l. apud iulia. §. idem iulianus. infrà, ad Treb. & infrà, eo. l. si filius qui patri. non autem impedit effectum suitatis, quo ad effectum transmissionis hæreditatis non agnitæ. l. 3. C. de iur. delib.

1 *Substitutus an in casu huius legis possit petere restitutionem ex persona pupilli, vt se abstineat ab hæreditate paterna.*

2 *Sui hæredis existentia dato cohærede extraneo non confirmat tabulas pupillares.*

3 *Per aditionem hæredis instituti in re certa, confirmantur tabulæ pupillares alio hærede vniuersali non reperto.*

§. Si ex asse. Extraneus solus institutus repudiando hæreditatem paternã, non põt agnoscere pupillarem. h. d. In tex. ibi, institutus extraneus, secus si esset suus. j̃. eo. l. si filius qui patri. Oppo. ad §. filio. suprà. quod possit separari hæreditas patris & filij. l. si filius qui patri. s̃. eo. So. ibi filius adiuit, & per beneficiũ restitutionis abstinuit: hic nullo modo, vt hic fm vnam lecturam. † Sed dubitatur, an in hoc casu istius legis substitutus possit petere restitutionem ex persona pupilli, vt se abstineat a paterna. Videtur quod sic, per l. non solũ. suprà, de in integ. resti. Sed contra hoc videtur per hãc legem, vbi habet necesse vtranq; habere, vel neutram. Sed responde quod haberet necesse habere, ipso iure, nisi restitutionem imploret. ¶ Opp. de l. si filius qui patri. infrà, eo. vbi potest habere vnam sine alia. Sol. ibi vterque erat suus & necessarius: quia duo fratres: vnde existentia sui hæredis licet vterque repudiaret confirmat tabulas pupillares: hic vero vnus erat extraneus, ideo ipso & pupillo repudiante secus; quia existentia sui hæredis † non habet locum vbi cohæredem extraneum habet. l. apud Iulia. §. idem Iulianus. infrà, ad Treb. & dicam in l. si filius qui patri. infrà, eo. No. ibi adita fuerit hæreditas, & c. ga effecta est vna hæreditas. ¶ Vltimo vide gl. quæ incipit, immo cõtra. ibi, sed argu. contra l. liberum. sed vbi vnũ nõ dependet ab alio, nec est pars eius, sicut in diuersis legatis seruatur. l. sed duob. j̃. de le. ij. Dyn. ¶ Oppo. ad hunc §. si ex asse. de l. apud iulia. §. idem Iulianus. infra, ad Treb. Sol. hic dicit, ex asse, & sic nullũ habet cohæredem, cuius aditione possent tabulæ pupillares confirmari: sed ibi sic. Dy. ¶ † Quæro, quid si hæres esset ex asse, tamen in testamẽto est quidam hæres in re certa, an per eius aditionem confirmẽtur tabulæ pupillares, Dico quod sic, quia cum non reperiatur alius hæres vl̃is, iste institutus ex re certa erit vniuersalis hæres. l. j. §. si ex fundo. suprà, ti. j. & plene dixi ĩ l. ex facto. eo. tit. Sed aduerte quod in institutione in re certa, non fuerunt apposita illa verba, & plus de bonis meis petere non possit, quia tunc non habetur loco vniuersalis hæredis, sed testamẽtũ vitiaretur, vt dixi in l.

uti. Contra. j. de capti. & postli. reuer. l. pater. in fin. vbi dicit ꝙ veniũt de iure prętorio: Gl. dicit ꝙ veniũt eadem l. ex suppletione prętoris, vide gl. q̃ incipit, non ex verbis. & sic habes casum ſm Iac. de Are. & gl. ꝙ venit substitutus de iure ciuili & prætorio. ¶ Opp. gl. ponamus ꝙ pater capitur, deinde filius, tertio pr̃ morit in captiuitate, deinde filius moritur in captiuitate, & sic qlibet psumit mortuus præambula hora captiuitatis: ergo primo pr̃, deinde filius, & sic substitutus dēt admitti vt hic: sed j. l. pxima innuere vr̃ ꝯriũ, ergo, &c. Rñdet gl. q̃ incipit, non est verbis. ibi, sed rñde, &c. Ista sol. est vera, & verissima, sed rõ solutionis ponitur in l. pxi. Nã rõ est: quia si filius decedit patre mortuo ficte, filius esse hr̃s patri nõ potuit. l. nec nos. C. de capti. nec fuit suus hr̃s, nec per immistionẽ, & sic testm̃ paternũ est nullius momẽti, & substõ nõ hẽt locũ. vide gl. j. l. pxima, quæ incipit, ex vulgari. Et hæc sunt vera. Sed si ponimus impuberem non habere cohæredẽ cuius aditione cõfirmẽtur tabulæ pupillares, tunc bene põt succedere ipsi pupillo, licèt non traherentur ad bona pupilli defuncti. de quo dic plene. j. de ca. l. pater. & ibi gl. Sed si filius viuo patre esset captus, non admittitur substitutus ex substõne pupillari, vt hic. ¶ 1 † Sed quæro, vtrum ad bona defuncti posset venire ex tacita vulgari? Tres gl. dicunt ꝙ sic. Videatis eas. Vna est sup verbo, non existimo. & incipit, ad hoc, &c. ibi, vel saltem ex tacita. Alia incipit, & hoc intelligo, &c. ibi, vel saltem tacita. Alia est j. l. pxi. & incipit ex vulgari, & ibi vel tacita. ¶ 2 Item † habes ẽt ꝙ testm̃ põt sumere vires a tacita vulgari, a nec requirit aditionẽ ex testõ paterno. Nam nõ ponit hunc filiũ habere cohæredem, immo magis ꝯrium innuitur. Et patet in ratione gl. l. proxi. q̃ incipit, ex vulgari. Contrarium, tex. & gl. habetis in l. apud Iulianum. §. idem Iulianus. j. ad Treb. & Dy. tenet illã gl. Ratio quæ mouet Dyn. est: qa filio decedente in vita patris extinguit pupillaris, quæ est principalis: ergo, & tacita vulgaris, quæ est accessoria. l. iij. §. qui habet. s. de serui. vrba. præd. & text. est. ĩfrà, ad Trebe. l. apud Iulia. §. idem Iulianus. Fallit ſm Iac. de Aret. quando frater est institutus. l. si pater. s. eo. Guil. de Cu. dicit, ꝙ tacita vulgaris non reqrit aditionẽ hæreditatis, & sic testm̃ sumere põt vires a tacita vulgari sicut ab expressa: & est ratio ſm eum: quia non põt incipere dispositio ab eo casu a quo debet extingui. l. Titio cũ morietur. s. de vsufructu. Sed substõ vulgaris extinguit per aditionem, l. post aditam. C. e. ergo ab ea non incipit. Sed rñdeo ꝙ extinguitur vulgaris per aditionem eius, cui facta est substõ. Sed doctores qui tenent ꝙ requiratur aditio, intelligunt de aditione cohæredis non eius cui facta est substitutio. Et ita dicit Rayn. & est tex. in l. apud Iulia. §. idem Iulianus. ĩfrà ad Treb. Old. dicit ꝙ testm̃ põt assumere vires a tacita vulgari, aliàs sequeret absurdum. Nam pone, ꝙ vnus filius tm̃ est institutus, cui facta est substõ pupillaris. si filius nõ adibit, tunc nunq̃ substitutus admitteret ex tacita vulgari, qđ est ꝯ tex. l. iã hoc iure. s. eo. Sed rñdeo. si vnus filius tm̃ est institutus. tunc existentia sui hæredis cõfirmaret tabulas pupillares. l. si filius qui patri. s. eo. & l. paterfam. s. de priul. cred. Sed pone ꝙ existentia sui hr̃dis nihil operet, vt si filius decessit capto pr̃e ab hostibus, tũc bene sequitur absurdũ, qđ dicit Old. Et br̃ ego teneo istas tres gl. reprobata opi. Gul. Old. gl. & Dy. in l. apud Iuli. §. idem Iulianus. j. ad Treb. Et dico, ꝙ est casus in l. neque. n. §. fi. ĩfrà, de test. mili. vbi vulgaris tacita ꝯphensa in fideic. non requirit aditionem hr̃ditatis. Vnde ab illa tacita vulgari, põt testm̃ assumere vires. Nã licèt fideicõmissum requirat aditionem, tñ tacita vulgaris cõprehensa sub fideicõmissaria nõ reqrit aditionem. Dices tu ꝙ ibi est spãle. Rñ. ꝙ ibi est speciale, vt fideicommissaria trahatur ad directa, sed ꝙ illa directa possit a se sumere vires, postq̃ ad illam trahitur fideicõmissaria: nullũ est speciale. idẽ est casus in l. pe. in fi. s. de vent. inspi. nihil subaudiẽdo. Non obst. l. apud Iulianũ. §. idẽ iulianus. j. ad Treb. qa ibi reqrit aditio ad ꝯfirmandas tabulas pupillares, non ad ꝯfirmãdã tacitã vulgarẽ. Et si dicis qñ hoc fit cũ pupillus nihil hẽat? Rñdeo, qs tibi reuelauit? Nã pupill⁹ potuit multa quærere post mortẽ testõris. l. sed si plures. §. ad substitutos. s. eo. Non obst. rõ tua, q̃ est ꝙ rupto principali, rũpitur accessoriũ; quia substõ vulgaris tacita non est accessoriũ, immo est quid tacitũ æquè principale. l. si fideiussor. in prin. de leg. j. Quare credo salua meliori deliberatiõe, ꝙ tacita vulgaris non reqrat aditionẽ, immo testm̃ ab ipsa tacita vulgari põt assumere vires. ¶ 3 Quæro † mortuo pupillo testõre viuo, an tacita vulgaris possit habere locũ: Iste tres gl. dñt ꝙ sic, Dy. ꝯ, & dicit ꝙ est casus in l. quod si fili⁹. j. de capt. & postli. reuersis, & sic dicit esse determinatum ex eo ꝙ ibi dicitur, nihil ẽ, &c. Et sic nec ex pupillari, nec ex tacita vulgari. Alij doct. superuenientes dñt. Aut pupillus habet cohæredem, ex cuius aditione tabulæ secũdæ confirmantur, & habẽt locũ iste gl. alias habet locũ opi. Dy. Ego dico ꝙ hoc est ridiculũ. Sed dico, ꝙ istæ gl. & Dy. dicunt verum: quia qñq; pupillus decessit ficte viuo testõre, vnde spes pupillaris substõnis nõ deficit omnino viuo testõre, & tunc tacita vulgaris hẽt locũ. Et ita loquunt istæ duæ gl. in l. lex Cornelia. Qñq; filius vere decessit viuo testõre, & tũc qñq; pr̃ nõ habuit tẽpus ꝓuidẽdi sibi, & mutãdi testm̃: qa statim decessit post filiũ, & tũc habet locũ tacita vulgaris. l. si pr̃. j. proxime, & hic gl. Qñq; pater habuit tps ꝓuidendi, & mutãdi. & nõ fecit, tũc lex psumit ꝙ testõr voluerit ꝙ substitutus pupillariter succederet. & ita loqtur d. l. ꝙ si filius. j. de capti. & postli. & hãc distinctionẽ hẽs ĩ l. tractabat. j. de testa. mili. & ꝓbatur in simili in l. iij. C. de inof. testa.

ADDITIO.

a Poma. ¶ Item habes. Vide Pau. de Cast. in l. præcibus in vlti. col. versi. sed aduerte ad vnũ. C. eo. Pro cuius opi. dicit Cor. consuluisse cum collegio Perusino. Vide etiam Alex. consi. 17. in 3. vol.

LEX XXX.

1 *Substituto ex præsumpta voluntate defuncti coniunctus præfertur.*
2 *Dictio neque, est copulatiua.*
3 *Testator si substituit duobus per fideicommissum simpliciter, videtur cuilibet per se simpliciter substituere.*
4 *Testator si dixit. (si tales decesserint, volo quod omnia bona mea deueniãt in tales, videtur vocare substitutos, cum ambo instituti decesserunt.*
5 *Coniunctus ex voluntate defuncti, sicut præfertur substituto, ita etiam veniens ab intestato.*

1 Quidam testamento. Ex præsumpta † voluntate defuncti ꝯiũctus pferetur substituto, h. d. Opp. dr̃ hic ꝙ ꝯiunctus præfert substituto. Contra, immo ꝯiuncto substitutus. in auth. hoc ampli⁹. C. de fideicom. & j. de bo. pos. ſm tab. l. ij. §. si duo. & no. in l. qui patri. j. de acq. hær. Sol. Iurisconsultus rñdet, ꝙ hoc est pp voluntatẽ præsumptam defuncti, q̃ voluntas apparet hic ex duobus. Primo qa substitutus voluit admitti in plures q̃ in xij. vncias. ergo apparet ꝙ voluit eos admitti, cũ tota hæreditas vacasset, qm̃ in eos totam hr̃ditatẽ distribuit. 2 Item hoc apparet ex alio, s. ex hac dictione, † neque, q̃ est dictio copulatiua, & sic requirit vtrunq; nõ fieri, vt j. de verb. obli. l. si qs ita stipulatus. & facit quod dixi in l. si is qui ducẽta. §. cum ita. j. de reb. dub. & hoc tene mente ad multa. Ex hoc habes, ꝙ ex præsumpta voluntate defuncti coniunctus substituto præfertur. Et 3 per hoc potest limitari vnũ dictũ. † substituit testator duobus per fideicommissũ simpliciter. Certe cuilibet vr̃ substituere simpliciter per se, vt j. de leg. ij. l. fi. §. filiũ. & j. ad Trebellianũ. l. Lucius. §. Caio. a Sed quid si testõr [a] † dixisset, si tales decesserint, volo ꝙ omnia 4 bona mea deueniãt in tales, & tũc vr̃ velle substitutos vocare, cũ b ambo instituti decesserint, argumento huius legis. [b] Idem putarẽ si esset aliqua alia psumptio q̃ hic ponat, vt si esset psumptio ꝯiũctionis, vt qa erant filij instituti. Vnde velle videtur coniunctum præferri substituto, ſm ea quæ plene dixi in l. hr̃des mei. §. cum ita. 5 ad Treb. Vltimo no. † ꝙ sicut ex voluntate defuncti ꝯiunctus substituto pferẽt: ita qñq; veniens ab intestato præfertur substituto ex psumpta voluntate defuncti. l. si qs ita hr̃s instituat. de here. instit.

ADDITIONES.

a Pom. ¶ Sed quid si testõr. Vide Ro. sing. 107. pau. cons. 105. in 2. vol. an. de But. cons. 32. Paris. ¶ Vide omnino Com. cons. 34. incip. Iesu Christe, visis consiliis per totum. Io. de ana. consilio 22. & pau. de Cast. in l. hæredes mei. §. cum ita. in prin. ff. ad Treb. Respondet Bartõ. hic.

b ¶ Arg. huius l. Adde secundum alex. quòd contrarium tenet Ange. & Imo. Rapha. pau. de Castr. & ipse alleg. qui dicit se contra Barto. sæpius consuluisse, quia opi. Barto. est contra tex. in l. heredes mei. §. cum ita. j. ad Treb. in versi. omnem hæreditatem. Non obst. iste tex. quia loquitur in substitutione vulgari, quæ concipitur ante aditam hæreditatem, & ideo cum tunc habeat locum ius accrescendi, testator censetur voluisse illud reseruare. Non sic in fideicommissis quod concipitur post aditam hereditatem. Tu tamen dic quòd pau. de Castr. consilio 226. dicit quòd aliàs dubitauit de his quæ hic dicit Barto. maxime quã do esset aliqua præsumptio: quia in l. pe. C. de imp. & ali. sub. tenet contrarium: verum, quia quod Barto. hic dicit, idem firmat in d. l. hæredes mei. §. cum ita. dicit tamen non videri sibi tutum recedere à Barto. hic. & ibi, & id quod dixit in d. l. pe. dixit per inaduertentiã, ex quo non facit mentionem de d. §. cum ita. Et vide quæ ibi posui, quibus etiam adde Io. de ana. cons. 22.

LEX XXXI.

1 *Dictio tunc, denotat extremitatem temporis.*
2 *Hæres qui semel fuit, an possit desinere esse hæres.*

a In substitutione. [a] Sufficit quẽ semel hæredem extitisse, nisi testõr eũ hr̃dẽ esse tpe mortis requirat, qđ ex dictione tũc, præsumitur. h. d. In text. ibi, esset referenda, subaudi, vt oportet Caiũ tẽpore mortis impuberis hæredẽ esse, ad hoc vt substitutum excludat, non autem sufficit aliquo tẽ 1 pore fuisse, secundũ Dyn. Opp. de prin. ad fi. Sol. Dictio tũc, tollit contrariũ quæ extremitatem tẽporis significat. l. iiij. in fin. de ꝯd. & dem. & de testam. tut. l. pe. Secundo opp. & vr̃ ꝙ nullo mo possit esse locus substitutioni, rupto testõ per querelã. l. Papinianus. §. sed neque impuberis. de inof. test. Sol. hic testamentum fuit ruptum 2 pro parte, ibi in totũ. ¶ † Item opp. qui semel fuit hæres, nunquã potest desinere esse hæres. l. ait prætor. §. sed quod Papinianus. de mino. & l. ei qui soluendo. s. tit. j. Dic vt in glo.

ADDITIO.

a Rom. ¶ in substitutione. ad istum tex. vide alex. cons. 43. in fi. in 3. vol. Paris. ¶ Item oppo. Quod quis non possit desinere esse hæres, habet locum etiam quoniam ex conuentione partium, & ex sententia arbitratoris cui fuit data licentia annullandi testamentum quis efficitur hæres, vt per Com. cons. 141. col. 1.

LEX XXXII.

Qui complures. Ex psumpta voluntate defuncti plures ꝯiuncti vocant in viriles respectu vni⁹ adiuncti, sed inter se in hr̃ditarias portiones h. d. & est singularis casus. Op. & vr̃ ꝙ oẽs ꝯiuncti admittat in vnã dimidiã, & Titius in aliã dimidiã, vt s. ti. j. l. Titius fundi. & s. e. l. si pr̃ filio. Quidã dñt ꝙ hic ñ ꝯiũxit eos, sed eos instituerat separatim nominãdo, diuinare est. Tu dicas ꝙ hoc ꝯtingit pp duo. Primo, qa illos ꝯiunctos instituerat ex disparibus portionibus. Vnde sicut eos in instõne separauerat, ita vr̃ separasse in substõne. Scdo, qa in hac substõne expssit, dixit. n. ꝓ portionib. hr̃ditariis, sed in ꝯriis ista duo non interuenerunt, immo eos vno sermone instituit, vnde eos in substitutione

stõne ñ vr̃ separare. Itẽ op. C. eo. l. fi. §. j. vbi vr̃ ꝙ inter se vocentur in viriles. Rñ. ibi fuerunt substituti per distributiuũ quisquis, & ita ex facto contigit quod in substitutione partes viriles habuerunt, vt dixi in d. l. si pater. s̃. eo. & l. si in testamento. s̃. eo.

LEX XXXII.

1 *Substitutio facta in tempus an dicatur facta in diem vel conditionem.*

2 *Mater non potest substituere filio pupillariter.*

a **Si mater.** a Mater põt instituere filium in tp̃s pubertatis, & ei substituere vulgariter. h. d. & ista ẽ difficilis lex, tam in principio, q̃ in fi. Opp. ꝙ tale testm̃ nõ valet, qa filius interim reperitur pteritus, ergo testm̃ est nullũ ƒm iura hodierna, vt ĩ Auth. vt cum de app. cog. §. illud quoq;, & in auth. nouissima. C. de inof. testa. Dicit † gl. hic in verb. cũ erit, ꝙ filius fuit institutus ad tp̃s, vnde tẽpore subducto de medio remanet instõ pura. Istã glo. Iac. de Aret. reprehẽdit, dicẽs ꝙ hoc nõ ẽ verũ, imo ꝙ hæc substõ a est ꝯdõnalis, cum erit ann. xiiij. l. si cui. §. hoc aũt legatũ. ȷ̃. de leg. j. & b l. si Titio. ȷ̃. qñ di. leg. ce. sed instõ põt ꝑferri in ꝯdõnẽ, vel in diẽ incertũ. vt s̃. tit. j. l. si in tp̃s & ȷ̃. tit. j. l. fi. ꝑ totũ. & no. in l. hr̃ditas. s̃. ti. j. gl. tñ vr̃ voluisse euadere hoc, & dicit ꝙ hæc verba faciunt diẽ regulr̃, nisi aliud testõrem sensisse appareat. l. si ita scriptũ. de manu. testa. Videte, an ista verba faciãt diẽ vel ꝯdõnẽ, dixi in d. l. si cui. ȷ̃. de leg. j. Tñ in proposito dico, ꝙ ex qualitate ꝑsonæ. s. qa filius ꝑsumitur ꝙ voluit testõr potius facere diẽ q̃ ꝯdõnẽ. l. Seius Saturninus. ȷ̃. ad Treb. & de vsur. l. fideicõmissi. §. cũ Pollidius. vel tenẽdo opi. Ia. de Are. ꝙ faciãt ꝯdõnẽ ista verba, dic ꝙ ista ꝯdõ fuit adiecta ĩ fauorẽ filij, vt qa habebat patrẽ vitæ turpis, de cuius morib⁹ mr̃ suspicabatur. l. filiis matrẽ. C. de inoffi. testa. & isto casu ista substõ põt valere, vt dicã ȷ̃. eo. l. cũ ex filio. in prin. Et ex hoc patet quę erat rõ dubitãdi. ĩ l. nr̃a. Nã erat, ꝙ filius interim videbat̃ preteritus, & videbat̃ posse venire ꝑ querelã ƒm ista tp̃a, vel dicere nullũ hodie. Rõ vero dubitãdi quę ponit̃ in fi. gl. ẽ nulla, qm̃ substõ vulgaris põt fieri & ꝑferri in casum in quẽ instõ nõ valeret. l. Gallus. ꝑ totã legẽ. s̃. de lib. & posth. & l. si pr̃ filium. s̃. eo. tit. & l. iij. in fi. de lib. & posth.

2 ¶ † Quæro vtrũ mr̃ possit substituere filio pupillariter, vr̃ ꝙ sic, qa tex. dicit, tabulis pupillarib. Contrariũ est veritas: quia mr̃ ñ hẽt filium in p̃tate, ergo nõ põt substituere pupillariter, vt s̃. eo. l. ij. in prin. Nõ obstat hæc lex, qa loqr̃ in vulgari. & ita dicit quædam gl. hodie aũt qualr̃ ꝓcedat ista substõ facta ĩ tp̃s, dicã ȷ̃. e. l. cũ ex filio.

CONCORDIA.

¶ Filiũ. Pro ꝯcordia, Aduerte quòd mr̃ potest ĩstuere filiũ sub cõditione casuali, quia illa cõditio hodie subducitur de medio, & reperitur pure institutus. Ita Bart. in l. si pater. C. de insti. & substi. sub codi. fa. contrarium ƒm Alex. vbi s̃. col. fi. tenuit Bart. in hac l. si mater, quòd valet testamẽtũ ƒm casũm huius l. eo quia institutus sub illa conditione casuali a matre, videtur in defectum conditionis præteritus, quæ præteritio in matre habetur pro exhæredatione. Insti. de exhæ. libe. §. mater. secus de iure nouissimo, vbi oportet ꝙ sit expressa institutio vel exhæredatio, cum vna ex illis xiiij. causis, de quibus in §. aliud quoque. ĩ Auth. vt cum de appe. cog. Ita Alex. vbi refert Ang. in l. reprehendenda. C. eod. tit. aliter posset dici, & melius quòd Barto. de directo non est sibi cõtrarius: quia alio casu loquitur in hac l. si mater, & parum fuit consideratus Barto. cuius opi. hic est vera, & est ratio: quia ꝑ contrariũ conditionis euẽtum fuit hic, non dico exhæredatus, sed institutus. quo casu etiã in patre valeret talis institutio. Nam si mater dixit, instituo filium meum quando erit xij. annorum, nonne post xiiij. annos est institutus? Et hoc toleratur propter fauorem filij, in cuius fauorẽ fuit facta talis substitutio, forte ꝓpter patrẽ suspectũ de dilapidatione, & sic quandam singularitatem denotat hic Bart. & doct. sequũtur, quasi non sit dispositio conditionalis ex proxime dicta ratione, vt declarant ibi doct. ex mente matris expressa.

ADDITIO.

a Pom. ¶ Si mater. Vide quæ ponit alex. in l. si pater. ad fi. C. de insti. & subst.

1 *Filius quando superuixit patri, & repudiauit, & nepos etiam repudiauit, an admittetur tertius substitutus.*

2 *Existentia sui hæredis non impedit substitutionem vulgarem nisi quando substitutio esset facta secundum consilium Galli. vel legis Velleiæ.*

3 *Substõ vulgaris facta in vnũ casum, quando porrigat ad aliũ casum nõ expressum.*

§. Si filius. Iste est subtilis §. Si institutus est hæres, euanescit substõ vulgaris prima, & omnis posterior. h. d.

1 ¶ Quærit gl. in verb. excludi. † pone quòd filius superuixit patri & repudiauit, & ẽt nepos repudiauit, an admitteret̃ eius substitutus? Gl. ꝙ nõ: quia substõ Titij fuit facta, si filius viuo testõre decessit, & ille nõ decessit viuo testõre. Itẽ dicit gl. ꝙ verba superiora, si hr̃s ñ erit, debẽt intelligi cũ possit esse hr̃s. ita dicit gl. Ista gl. hẽt

2 duos passus. Primus passus gl. † est, an existentia sui hæredis impediat substõnem vulgarẽ. Gl. arguendo vr̃ dicere ꝙ sic: videte, regulariter veritas est in ꝯ̃rium, vt s̃. ea. l. ij. §. interdũ, in fi. & l. & si sine. §. sed qd̃ Papinianus. s̃. de min. Rõ apparet in prõptu, nã ex eo qd̃ hẽt qs substitutũ vulgarẽ, cessat existentia sui hæredis. l. Papinianus. §. quarta. & ibi no. s̃. de inof. test. & l. si filius hr̃s. s̃. de lib. & posth. sed posito ꝙ existentia sui hæredis nõ cessaret, sed hẽret locũ, tũc idẽ esset, vt s̃. dixi. Prędicta vera regulr̃, & cõiter. Sec qñ substõ vulgaris est facta ƒm ꝯsilium Galli, vel legis Velleiæ, tũc exñtia sui hr̃dis impedit substitutũ vulgarẽ, & hoc casu loqr̃ gl. nr̃a & bñ. Rõ: qa magis vr̃ nepos substitutus in suitate, quàm in hr̃ditate. s̃. de lib. & posth. l. Gallus. §. & quid si tm̃. ꝓut loquit̃ in filio emãcipa a to. Probatur etiam in §. nũc de lege. d. l. Gallus. & iõ statim cũ primus est suus, cessat substõ: qa est facta in suitate, & hoc casu loqr̃ bene ista gl. ¶ Venio ad determinationẽ qõnis si filius superuiuit patri, licẽt repudiet, nepos ex substõne non admittit̃: qa substitutũ impedit existentia sui hæredis. Et verũ dicit gl. sed ista rõ nõ vr̃ ꝯcludere in tertio extraneo substituto, de quo loquit̃ tex. & qõ. gl. Nã ille non põt dici substitutus in suitate, qa nõ est de liberis, sed magis in hæreditate vr̃ substitutus. Huius timore gl. dicit, iõ nepos nõ admittit̃: qa verba ista, hr̃s nõ erit, debẽt intelligi, cum esse possit. Sed hoc casu nepos non põt esse hr̃s, ergo &c. Videte, ꝓ ista gl. facit l. pr̃ Seuerinã. in prin. de ꝯdi. & dem. ¶ Contra istã gl. videmini hr̃e tex. in l. cũ ꝓponas. C. de hære. insti. vbi verba, si hr̃s nõ erit, debẽt intelligi, vel qa nõ possit; ꝓp qd̃ qdã reprobant istã gl. Mihi vr̃ ꝙ ista gl. dicat veritatem b hõc casu. Primo: quia si aliud diceremus, sequeretur ꝙ ille substitutus terti⁹ ꝑferret̃ nepoti in hr̃ditate ꝯ̃ defuncti volũtatem ꝑsumptã, vt C. de fideic. l. cum acutissimi. & l. cũ auus. ȷ̃. de ꝯdi. & dem. Qd̃ aũt nepoti ꝑferretur substitut⁹ ĩ hr̃ditate, rñditur sic. Iste nepos ex substõne nõ põt succedere, dictũ est in qõne nr̃a. Itẽ nec ab intestato posset succedere, donec est locus successioni ex testõ. l. quandiu. de reg. iu. & l. quandiu. ȷ̃. de acq. hę. & l. antequam. C. ꝯmu. de suc. Si ergo iste substitutus tertius posset succedere ex primo testõ, ille nepos repelleretur, ideo dẽnt intelligi ista verba, si hr̃s erit. s. cũ possit ex testõ succedere, ne illud absurdũ sequatur. Contra hoc opp. fortissime, substõ vulgaris facta in vnũ casum porrigitur ad aliũ casum non expssum. l. Gallus. §. & qd si tm̃. s̃. de lib. & posth. dixi. s̃. e. d. l. Si igitur ista substõ est facta in vnũ casum tm̃. s. si hr̃s eẽ nõ possit, refertur ad aliũ casum. s. si hr̃s esse nolit, & ecõuerso: Rñ. & dicõ, ꝙ porrigitur ad aliũ casum, nisi volũtas testõris repugnaret tacitẽ vr̃ ex ꝑsse, vt s̃. eo. l. iã hoc iure. & ȷ̃. eo. l. cum ex filio. §. sed hic repugnat ꝓp incõueniẽs, qd̃ s̃. dixi. & iõ si poneremus alium casũ. s. ꝙ nepos nõ possit esse hr̃s, incõueniẽs illud cessaret, vt qa ille nepos mortu⁹ antequã filius repudiaret, tũc crederẽ substitutũ admittẽdũ, qa eorũ verborũ significatio hoc patitur, d. l. cũ ꝓponas. C. de hęre. insti. Itẽ nullũ est aliud inconueniẽs, ꝓp qd̃ de volũtate defuncti aliud pręsumatur. ¶ Cõtra illud qd̃ dixi vltimo, op. licẽt substõ facta in vnũ casum porrigatur in aliũ, vbi nõ repugnat volũtas defuncti, tñ vno tp̃e facta substõ ad aliud tp̃s non porrigit̃. l. si ita qs. s̃. eo. sed in casu legis & ꝓpositæ qõnis, fuit facta substõ, si me viuo filius moriatur, & sic fuit collata in tp̃s vitæ: ergo si decederet post, dẽt cessare substõ. Rñ. illud tp̃s fuit appositũ in substõne facta filio de nepote, & non fuit adiectum in substõne facta nepoti de extraneo, nec ẽt dẽt ĩtelligi repetitũ, vt s̃. tit. j. l. sub cõdõne, merito ergo extraneus admittitur in casu quo. s̃. dixi.

ADDITIONES.

a Pom. ¶ Mihi videtur. Vide Alex. consi. 1. in 1. vol.

b Io. Fr. Ru. ¶ Veritatem. Adde circa istam q. gl. & saluationem Bar. plene no. per ale. are. & ias. hic.

LEX XXVIIII.

Ex duobus. Supremus vel vltimus est, post quem nemo sequitur. h. d. ¶ Opp. de l. eũ q. ȷ̃. ad Treb. Sol. vt ibi. & dixi in l. qui duos. in prin. ȷ̃. de reb. dub. Item hic dr̃, ꝙ sunt duo vltimi. Contra, istud relatiuum, quis vel quando, ponitur distributiue, vt ponitur hic, requitur ꝙ in vno tm̃ verificetur existẽtia cõdõnis, nõ in plurib. l. si fuerit. ȷ̃. de reb. dub. sed hic dr̃, ꝙ ĩ plurib. verificatur Sol. hoc est ex præsumpta volũtate defuncti, ꝙ voluit in hæreditate vltimi reperiri hæreditatem primi. l. qui duos. infra de reb. dub. Dixi in l. hoc articulo. C. de hære. insti.

1 *De his verbis, quisquis mihi hæres erit, & qualiter important tantum, quantum repetitio ab intestato.*

§. Filium. Hæres ex substõne vulgari admittitur ad substõnem impuberi factã per hæc verba, quisquis mihi hæres erit, &c. h. d. ¶ Ad hãc l. opp. ille qui nõ est hæres directo, immediate defuncto, nõ admittitur ad substõnem, ꝑ hęc verba, vt s̃. eo. l. qui liberis. §. hæc verba. Dicit gl. not. hoc est ideo, qa dictio, qsquis, plures reqrit, & ideo si nõ cõprehẽderet substitutũ nõ verificaretur dictio qsquis: sed in l. ꝯ̃ria erant plures instituti ad quos referet̃. Dy. repræhẽdit istã gl. qa verbũ qsqs, põt referri ad vnũ. l. si ĩ testõ. §. j. ȷ̃. si qs omis. cau. test. Dicit ergo Dy. ꝙ quotquot eẽnt institutĩ, tñ admittetur substitut⁹ vulgariter. Rõ: qa ex iudicio defuncti succedit. Pro ꝓbatur ĩ d. l. q liberis. §. hæc verba. Et ita vr̃ velle Dy. & eius rõ mihi plus placet, q̃ rõ gl. tñ gl. dicit veritatẽ, inquãtũ dicit, ꝙ distributiuũ, qsqs, reqrit ad minus duos. Pro † cuius euiden-

1 tia dẽs scire, ꝙ dictio qsquis, importat in se ꝯdõnẽ. l. q liberis. in prin. s̃. eo. Vñ exñtia ꝯdõnis bñ põt verificari in vno casu tm̃. d. l. si intestõ. §. j. ȷ̃. si qs omis. cau. testa. s̃ principalis locutio, & orõ de necessitate debet eẽ de plurib. vt hic ꝓbatur ĩ d. l. q liberis. ĩ prĩ. §. hæc verba. Si ponerem⁹ vnũ scholarẽ tm̃ eẽ ĩ scholis, & diceremus, quisquis prius exibit scholas, &c. esset impropria locutio, quia distributiuum, seu partitiuum requirit plura, vt hic patet ad sensum. Sed ponamus quod intestamento dixerit testator, quisquis mihi hæres erit, det illi decem, an per hæc verba comprehendantur venientes ab intestato? Gl. hic videtur velle ꝙ sic. Quidã reprehendũt hãc gl. dicẽtes ꝙ l. si qs cum testm̃ nullũ. ȷ̃. de iur. codi. loqtur vbi nullũ est factũ testm̃, & sic nulli hr̃des sunt nominati, & sic

d e necessitate intelligitur de venientibus ab intestato. Sed factū esset testm̄, & hæredes noīati, tūc gl. non bene diceret. Sed ego puto gl. bene dicere in vtroque casu, quia quando fit substō pupillaris est prouisio, ideo in eū qui nō est nominatus in testō, nō cadit affectio. d. §. hæc verba. & arg. qd no. in l. qui filiab. §. j. ff. de lega. j. Sed qñ relinquūtur legata p hæc verba, qsqs mihi hæres erit, &c. respectu hæredum ptinet onus. Si ergo testōr voluit grauare hr̄des quos noīauerit, & dilexerit, multomagis vr̄ grauare veniētes ab intestato, & substitutos quos minus dilexerit. l. Publius. §. Titia. de cōdi. & demon. & sic gl. bene dicit. Ex hoc habes notare, ꝙ idē importāt verba, qsqs mihi hæres erit, qd̄ importaret repetitio ab intestato. Contra hoc dictū facit l. si plures. ff. de leg. iij. vbi dicitur, ꝙ idem est dicere: hr̄s meus dato: vel quisqs mihi hæres erit. Rñ. illa similitudo, quæ ibi ponitur, est vera similitudo quātum ad scriptos in testamento, non quo ad omnia.

§. Etiam si contra. Rupto testō p ꝯtabulas, nō rumpitur substō pupillaris, nec legata a substituto. h. d. ¶ Opp. rupto testō rumpuntur tabulæ pupillares. l. Papinianus. §. sed neque impuberis. de inof. testa. Sol. ibi, qñ rumpitur p querelā, & tūc tollitur testm̄ ipso iure, qa est de iure ciuili, sed ꝯtab. est de iure ptorio. Vnde sicut prætor non pōt facere quē hr̄dē ipso iure, ita nō pōt facere desinere ipso iure. Posses tu dicere, Cū p ꝯtab. tollit testamētū paternū ī effectu, quare ēt tabulæ pupillares nō rūpunt in effectu? Rñ. tabulę pupillares ꝯtinēt ꝓuisionē filij: qa decedit testat⁹, & ea q̄ ꝯtinēt ꝓuisionē liberorū reseruant p tit. de leg. pstan. ideo substō pupillaris remanet. Ista est rō doct. & bona. Cōtra istā rōnem op. qa qd dr̄, ꝙ ea q̄ sunt in prouisionē filij, reseruātur p tit. de lega. præst. est verū de filiis non intentantib. ꝯtab. l. filiū. §. oībus. de leg. pstan. Sed dic fm̄ casum gl. ponit ꝙ filius ꝯtab. intētat, ergo, &c. Quid dicemus? Rñ. illa l. filiū. §. oībus. loqtur in ꝯmodis pecuniariis, in qbus ipse filius pōt disponere p se, vel cū authoritate tutoris vel curatoris, vnde petendo ꝯtab. pdit illud in quo pōt disponere. Sed istud ē testamētū pupillare, circa qd pupillus existens in pupillari ætate nihil pōt disponere, nec tutoris authoritas ad hoc se extendit. Vnde ꝯtab. petendo non poterit testamētū pupillare irritari. Vltimo qrit gl. q̄ est dr̄ia inter querelam, & bon. poss. contratab. & dic, vt in glo.

LEX XXXV.

1 *Legata ītestō cōtratab. an a substituto deant hr̄dib. vel prout à pupillo debetur.*
2 *Vxore relict i domina, & vsufructuaria, mortuo filio in pupillari ætate, substitutus pupillo, vxori præstat integrum vsumfructum.*
3 *Propositum in proposito ita operatur, quod operatur oppositum in opposito.*
4 *Contrariorum quando eadem est disciplina.*
5 *Quod hic dicitur, an habeat locum in filio exhæredato.*
Exhæredatus, an habeat contratab. beneficio præteriti.
Dispositio huius legis, quòd non habeat locum in filio præterito.
Testamētū qñ rūpitur ipso iure per cōtratabulas substitutio pupillaris rumpitur.

Et si contra. Ista l. reputatur difficilis, & hēt tres ptes. Prima durat vsq; ad versi. sic & crescere. Secunda vsque ad ver. his ꝯñs. Tertia vsq; ad fi. & fm̄ ꝙ tex. hēt tres partes, ita gl. magna q̄ est hic, q̄ ponit casum, hēt tres partes, ꝓut ponit casum. Quarto & vltimo gl. format quasdā qōnes circa legē. Videamus gl. magnā ibi, sic augeť, &c. & ibi ponitur secunda pars. 1 Op. ad prin. † fm̄ casum gl. habes ꝙ substitut⁹ teneť oībus pstare legata, cū pupillus nō teneatur nisi ꝯiunctis psonis, & nō vltra. l. q fundū. §. qui filiū. ff. ad leg. Fal. & l. filiū. in prin. de leg. pstan. Ista. n. legata, de quib⁹ loqtur hic, debētur ex psona impuberis, ergo nō in plus substitutus teneť. Et ideo Iac. de Are. & Old. dn̄t, ꝙ gl. nō posuit bene casum: debuit ergo poni sic. Si legata pstātur oībus forte minuerant Falcidiā, p q̄ legata minuunť. Sed qa filius nō pstat extraneis, sed solū parētibus: ideo legata debētur in plus: qa Falcidia nō detrahitur, cū non pstātur tot legata, arg. ff. de leg. pstā. l. filiū. §. fi. Et ideo habetis hic in tex. ꝓpterea, nō pterea: vel si habetis pterea, exponatur. i. ꝓpea, fm̄ Iac. de Are. & fm̄ hoc in tm̄ teneť substitutus, inquātū tenebatur pupill⁹ in his q̄ a pupillo sunt relicta. Credo Ia. de Are. dicere veritatē. Nā legata siue ab initio, siue ex post facto fiāt inutilia, minuūt Falcidiā. l. non est dubiū. cū l. seq. ff. ad l. Fal. Tū tenēdo opi. gl. no. istud prin. quia vr̄ casus illius qōnis, 2 † si testator relinquit vxorē suā dn̄am, & vsufructuariā fm̄ ꝯsuetudinē dēt habere alimenta tm̄ liberis īstitutis, vt no. C. si secū. nup. mu. & in auth. ibi posita. Dico ꝙ si filius fuit institutus, & extrane⁹ sibi pupillariter substitutus & pupillus hr̄s factus decesserit, substi- a tut⁹ dēt dare vsumfructū integrū, licèt filius alimēta tātum. Crescit. n. legatū in psona substituti, vt hic fm̄ casum gl. Qd intelligo vt plene examinaui in l. Titia cū testō. §. Titia cū nuberet. ff. de leg. ij. ¶ Venio ad secūdā partē legis, ibi, sic & accrescere. & vide secūdā partē gl. ibi sic augeť, &c. gl. hic ponit casū satis bene. Sed opp. ꝙ ipse pupillus tenetur ad prestāda legata oībus. l. fi. §. j. ff. de leg. iij. Sol. debētur legata pupillo ꝓ vncia, q̄ hēt ex volūtate defuncti oībus, ꝓ vnciis vero accrescētibus debentur legata tantum coniunctis psonis: & ita hic, & ibi loqť. & eodemmodo debebit substitutus legata relicta a pupillo, legata vero relicta a substituto oībus debētur. l. filiū. §. oībus. de leg. pstan. Rō: qa substitutus totum hēt ex iudicio defuncti, ideo in totum debentur omnibus. ¶ Venio 3 ad tertiā particulā. quæ incipit, his † ꝯñs. Allegať ad hoc ꝙ ita operať ꝓpositū in ꝓposito, qd oppositū in opposito. h. d. No. tex. ibi vt queadmodum, vide d. gl. magnā. ibi econtra decrescit. & c. q̄ est tertia pars d. gl. Quarta pars īcipit ibi, in exhr̄dato, &c. Oppo. ꝯtra secundā lect. gl. hic dr̄ ꝙ nō debētur legata, nisi ꝯiūctis psonis. Cōtra, immo oībus, & ꝓ semisse, qa totum semissem hēt ex iudicio defuncti: ergo, &c. sicut s. dixi de substituto. s. de inst. Ideo quidam reprehendūt hanc gl. Sed veritas est ꝙ bene dicit, nisi filius adiuisset, & omisisset ꝯtab. l. is qui. §. sed si vnus. ff. de leg. prestan. & de bo. 4 poss. ꝯtab. l. si ex duobus. §. j. Dicitur hic † ꝙ ꝯtriorum eadē est disciplina. ꝯ de l. si qs negotia. s. de neg. gest. & l. q proprio. §. ꝓcurator. & versi. vsq; adeo. & §. itē quærit. de ꝓcu. Sol. vt no. per gl. in regula iuris, fm̄ nām, & p Dy. ī c. q sentit ꝯmodū. de reg. iu. li. vj. ¶ Quæro vtrū hoc, qd hic dr̄, possit hr̄e locū in filio exhæredato. Gl. dicit & bene, ꝙ non, vt in ea habes, tum qa exhæredatus nō habet contratab. l. nō putauit. ī prin. ff. de ꝯtab. tn̄ qa ab eius substituto legari nō posset. l. plane. ff. de leg. j. & l. q fundum. §. q filios. ff. ad l. Falci. 5 Sed an † exheredatus possit habere ꝯtab. beneficio pteriti? Quidā ꝙ sic, & ideo dn̄t ꝙ hic bene pt poni casus in filio exheredato. Sed certe hoc est falsum: qa est ꝯ casū. l. si post mortē. §. exheredari. de 6 ꝯtab. ¶ Quæro † vtrū possit poni casus ī filio pterito. Gl. ꝙ nō, qa ab eius substituto nō potest relinq. l. cū qdā. C. de leg. licēt sibi pōt dari ꝯtab. Puto ꝙ gl. dicit veritatē, ꝙ suus ēt petēdo ꝯtab. non præ- 7 stat legata, vt l. is qui. in prin. de leg. pstan. ¶ Vltimo † ex l. ex duobus. §. fi. s. eo. format quæstionē, qñ per ꝯtab. rūpiť testm̄ ipso iure fm̄ gl. vt dixi in l. illud. in prin. ff. de ꝯtab. & no. in l. vt liberis. ī prin. C. de colla. vtrū tunc tabulæ pupillares tollenť. Certe sic: quia magis propter hæreditatem non aditam, quàm propter contratab. rumpitur testamentum, ideo substitutio pupillaris rumpitur. l. ij. §. ideo. s. eo. Itē in prin. huius l. si contra, reprobaui opi. Iac. de Are. & hoc videtur tenere glo. paruula.

ADDITIO.

a Integrum. Adde Bald. conf. 415. libr. 3. Bal. conf. 320. & 419. lib. 1. Pau. de Cast. cōf. 379. vnum notabiliter voluit. pet. de Anchar. consilio 229. quòd vxor relicta vsufructuaria instituta matre testatoris, non plus habeat, quàm si esset institutus filius. & an substituto extraneo, & pupillo moriente, mater debeat habere integrum vsumfructum. vide Roma. consilio 406.

LEX XXXVI.

Potest. Hæc lex continuatur cum lege infra proxima, quam vide.

LEX XXXVII.

a Vel singulis. a No. ꝙ si testōr vltimo morieti substituit, nō videtur filios inuicē substituere. Cōtra hoc videť tex. in l. Titia Seio. §. Seia. ff. de leg. ij. Dicit gl. Sol. vt ibi, & dic ꝙ nō est: qa vltimo substituit, sed qa ꝓhibuit alienari fundū iō vr̄ fideicommissū inuicē datū, hic videť dicere, ꝙ hoc ideo ē: qa directo ipsi filio substituit, ñ aūt rogauit alteri restituere p fideicommissū: qa si hoc fuisset, videreť inuicē substituere. Videte, puto ꝙ Dy. voluit hoc dicere, hic nouissimo substitui simpl'r: ibi vero substituit nouissimo in toto fundo, ideo voluit totū fundū ad nouissimū pertinere: ita in ꝓposito, si rogasset nouissimū restituere hr̄ditatē totā, videť ꝙ tota hęreditas ad nouissimū perueniat. l. denique. §. interdū. de pecu. leg. & idem si directo esset facta subst̄ō in tota hæreditate. ¶ Item Opp. de l. si pater impuberi. s. eo. Solu. ibi fuit facta substitutio reciproca inuicem, hic non.

ADDITIO.

a ¶ Vel singulis. Vide Alex. consi. 11. in 3. vol. & consi. 103. in 3. vol. & vide quid dicat Fel. consilio 42.

LEX XXXVIII.

1 *Valet argumentū de personis ad tēpus, sicut de tēpore ad res. Et de tēpe ad locū.*

Qui plures. Potest quis omnibus liberis substituere, vel parti eorum aut nulli, aut ad tempus totum pupillaris ætatis, vel ad partem eius. h. d. vide gl. in verb. ergo & ad 1 breue: &c. Ex hoc tex. no. Iurisconsultū † argumentari de personis ad tempus, sicut s. de in lit. iur. l. videamus §. pe. sic etiam de tempore ad res. ff. de mili. testa. l. miles ita. §. quia diximus. sic etiam de tempore ad locum. l. quoties in diem. de verb. obli. & l. vinum. s. si cer. pe. & l. res. de tritica.

a Et si a patre. Aditione facta coacto ex Trebelliano senat. ꝯfirmanť tabulæ pupillares. a h. d. Ad hāc l. op. dicitur hic ꝙ fuit institut⁹ filius. Contra, qa tabulæ pupillares remanent validę p existentiā sui heredis, licèt repudiet. l. si filius q patri. s. eo. & l. si pupillus. ff. de acq. hær. ergo nō est q̄rendū vtrū cōfirmenť p aditionē coactā. Gl. fateť, ꝙ filius fuit institut⁹ ex eo ꝙ hic dr̄, a patre: nā eo ipso ꝙ posuit patrē, ergo seqť, ꝙ filius fuit institutus. Itē fatentur gl ꝙ p existētiā sui hæredis testm̄ erat validū, sed p aditionē ꝯfirmať plus, quasi ex quodā ꝯctu, q ꝯhit p aditionē, vt hic dicit tex. ꝯfirmentur. q. d. prius fuerūt validę, sed fortius ꝯfirmanť. Secundū hanc lect. dēs intelligere, ꝙ filio fuit datus substitutus vnus vulgariter, & alius pupillariter fuit substitutus, & in fideicōmisso veniūt bona pr̄is tm̄ deducta legitima & Trebellianica. l. coheredi. §. cū filię. ff. eo. sed in pupillari veniunt oīa bona mr̄is, & filij. l. sed si plures. §. ad substitutos. s. e. Hæc lec. nō applaudet literę, qa tex. loquitur de instituto ī testō, & sic de iure ciuili nō erat validum

ADDITIO.

a ¶ Tabulæ pupillares. Dicit hic Bald. vt refert pau. de Cast. quòd non est tex. in mundo qui melius probet quòd licet per auth. ex causa, conseruantur legata, & fideicommissa, ita conseruantur substitutiones pupillares, quæ sunt pars testamenti sicut legata.

dum testm̄,nec existētia sui hæredis confirmauit ipsum. Quare Ia. de Are. intelligit, ꝙ filius fuit exhæredatus,& extraneus institutus: & ꝙ dr̄,institutus,dicit.s.extraneus, & filius exhr̄datus. Sed hæc lect. non placet,quia tex.dicit,a patre,vt gl.dicit,& bene. Quare dic fm̄ Dy.ꝙ filius habuit cohæredē extraneū,& sic existētia sui hæredis nihil operatur.l.sed si plures.§.filio.s̄.eo.& l.apud Iulianū.§.idem Iulianus.ff.ad Treb.& ita dēs intelligere. ¶ Quæro fm̄ hāc lectu. a quo fuit relictum fideicōmissū,vtrū a pupillo vel ab eius substituto?Dic ꝙ vtrūq; pōt pcedere,dū tn̄ dicas eo casu quo fuit a substituto non posse cogi,nisi mortuo pupillo.l.ij.§.interdum.s̄.eod.

ADDITIO.

a ¶ Ita debes intelligere.adde quòd pau.de Cast.reprobat propter verbum destituo: quia tunc multominus esset destitutum testamentum per repudiationem filij, cum subsit cohæres,per cuius aditionem potest confirmari.Vnde tenendo quòd loquatur in filio plus placet quòd non haberet cohæredem.ad contraria respondet quòd ista coactio non erat necessaria,tamen fuit vtilis,quia releuatur substitutus ab onere probandi suitatem, post quam expresse adiuit,alias haberet necesse probare patriam potestatem quod erit difficile.Subiungit postea quòd sibi plus placet lect.Iac.de Aret.

LEX XXXIX.

1 *Legata facta filio emancipato in diem transmittuntur per eum ad suos hæredes: hodie non.*

2 *Hæc lex,an hodie sit correcta per l. quoniam in prioribus.C.de inoffi.testa.*

3 *Filio emancipato,vt minus legitima portione relinqui possit, & testamentum non sit nullum,consilium.*

4 *Filio non sufficit relinqui iure fideicommissi vniuersalis,vt iure institutionis videatur habere.*

5 *Ille,cui legatur dimidia hæreditatis,an teneatur ad onera legatorum, debitorū, & creditorum remissiue.*

6 *Quando quis in suam tutelam dicatur venire.*

Cum ex filio. Filio emancipato,nō potest pupillariter substitui,sed potest eius instō omitti,& p fideicommissum sibi in tēpus pubertatis relinqui, quod importabit tantundem quantū substō pupillaris.h.d.¶ Opp.ꝙ istud sit malum consilium:nam ille qui nō erat in potestate, poterat venire per ꝯtab.& testm̄ rumpere,& dimidiā auocare.l.ita tn̄.§.qui rogatus.ff.ad Trebel.Sol ibi loquitur in filio maiori:hic loqtur in impubere,q nō pōt hoc casu venire per ꝯtab.qm̄ in sui ꝓuisione vr̄ hoc fecisse testator:quia sicut in pupillari est ꝓuisio filij,ita legatū hoc modo relictū,& præteritio hoc modo facta,succedit in locū pupillaris substōnis,quæ nō potest fieri ei q vere est in ptāte, ideo filius p ꝯtab.nō potest ꝯqueri:quia magis est sibi ꝓuisum q̄ ꝯrium, alias Iurisconsulti vanū dedissent ꝯsiliū.Ad hāc sol.op.†si hæc fuit 1 ꝓuisio filij,ergo ista adiecto,cū ad suā tutelā venisset,facit diē nō ꝯdōnem,ideo filius emancipatus transmitteret legatum ad suos hr̄des,non aūt succederet filius impubes q est in ptāte.l.si ita.§.Pegasus.ff.de leg.ij.& l.in fideicommissi.§.cū Pollidius.s̄.de vsu.& l. Seius Saturninus.ff.ad Treb.& l.ex his.C.qn̄ di.leg.ce.Rn̄.licèt sit in fauorē filij,nō tn̄ facit ꝯdōnē ex volūtate defuncti qui instituit, & legatum hoc modo fecit in locum pupillaris substōnis, vt dixi. 2 ¶ † Itē op.ꝙ hæc lex hodie nō pcedat,& est ꝯ l. qn̄ in prioribus. C.de inoff.test.vbi & oē tp̄s,& oē grauamen subducit̄ de medio:ergo saltē legitima vr̄ esse relicta.Gl.vr̄ pcedere,ꝙ hæc l.in hoc hodie corrigat̄.Iac.de Arc.C.de inof.test.l.filiis matrē.vr̄ velle sustinere istud ꝯsilium,ꝙ non sit correctum.Dicit.n.ꝙ illa l.qn̄ in prioribus.vult ꝙ oē grauamē subducat̄,sed ista dilatio non est grauamē, ergo &c.gl.in d.l.qn̄.id nō firmat,sed in l.si pater puellæ.co.ti.tenet idē ꝙ hic.Ego aūt dico a sic,si qdē est certū ꝙ dilatio talis sit a grauamen filij,tūc sine dubio subducit̄.d.l.qn̄ in priorib.Si vero ē certū ꝙ est commodum,vt qa mr̄ dubitans de morib.patris appo suit dilationē,tūc nō subducit̄,d.l filiis matrē.Sed si ē dubiū,tūc puto ꝙ de medio subducat̄ hæc dilatio.l.si pr̄ puellæ.cū sua glo.C.de inof.testa.& Insti.de aut.tut.§.neque.& qd ibi no.Modo ad ꝓpositū,ista instō,& legatū succedit in locū pupillaris substōnis,quę est b ꝓuisio filij,& eius vtilitatē ᵇ ꝯtinet.Vnde dico hāc l. p iura C.non correctā.Et hoc ē ꝙ cōsiliū illorū quatuor Iurisconsultorū voluit. ¶ Opp.ī Auth.de trien.& semisse.§.ꝓhibemus,& in Auth. vt cum de appel.cogn.§.aliud quoque.vbi filius dēt habere iure instōnis, nec sufficit hr̄e quoquo relicti titulo,sublata dr̄ia emancipationis & patriæ ptāris.Sol. Fateor ꝙ hodie istud ꝯsiliū est correctum. & testm̄ hoc modo factū est ipso iure nullum. Nā pteritio dēt fieri ex causis certis q̄ sunt nominatę in Auth.vt cū de appel.cogn.§. causa.& inter illas causas non est,nisi forsan diceremus ꝙ ibi sūt nominatæ cāæ ingratitudinis:de causis vero quæ ꝯtinēt dilationē & ꝓuisionē,nulla fit ibi mentio,& hoc satis placet: & fm̄ hoc ista lex non esset hodie correcta.Nā iste filius est pteritus ex iusta cā suæ ꝓuisionis,vn̄ sicut olim non poterat habere bo.poss.ꝯtab. ita hodie nō pōt habere ꝯtab.nullū aūt non pōt dicere testm̄, qn̄ est pteritus ex iusta cā.vt no.in Auth.de hær.& Fal.§.exhæredatos. & fm̄ hoc nō erit correcta l.multi.s̄.de libe.& posthu.tamē vt ista 3 euitemus qn̄ ille casus eueniret darē talem ꝯsiliū,ꝙ illū† filiū emācipatum institueret in quinq; solidis,& residuū sibi legaret in tēpus pubertatis fm̄ ꝯsilium illorū quatuor sapientū,tunc enim nullum testm̄ non posset dicere,quia institutus.Item non posset agere ad supplementum,quia ius agendi ad supplementum succedit loco querelæ.l.si quis filium.in fi.& l.omnimodo.C.de inof.testam. Vnde sicut querela non potest intentari,vt hic no.ita non potest agi 4 ad supplementum.¶ † Quæro vtrum sufficiat ꝙ filio relinquatur aliqd iure fideicōmissi vniuersalis, vt iure īstōnis videat̄ habere, Gl.in l.scimus.§.cū aūt.C.de inof.test.vr̄ dicere,ꝙ sic. Ego autem dico contrarium per l.ita tamen.§.qui rogatus.ff.ad Trebel. Fallit in casu huius l.vbi talis modus relinquendi succedit in locum pupillaris substōnis. 5 ¶ † Quærit gl.magna in fi.an ille,cui legatur dimidia hæreditatis teneatur ad onera debitorum, creditorum & legatorum?Et gl.dicit ꝙ sic, & est casus in l.si quis seruum.§.fi. cum l.seq.ff.de lega.ij.licèt faciat arg.contra l.mulier.§.fi.ff.ad Trebe.dic vt ibi. 6 ¶† Quæro,hic dicitur cum in suam tutelam venisset,qualiter ītelligatur.Quidam vsq; ad xxv.ann.alij vsq; ad xiiij. & hæc vera:quia hæc prouisio succedit in locū pupillaris substōnis,quæ pupillaris substitutio non potest fieri,nisi vsque ad xiiij. annum.ergo dic,ꝙ de xiiij.annis intelligitur,argum.pro hoc īfra de lega.iij.l.cum filio.

ADDITIONES.

a poma.¶ Ego autem dico.Vide Are.consi.19.

b ¶ Vtilitatem.pau.de Cast.dicit ꝙ iure isto sibi videtur,ꝙ consilium istorū nō fuerit bonum:quia si bene consideres,non est verum quod fiat ad commodum istius emancipati, sed ad commodum fratris sui,vt dimidia emancipati integraliter maneret penes fratrē, si emancipatus moriatur in pupillari ætate.Vnde quid ad emācipatum de fauore fratris sui postquam ipse iniuriam recipit tam in dilatione, quia interim nihil habet, quàm in transmissione,quia nihil transmittit.Præterea dicit ipse de quo alimentabitur, interim si non habet alia bona,& restitutio non veniet sibi fienda, nisi post pupillarem ætatem, vnde videtur dicendum quod ipse habeat contratabulas,per l.ita tamen.§.qui rogatus. alle.per Bar. & subdit ipse qualiter iure isto consilium dari potuit huic testatori,non video,nec certe hodie,quia licèt Trebellianica prohiberi possit,non tamen legitima tolli.

a §.Filio ª Expressum facit cessare tacitū.h.d.Vide hic casum expressum ī quo expressa vulgaris non ꝯtinet tacitā pupillarem,& econuerso,& hoc propter expressam prouisionē.

ADDITIO.

a pom. ¶ Filio.vide pau.de Cast.in l.testamento.C.de impuberum.

§.Quidam. Ius accrescendi trāsit ad illū,ad quē trāsit portio iure substōnis.h.d. ¶ Op.ille substitutus non erat illi īstituto ꝯiūctus,ergo portio nō dēt ei accrescere.Dicit gl.Fateor ꝙ non erat ꝯiūct⁹ ei,sꝫ erat ei ꝯiūct⁹ ille qui fuit substitut⁹.Gl.ista dicit verū,si illi qui remāserūt hr̄des,erāt ꝯiuncti illi.Sed si poneremus oēs disiūctos,ista inuestigatio gl.non esset necessaria,cū inter hr̄des,& disiunctos,esset locus iuri accrescēdi.l. hæredes sine partibus.s̄.tit.j.& l.j.§.his ita.C.de cad.tol.

LEX XL.

Casu cognita. Substitutus impuberi,qui se postea dedit ad arrogandum, habet vtiles actiones, si postea impubes decedit.h.d.De materia huius l.dic vt l.si arrogator.s̄.de adop.

LEX XLI.

Cohæredi Ista est bona lex. Substitutus ei, q est substitutus cohæredi suo,vtroq; defuncto vocatur in vtriusq; portionē.h.d.¶ Quæro quo iure isto habebit vtrāq; portionē. Quidā dn̄t ꝙ vnā partē habebit iure substōnis, aliā iure accrescēdi.vt hic.Quidā dn̄t,& hn̄t hic apostilatū per Dyn. & ego 3 hoc secutus dixi idem.s̄.eod.l.si Titius cohæredi, tex.tn̄ in d.l.si Titius. vr̄ dicere quod iure substitutionis habet partē vtranque: dicit enim in vtranque partem substitutum esse.

ADDITIO.

a Io.Fr.Ru.¶ Si Titius.adde gl.ex.hic,qui dicit Bart.tenere contrarium in d.l.si Titius.vbi vide.

§.Ex his. Hic tex.dicit,vel alij,& sic innuit, ꝙ pr̄ qui per filiū,& dn̄s qui per seruum acquisiuit, admittatur. Cōtra,in l.q liberis.§.hæc verba.s̄.eo.Sol.vt in gl.ꝙ filius, vel seruus remāsit ī ptāte alterius.Vel aliter,pr̄ qui p filium, vel dn̄s qui p seruū acquisiuit,non admittitur:qa nec hoc vr̄,sed ille filius vel seruus admittit̄ semp,licèt alteri acquisiuerit. Sufficit.n. ꝙ semel fuerit hæres,licèt alteri acqsiuerit.l.in substitutione.s̄.eo.& quod dixi in l.qui liberis.§.hæc verba.& l.cum ex filio.s̄.eo.

§.Cum filiæ. Iste §.ponit sex notabiles casus,vt patet ad literam.No.ex primo casu huius §.ꝙ pupillaris substitutio euanescit,eo cui est facta, sui iuris effecto ante mortem testatoris.Quod intellige si aliter,q̄ per dignitatem fiat sui iuris,vt plene examinaui s̄.eo.l.ij.

1 *Substitutio facta intra tempora pubertatis per verba mere obliqua non trahitur ad directam.*

Verbum restituere,est mere obliquum.

2 *Fideicommissum in dubio videtur relictum ab ipso filio impubere instituto, licèt relinquatur post mortem.*

3 *Legitima impuberis de illo fideicōmisso quod detrahitur sicut Trebellianica.*

§.Quod si hæredem. Hic est secundus casus huius §.Not.tex.ibi vt ab impubere,&c.Qui est valde no.tex.† Et est notandum ex hoc versi. 1 j.ꝙ substō facta intra tēpora pubertatis, per verba mere obliqua non trahatur ad directam.Mere.n.obliquū fuit verbū restituere: secus vero si fuit verbum cōmune,vt no.in l.pcibus C.eo.¶ † Se- 2 cundo no.& perpetuo tene mēte,ꝙ ī dubio fideicōmissum videtur relictū ab ipso filio īstituto impubere,licèt relinquatur post mortem suam,vt hic dicit tex.ibi,vt ab impubere,&c. Hoc ideo quia si fideicommissum esset datum nominatim ab hærede impuberis,veniret in fideicommissum legitima filij.l.si Titio.§.fin. cum l.sequent.infrà,de lega. j. Sed si fuit grauatus ipse pupillus non

non venit legitima in grauamine, vt no. per Dy. s. eo. l. j. & per Cy.
3 in l. ex tribus. C. de inoffi. testa. & hoc tene mēte. ¶ Tertio no. † ꝙ legitimus impuberis de illo fideicōmisso detrahit Falcidiam, seu Trebellianicam. Certe hodie ēt legitimā de iure naturæ, ſm opi. Canon. ī c. Raynutius, &c. Raynaldus. ex. de testa. de qua tangitur in gl. in l. Papinianus. §. meminisse. s. de inof. test. & l. quāquam. C. ad leg. Fal. & in Auth. de her. & Fal. §. si quis aūt. & l. j. j. si cui plusquā per leg. Fal. & in l. in ratione. §. quod vulg. j. ad l. Fal.

§. Nec aliud. No. quod substitutio, quæ fit per verba me re obliqua non extenditur vltra tempora pubertatis: veruntamen quidam ex isto versi. notant, ꝙ si fieret vltra tempus pubertatis per verba directa, ꝙ valeret, quod gl. reprehendit, vt dixi in l. Centurio. s. eo.

1 *Legatarius singularis non detrahit Falcidiam.*
2 *Legatarius certæ rei licèt rogetur restituere vniuersaliter occasione talis legati, non trahit Falcidiam, nec Trebellianicam.*
3 *Filia instituta in certa quantitate, & rogata restituere si decesserit sine liberis, detrahit falcidiam, & Trebellianicam.*

§. Quæ ita. Hunc §. not. & declara, vt j. de codicil. l. ij. in prin. in ver. per fideicōmissum. Oppo. de l. sed si plures. §. ad substitutos. s. eo. Sol. ibi in directa, hic in fideicommissaria, in qua bona filij non veniunt qd no. sed remanēt apud successorē filij. ¶ In versic. & ideo est no. ver. Opp. ꝙ ēt si sint legata a filio exhr̄dato, nō valet fideicōmissum. l. cū qdā. C. de legi. sol. intelligo ibi in fideicommisso relicto a substituto exhæredati, ꝙnō valeat, ēt si sit legatum exhr̄dato: hic ab ipso exhr̄dato. Opp. de l. q fundū. §. fi. & in l. in rōne. in fi. ad l. Fal. Sol. valet si substitutus fuit
1 ab eo institutus, vt plene dixi in l. qui fundū. §. qui filios. No. ꝙ † legatarius singularis non detrahit Falcidiam. ꝙ dic, vt in l. lex Falci
2 dia. §. nunquam. j. ad leg. Fal. ¶ No. † ꝙ legatarius certæ rei, licèt rogeē restituere occasione ipsi⁹ legati nō detrahit Falcidiam seu Trebellianicam, qd not. qa hic fuit relictū legatū, & fuit rogata d
3 restituēda hr̄ditate, vt ibi intra modū hr̄ditatis natū, &c. qd † facit si pr̄ instituit filiā in certa quātitate, & eā grauauit de restituendo simplr̄ bona sua, si decederet sine liberis. Aduocati cōiter dn̄t, ꝙ dēt detrahi Falcidia, & Trebellianica, qd verum esset si esset grauata vr̄ occasione illius portionis: & quia est instituta in certa quantitate, eius contemplatione potest grauari, vt hic.

a §. Qui discretas. a Substō breuiloqua vocat prius in instōne cōiunctos postea disiunctos. h. d. Et eū valde no. casus. & ipsum inducā ad aliqua, dū tractabo materiam breuiloquæ substitutionis, in l. Lucius. j. eo.

ADDITIO.

a ¶ Qui discretas. Vide pau. de cast. consi. 158.

a §. Qui patrem. a Substō breuiloqua non refert ad eos, qbus spāliter ē substitutū. h. d. No. text. ibi pp spāle. &c. Opp. de l. fin. j. ad Treb. vbi porrigiē ad eos qbus est spāliter substitutū. Sol. ibi pp illa verba, illi vl' illis, q cū sint pluralis numeri, non pn̄t verificari, nisi referant ad eos, qbus est specialiter prouisum, vt dixi. Item opp. eodem modo, ꝙ per specialē prouisionem a generali non est recessum. l. j. §. j. de ope. no. nun. Sol. vt dixi in l. quæsitum. §. fi. de fun. instru.

ADDITIO.

a Barb. ¶ Qui patrem. Et vide Bar. in consi. 5. incip. andreas Marti. ad quod alleg. istū tex.

§. Cohæres. Legata in secūdis tabulis relicta cōtribuunt cū relictis a substituto. h. d. & tractat materiā contributiōis Op. ꝙ ista ꝯtributio n̄ fiat. l. in rōne. §. qd vulgo. & §. qūtum. j. ad l. Fal. Solu. hic loquiē, qn̄ relicta a se legata ī institutione cū relictis a se in substitutione ꝯtribuūtur. Sed an relicta a pupillo cōtribuantur cum relictis a se? Dic vt ibi plene dixi, & l. qui fundum. §. cohæres. j. ad leg. Fal.

3 *Citatus si habet duas domos, & in vna habitat tempore æstatis, in altera tempore hyemis, & nuncius referat se citasse ad domum, citatio tenet.*

a Quod si dubitetur. No. † Ex hac lege quod illud est ius adeundi quod est separatum ab ipsa aditione. Dixi in l. his pt. s. e. Sed o per istu † tex. determino qone. Reperitur in actis quod lis ptest. nec dr per negationem, vel cofessione, an valeat? Spe. in ti. de lit. ptest. videtur dicere quod non. Nec ob. l. sciendum. j. de ver. ob. quia stipl'o fit vniformiter, litis contest. pot fieri difformiter, s. per cofessione, vel negatione: ergo ex hoc verb. lis contestata est, non possum aliquid præsumere. Ego dico quod pcessus tenet, licèt fuerit dubium an lis esset contestata per negationem, vel cofessione, qa sufficit quocuq; modo fiat, & valet pcessus arg. huius legis. Sed si qris an deam interpretari quod sit fca p negatione, vel cofessione, dico quod neutro istorum modoru, sed stamus in dubio ei, quod sufficit ad valorem processus. Dixi in l. sciendum. b j. de verb. ob. ¶ Item induco † ad aliud citatio debet fieri ad domum habitationis. l. j. §. j. s. de lib. agn. & pp istud Ioa. An. in c. cam. in cle. de elec. tenet quod si quis habet duas domos, sed in vna habitat in hyeme, & in alia in æstate, quod in vtraque potest fieri citatio. d Quid ergo, si nuncius retulit se citasse in domo, nec expressit in qua? Puto citationem valere, quia in quacunque fiat ius citandi est. arg. huius legis.

ADDITIONES.

a Alex. ¶ Quod si dubitetur. Et pro intellectu clariori huius l. vide bart. in l. ventre. in cop. j. eo. & bart. in l. Gallus. §. si eius. in fi. de libe. & posth. alleg. istum text. ad q. quod si certum est me habere actionem, & non constet de qua, non cogor in libello exprimere nomen actionis.
b Ale. ¶ L. sciendum. In pen. q. & ibi vide quæ dixi.
c Ale. ¶ ad domum. adde bar. in l. 4. §. prætor. de dam. infe.
d Ale. ¶ Fieri citatio. Videtur tamen bar. hic cotradicere his quæ dixit in l. 4. §. prætor ait. de dam. infe. nisi intelligas dictum bar. hic secundum no. per gl. in cle. causam. in ver. communiter. de elec. & tibi feci mentionem de hoc dicto in d. l. 4. §. prætor. de dam. inf. Io. Fr. Ru. ¶ adde cum bar. bald. Mod. hic refert, & Cano. in dict. cle. causam, vt hic refert, & sequitur alexand.

LEX XXXIIII.

1 *Iudex si ignorat se iudicem, an valeant acta per eum.*

a Sed si de sua. a Error in codone personæ adeuntis, aditionem no impedit: quia per hoc de causa aditionis nq dubitatur. h. d. Opponitur quod pr psumatur superuenire, & sic de codone sua quis no dubitat. So. gl. iustis præsumptionib. mouebatur ad credendum prium. Vide gl. & no. ea. & hoc examinabo. j. queadm. test. ape l. 2. §. si dubitetur. ¶ Op. s. l. is qui putat. & l. seq. Soluit. gl. & bn. Sed tu dic, hic dubitabat vtrum esset filiusf. s. alterius quam illius de cuius hæreditate agit: ibi an esset fili9 eius, de cuius hæreditate agitur: & sic dubitabat, an esset suus vel voluntarius, vt ibi dixi. 1 † Facit hæc lex, si aliquis est iudex, & ignorat se esse iudicem, an valeant acta per eu? Dixi in l. multum. de cond. & demon. & in l. quæro. de eo qui pro tu. facit l. 2. §. j. de iudi.

ADDITIO.

a Paris. ¶ Sed si de sua. pro declaratione huius l. & l. præcedentis, vide bart. in l. is potest. s. eode m.

1 *In instituto sub coditione potestatiua, duplex scientia requiritur, vt possit adire. Conditione in casuali sufficit vna scientia.*

§. Sed & si. Institutus pure, qui putat se institutum sub conditione, ea purificata non impeditur adire. h. d. pro declaratione huius literæ quæro, an facilius hic admittatur in casu secundo, quàm in primo? Gloss. aliquantulum se inuoluit. 1 † Dic quando conditio est potestatiua, ad hoc quod quis possit adire requiritur duplex scientia, vna tempore quo implet, l. 2. j. de cod. & demon. alia tempore quo hæreditas aditur, vt sciat eam impletam. Quando conditio est casualis sufficit vna scientia, vt quod sciat eam impletam esse, licèt ignorauerit tempus impletionis, l. 2. præallegata. & l. multum. eo. ti. de cond. & demon. & ideo hic dicitur, facilius, &c. ¶ Op. s. eo. l. heres institutus. soluit gl. & bene, & dic vt ibi dixi in contrario.

LEX XXXV.

Si quis hæres. Ei q adiuit parte, alia sibi delata accrescit inuito. ¶ Op. ad prin. de l. si solus. in fin. j. e. ti. Gl. soluit. ¶ Quærit gl. & istam qone no. vtru ille posset repudiare ex iure substonis, & habere iure accrescendi? Quidam dicut quod pt. Gl. determinat priu p istu tex. q dicit quod ex ca substonis accrescit eo inuito. Contrarium huius no. in l. testo. C. de impu. & aliis substi. Item p istam gl. facit l. nec is. §. j. & quod ibi no. s. e. & l. recusare. §. Titius. j. ad Treb. Dyn. rndet ad istas duas, qa ibi erant duo iura adinuicem no copatietia. s. ca test. & intestati, l. nec is §. j. s. e. vel iure directo, & iure fideicommissi, d. §. Titius, sed istæ duæ causæ ppatiuntur se inuicē. Ita dicit Dy. Old. dicebat aliter. s. quod in l. recusare. §. Titius. erant duę cāę, & vtraq; ex dispōne defuncti. Vn pt ab vna recedere, & aliam amplecti. Sed hic vna ex dispōne defuncti, s. ius substōnis, & alia ex dispōne legis, s. ius accrescendi, & ideo non licet recedere a dispositione defuncti, & amplecti dispōnē legis. Sed p hoc facit d. l. nec is. §. j. Sol. ibi bene est vna ex dispositione defuncti, s. ex testamento: alia ex dispositione legis, s. ab intestato: sed ibi totum ex vno iure, hic vero pro parte ex dipositiōe legis, pro parte ex dispositione defuncti, qd no admittitur, & ita tenet a hic glo. veritas est ista. a Aut quis incipit ab aditione partis, & alia partem habebit iure substitutionis inuitus, hic est casus, & glo. hic antequam aliquid adeat potest vnam partem repudiare, & aliam adire, & tunc partem repudiatam habebit iure accrescedi, hoc probatur in l. si tu ex parte. in prin. infrà. eod. & ita loquitur gl. in l. testamento. & d. l. nec is. §. j. ¶ Ad secundum responsum qro de intellectu ipsius quod prosequere, vt in gl.

ADDITIO.

a Alex. ¶ Veritas est ista. adde quod istud Imol. sequitur in c. Raynutius. in materia breuiloquæ in fine. de testam.

§. Si exclusus. Acquisitione partis non acquiritur alia eo iure quo deficit, nec debet acquiri per alium, nisi noua aditio interueniat. h. d.

LEX XXXVI.

Si ex sua. Op. s. eo. l. si ego. Sol. non acquiritur patroni iure instonis, sed accrescendi: ita intelligit gl. & bene. Facit j. de leg. ij. l. si mihi pure. Ronem istius legis vidistis in l. j. & ij. s. e. Cum. n. portio, quæ mihi acquiritur per alium, non possit acquiri nuda voluntate, ideo sine iussu non acquiritur.

LEX XXXVII.

a Hæres. a Op. de her. insti. l. si te solum ex pte. Gl. dicit, intellige hoc de herede vl'i q est vnus, vl' no succedit in oē, sed in vniuersum, sic. ¶ Oppo. de his q ad hrdē no trāseūt, vt vsusfructus, & similia. Sol. expone, oē ius. s. ius transmissibile. ¶ Ex gl. opp. de legatis, q recta via trāseunt in legatarium. Sol. expone. i. in omne ius, s. quod in aliud non sit translatum, vt j. de fur. l. a Titio.

ADDITIO.

a alex. ¶ Hæres. adde quod hæres quãdoque plus iuris habet, quàm defunctus & potest etiam opponere exceptionem ex persona propria, quæ non competebat defuncto, vt no. in l. Iulius, soluto matrimonio. & per hoc limitatur regula in omnibus. §. non debeo. de reg. iur.

LEX XXXVIII.

Fictio, quæ est idem quod præsumptio iuris & de iure, non patitur probationem in contrarium.

a Si duo. a Qui vult vna parte, vl' velle altera accrescentem. h. d. ¶ Op. j. eo. l. cum hereditate. So. ibi alter non abstib nuerat, vel si abstinuerat, alter ignorabat. ¶ Op. b in damno, iuris error excusat. l. regula. de iu. & fac. ign. So. gl. hic damnum habuit c originem a lucro: vn fingit scire, c vt in glo. & no. ipsam bene ibi, vel dic, &c. Ro est, qa qui accedit ad lucrum, an oia de suis iurib. diligenter inquirit, l. qui in alterius, de re. iu. Et no. † quod glo. dicit 1 vel dic, fingitur, & sic fictio, quę est idem quod præsumptio iuris, & de iure, vt probatur in l. fi. s. quod met. cau. & si non admittitur probatio in contrarium, & sic tene gl. quam no. quod autem sit fictio, apparet ex verbo quod est in tex. videtur, qd fictionem significat, vt dixi plene in l. si is qui pro emptore. de vsuca.

ADDITIONES.

a Pom. ¶ Si duo. Vide quid dicat Præpos. in c. quo iure. 8. dist.
Paris. ¶ si duo. Vide ias. in l. contra iuris. §. fi. in j. not. ff. de pac. & in l. vnic. col. vlt. C. quand. non pet. par. barb cons. 4. col. fi. vol. j.
b Pom. ¶ Opp. Vide aret. cons. 18. in prin. in verb. & tunc vide bart. cons. 198.
c Ale. ¶ Fingitur scire. Vide ad hoc l. non amplius. §. j. cum glo. infrà, de leg. j. cum aliis quę alleg. in l. 2. §. si qui satisd. cog. & no. quod dans pecuniā vt beneficiū vel prębendā cōsequat, dicitur titulo lucratiuo habere. ita not. bar. in l. si is. infrà, si quis omis. cau. testam.

LEX XXXIX.

a Quandiu. a Opp. de l. si quis ita. de hæred. instit. Sol. glo. ibi fallit. ¶ Opp. j. vnde lib. l. vlt. Sol. glo. ibi non poterat adiri ex testamento, qa cōdō defecerat. Opp. quandiu pot dari ptab. no pot hre fm tab. l. æquissimum. §. j. de sec. tab. & de ptab. l. illud. §. fi. Sol. vt in gl. Sed tu dicas quod bon. poss. contra tab. dat filio emancipato de iure prætorio eo casu, quòd si esset suus, diceret nullum, sicut si esset præteritus. l. j. in prin. j. de ptab. quod ergo facit ius dicendi nullu de iure ciuili, facit bonorum pos. ptab. respectu iuris prætorij: sed donec pot testm dici nullum, non pot adiri hæreditas. l. cum quidam. §. quod dr. s. e. ita donec pot peti ptabunon datur fm tabulas, qa respectu iuris prætorij dubitatur de viribus testamenti. Sed qa respectu iuris ciuilis non dubitatur de virib. testamenti. ideo interim posset adiri hæreditas de iure ciuili, & licet gl. dicat forte, tamen indubitanter veru est. l. illud. & l. si ex duob. de contra tab. & l. is qui in potestate. §. j. j. de leg. præstan.

ADDITIO.

a Ale. ¶ Quandiu. Quandoque tamen causa intestati præualet causæ testati. l. hac consultissima. §. fi. & ibi hoc not. C. de testam. in 2. not.

LEX XL.

Quæsitum. Qui repudiat paterna potest adire pupillarē hæreditatē, si hēt cohæredē, alias secus. h. d. Quæro dr in tex. incidere eum in edictu, qd est istud edictu in qd incidit? Gl. in ver. in edictum. rn. duob. mod. Primu improbat. Secudu substinet. Certe illud vr p mentē literę, q dicit quod no pot hre pupillarem. Dicendu est ergo, quod edictum dicebat, si quis repudiat paternam, pupillarem habere non potest. Quæro rationem dicti Marcelli. Dic vt in gl. & dixi ponendo casum. Gl. remittit ad nota. in l. quidam. elogio. C. eodem. & dicam in l. fin. j. eod.

LEX

LEX XLI.

1 *Existentia sui hæredis operatur confirmationem tabularum pupillarium ad cõmodum abstinentis.*

Filius. Existentia sui hæredis cõfirmat tabulas pupillares in cõmodũ filij abstinentis.h.d.& no. Opp.s.eo.l.proxi. Sol.qdam dicunt hic habebat cohæredem qui adiuit,qđ est diuinare.Vel dic,ꝙ hic speciale in filio abstinente. Dicit gl.hæc est a vera.Videamus rationem gl. quam ponit, & non bonam. Sed 1 ratio est.†quia existentia sui hæredis operatur confirmationem tabularum pupillarium in commodum abstinentis,vt hic est casus,vt probo.De iure ciuili filius est hæres suus & necessarius: de iure prætorio in fauorem filij fuit introductum,vt si vellet,posset abstinere,ne creditorib.paternis teneatur,vt ỹ.eod.l.necessarijs, & Institu.de hæred.quali.& diffe.§.sui.Cum ergo ius prętorium sit introductum in fauorem filij,ideo in eo casu quo noceret ei, illud ius prætorium nihil operatur.l.quod fauore.C.de legib.& l.nulla.ff.de legi.merito in sui filij abstinentis commodum existentia sui hæredis operatur,vt confirmet tabulas pupillares.& h. d.l.si filius qui patri.de vulg.& pupil.& si bene intelligas, idem esse in commodum filij,cui est facta substitutio,vt ỹ.l.proxi.

ADDITIO.

a Alex.¶ Rationem glo. Adde ꝙ Argentinus in l.si filius qui patri.de vulg.& pup.per istã glo. concludit,quod per existentiam sui hæredis non confirmabuntur tabulę pupillares, vbi mater impuberis esset in medio.quam conclusionem ibi reprehendi post Imo.

LEX XLII.

1 *Existentia sui hæredis quæ remanet post restitutionem in integrum, confirmat tabulas pupillares,& tutelas,non legata.*

2 *Existẽtia sui hæredis dato cohærede extraneo,nõ confirmat tabulas pupillares.*

3 *Vulgaris tacita cõprehẽsa in expressa pupillari nõ trahitur ad bona impuberis.*

Si pupillus. Existentia sui hr̃dis confirmat tabulas pupillares in commodum filij cui facta est substõ. h.d.Primo ponit dictũ Iuliani,qđ continet regulam & exceptionem.Secundo reprehensionẽ Marcelli,circa exceptionẽ.Tertio consilium Marcelli,si opi.Iul.esset vera.Quarto declarationẽ reprehensionis.Secũda ibi,q̃ sñia.Tertia ibi,alioqui.Quarta ibi,sed quod in fratre.¶ Op.si pupillus abstinuit,& sic nõ aditur hr̃ditas ex testõ paterno,non valet pupillare testm̃,l.ij.§.adeo.s̃.de vulg.& pup.& l.q̃situ.in fi.s̃.eo.Quidã dñt,ꝙ habuit aliũ cohæredem qui adiuit,& est diuinare.Alij dñt ꝙ filius primo adiuit, & per restõ-1 nem fuit abstentus.†No.ꝙ ista exñtia sui hæredis,q̃ remanet post restõnẽ in inte.confirmat tabulas pupillares,eadem rõne & tutelas.Secus in legatis,l.j.§.fi.cum l.se.ỹ.vt in posse.leg.& huic ꝯcordat l.si filius qui patri.de vul.& pup. Habes vnam lec.q̃ licèt in se sit vera,tñ diuinationem ꝯtinet.Alij dicũt, ꝙ se abstinuit ab initio, sed existentia sui hr̃dis ꝯfirmat tab.pupil. Ista est vera per rõnem q̃ dixi s̃.l.prox.Est.n.in cõmodum filij,cui facta est substõ, vt licèt se abstinuit,valeant tabulæ pupillares,vt hic dr̃ in text. Ideo bñficiũ abstinendi quantũ ad hoc nihil operatur,legata tñ q̃ debẽtur exneis,& alia q̃ in commodum filij nõ ꝑtinerent,nõ cõfirmaret,l.j. in fi.prin.vt in pos.leg.Fallit in libertate,l.cũ quasi.§.sed & si quis. de fideicom.li. ¶Opp.ex.gl.ỹ.ad Tre.l.apud Iulianũ.§.idem Iulia-2 nus.Sol.Dy.† ibi pupillus hẽbat cohr̃dem exneum,ideo existentia sui hr̃dis nõ ꝯfirmat tabulas pupillares,hic nullum cohr̃dem habebat.Ad idem facit l.pr̃.ỹ.de priuil.cred. ¶ Op.& nunc sum in gl.magna.de l.si filius.de vulg.& pup.vbi ẽt frater non tenet creditorib.paternis.Hic dantur duę solutiones tñ ad idem tendunt: qa veritas est ꝙ suus hęres est necessarius,frater tñ eam repudiare potest beneficio edicti prætoris ꝯcedentis bñficium abstinen-3 di,dicta l.si filius.† Vltimo dicunt qdam ꝙ hic est casus,ꝙ tacita a vulgaris cõprehensa in expressa pupillari,trahitur ad bona impuberis.Hic enim pupillus se abstinuit, & sic hẽt locum vulgaris, & sic trahitur ad bona impuberis,vt hic: cõtrariũ dixi in l.ij. §.sed si quis ita.de vulg.& pu,quia fateor ꝙ ex vulgari succeditur defuncto,sed ex pupillari succeditur pupillo,vt ibi dixi.

ADDITIO.

a alex.¶ Dicunt quidam.Vide Bar.in l.i.in 4.quest.prin.4 effectu.de vul.& pup.

§.Si in societate. Qui pseuerat inchoatᵒ in vita pr̃is, se videtur immiscere: secus si noua inchoentur.h.d.Opp.ꝙ debeat dici totum eꝫ.Nam inchoatũ dicitur,qđ habeat necesse perfici.s̃.pro soc.l.hæres socij.ergo facit ex necessitate precedẽtis actus.vnde non vr̃ adire.l.iiij.§.Scio. s̃.de mino. Sed si noua inchoet, facit voluntarie, vr̃ ergo adire. Br̃ intellige,ꝙ hic fuit ꝯcta societas viuo patre,eorum q̃ ꝑueniebant ex questu,nulla re paterna posita in societate. Vnde si filius post mortem patris perfecit cæpta & administrauit res paternas merito videtur adire.Et intelligas quod illa q̃ fecit,non erant ita connexa, quin derelinqui possent, aliàs non videtur adire, per rõnem quam s̃.dixi. probatur in l. si tutor post pubertatem.s̃.de tut.& rat.dist.l.tutorem.de admini.tut. Sed qñ de nouo aliud q̃rit bona patris nõ attingit, ideo videtur se nõ immiscere:ita loquitur hic.Sed si poneres in societate coeunda posita esset res patris tunc siue noua siue vetera filius faceret circa illas res,videtur se immiscere,quia bona patris administrat.

§.Si seruum. Qui manumittit seruũ paternũ,vr̃ se immiscere.Secus si seruũ castrẽsis peculij.h.d.cum §. seq.Op.de primo §.ad seq.Soluit gl.duob.mo. Dic vt in ea.Rõ est quia manumittit seruũ propriũ,nõ paternũ,ita dicit Dy.& bene.

§ Proponebatur. Op.s̃.proxi.§.dicit hic gl.abstinuerat,&c. Ista non est bona per l.pro hærede.§.Papin.s̃.eo.Sol.verum est quod manumisit seruum proprium hic,sed s̃.manumisit paternum:& illam teneatis.

LEX XLIII.

Hæres. Per seruum hæreditarium non potest queri aliquid quod sit hæreditatis.h.d.& hæc lex declaratur,vt in gl.& dixi plene in l.j.§.veteres.de acq.pos.Quæro quæ est rõ huiᵒ legis?Gl.dat plures sol.& est prima verissima.Nam quia seruus hęreditarius antequam adeat non est hæres,& sic sibi nihil ꝑt quærere,postquam est adita,non est hæreditarius.Et ista est veritas.

ADDITIO.

a ¶ Hæres.Et dum gl.hic,& in d.§.veteres,dicit ꝙ seruus hæreditarius post aditam hæreditatem non dicitur hæreditarius,sed hęres,inducitur hic per Raph.Cu.ad quest.statuto cauetur ꝙ mulier maritata extra territorium non succedat in patrimonio.& hęreditate territorij,& mulier primo adiit hęreditatem,postea se maritat extra territorium,poterit omnia retinere.Et idem voluit Bal.in l.si à matre.in fine.C.de suis & legi.& per istas gl. dicit Raph.ꝙ sustentatur libellus,si post aditam hęreditatem dico,peto talem rem hęreditatis,quia verba impropriantur.l.si olei.C.loc. secus si fideicommissarius diceret peto talem rem,vt hęreditariam,quia iam adiuit,vt hic refert Rom.& adde Rom.post glo.in l.2.s̃.de fideicom.hęr.pe.& vide aliquid per Rom.in d.§.veteres.Adde tamen ꝙ hęreditas adita,etiam appellatur hęreditas.l.fina.§.finautem in secunda,& ibi bald.C.de bon. quę lib.

LEX XLIIII.

Facta à prælato qui postea est remotus,tenent.

Facta à prælato qui fuit pronunciatus non esse prælatus,an teneant.

Quoties. Gesta per pupillum bona fide habentur rata eo per restõnẽ abstento.h.d.†No.ꝙ facta à prælato, qui postea remotus est,valent.Sed quid de factis à ꝓlato,qui postea pronuntiatus est non esse prælatus?Gl.tãgit in l.3.C.in quib. cau.in integ.restit.non est necess.& l.iusiurandum quod ex conuẽtione.§.pe.s̃.de iureiu.& facit s̃.de of.præt.l.Barbarius,& quod ibi no.l.2.C.de sen.& plene per Inn.extra de elect.c.nihil.

LEX XLV.

Seruus dotalis institutus,cui restituat hæreditatem,an viro,an vxori.

Aditio. a Aditio hæreditatis nõ est opa,iõ requiritur iussus dñi,h.d.Gl.diuidit dicẽs,ꝙ primo ponit dictũ qđ ꝓbat trib.rõnib.Vel s̃m Dy.Primo ponit regulã.Secundo tres illationes ex regula.Tertio rñdet cuidam obiectioni q̃ posset fieri ad ꝯria.Secunda ibi,idcirco. Tertia ibi,& qđ dicit tex.seruiebat.Dy. dicit,ꝙ opera dicitur,offĩn diurnum.l.j.de ope.li.sed aditio hæreditatis in solo aĩo ꝯsistit.Dy.op.de l.dotalem.s̃.sol.mat. Dicit Dy. 1 aut†fuit institutus cõtemplatione vxoris,& debet restitui vxori: aut contemplatione viri,& dẽt remanere apud virum lege ꝯtria, aut dubitatur,& præsumitur,ꝙ cõtemplatione ipsius serui,& sic dẽt restitui vxori,vt hic.Itẽ ꝯ.s̃.e.l.si quis mihi bona.§.j.Sol.vt ibi.

ADDITIO.

a Pom.¶ Aditio.Verbum propterea,hic positum,limita vt per bar.in l.j.§.veteres.in fi.ff de acq.poss.

LEX XLVI.

1 *Certus quis debet esse de facto suo.*

2 *Dubietas superueniens post aditionem eam non vitiat.*

3 *Dubitans de viribus testamenti,quia dicitur falsum si decedit interim,transmittit hæreditatem non aditam.*

4 *Interrogato de facto suo,non datur tempus ad deliberandum.*

Cum falsum. Quæstio falsi non impedit aditionẽ eius, qui suo facto ẽ certus de viribus testĩ.No. 1 † ꝙ quis debet esse certᵒ de facto suo.¶Ad hoc op.de l.sed & me putem.in prin.s̃.de cond.ind.Sol.ibi certat de damno vitando,iõ ꝓsumitur ignorãtia:hic vero de lucro.Ad idem qđ no.in l.si duo. s̃.eo.facit qđ no.in l.cũ de indebito.§.j.de prob.Op. a C.de edi.diui Adri.tol.l.2.Sol.glo.& not.valde,quia ibi iam adiuerat,cum qõ 2 falsi fuit mota.No.diligenter pro eo qđ † dixi in l.is põt.s̃.eod.ꝙ dubietas superueniens post aditionem,nõ vitiat aditionem,quæ antequã fieret,vitiaret eam.Vel dic ꝙ hic in petitorio,ibi in possessorio.Hæc est vera quo ad illam.¶ Quæro quid si alio mõ de virib.testamenti dubitatur?Gl.dicit idem,qđ intelligas,ꝙ sit certus per suum sensum non per opinionẽ. Dixi in l.cum quidam.§. 3 fi.& l.nec is.in prin.s̃.eo.† Vlterius scias,ꝙ hoc casu decedens interim transmittit hæreditatem non aditam.Videbitis in l.ventre. 4 ỹ.eod Facit in arg.† ꝙ quando alicui fit positio vel interrogatio de facto suo.non datur tp̃s ad deliberandum, quia de hoc debet esse certᵒ.Et facit pro hoc gl.in l.si res obligata.ỹ.de leg.j.& quod no.in c.iuris ignorantia.extra de reg.iur.lib.6.per Dy.

ADDITIO.

a Pom ¶Opp.Vide Cor.cons.1?

LEX XLVII.

Mandatum sicut finitur morte,ita furore superueniente.

Qui seruum. Iussus reuocatur furore superueniente.h. 1 d.†No.sicut morte finitur mandatum,ita furore superueniente.Op.gl.de l.2.§.voluntatem.sol.matr.& l.patre furioso.s̃.de his qui sunt sui vel alie.Certe non ꝯdicunt.Nam in §.voluntatem.si sanæ mentis esset,non posset ꝯtradicere:in le. patre furioso,non sufficit voluntatẽ cessare,immo requiritur expressus dissensus,vt de diuor.per totũ.furiosus autem non dissentit,quia voluntatem non hẽt,ergo potius concordat cũ ista.Dy. Sol.aliter,ꝙ ꝯria loquuntur in retinẽdo:hic loquitur in acquirẽdo de nouo,præcedens solutio est vera.Hic non sunt alia.

LEX XLVIII.

a **Si quis alicui.** a Furor superueniens non reuocat ea quæ sunt perfecta vigore mandati, sed impedit perficienda. h.d. Op. de l. per procuratorem. ĵ. eo. Sol. hic mādauit vt filio, vel seruo, ibi vt procuratori. Vel hic in bonorum possessione, ibi in aditione hæreditatis. Vtraque istarū est bona sol'o. Opp. de cond. inde. l. si indebitam. Sol. gl. ibi mandatum nō fuit reuocatum tacite, vel expresse. Addit Dy. nec reuocari poterat, quia mādatum fuit obligatorium. Pro quo l. Papinia. s̄. de pub. quæro, per quem debet rata haberi ista petitio bonorum. Dic vt in glo.

ADDITIO.

a Alex. ¶ Si quis alicui. Adde Bal. in l. fi. in prin. C. de admi. tut. & Bar. in l. non solum. §. mortæ. de oper. no. nun.

LEX XLIX.

a **Pupillum.** a Tutor qui nō gerit, sed q gerere pōt, autorari pt, hoc dicit. Prosequere & examina vt in glo.

ADDITIO.

a Ale. ¶ Pupillum. Vide gl. in l. iusiurandum quod ex conuentione. §. si tutor. de iureiu.

LEX L.

1 *Mandatum factum à tutore reuocatur per mortem ipsius, & nu. 4.*
2 *Tutor iubet per epistolam.*
3 *Compromissum factum à prælato, an extinguatur eius morte.*
4 *Mandatum factum à prælato reuocatur in orte ipsius.*
5 *Pupillus vel capitulum si cum autoritate tutoris, vel Abbatis facit procuratorem, an reuocatur morte tutoris, vel Abbatis.*

1 2 **Si per epistolam.** Morte † tutoris reuocatur mandatum factum ab eo. h.d. † Not. duo habes. Primo, ꝙ tutor potest iubere per epistolā. Secundo, ꝙ hic iussus reuocatur morte tutoris. Op. ad primum, ꝙ tutor debeat esse presens in ipso negotio, l. obligari. §. tutor. de auto. tut. So. ibi, quādo requiritur autoritas, hic quando requiritur iussus. Dixi in l. si a quis mihi bona. §. iussum. s̄. eo. Oppo. ꝙ tutor a non possit iubere, l. potuit. C. eo. Sol. gl. ꝙ hic loquitur in tutore infantis, aliàs requireretur ipsius voluntas. ¶ Hæc lex notabiliter facit, quòd cōpro3 missum factum à prælato extinguitur eius † morte. De quo in Spe. de arb. §. finitur. ver. quid si prælatus. Tangitur per Gul. in l. nō 4 distinguemus. §. si domini. s̄. de arbitris. ¶ † Facit etiam quòd mandatum factum per prælatum extinguitur morte prælati, de quo est hodie casus, extra de procu. c. fi. in cle. & ibi glo. tangit, quid de arbitro. contra hoc facit l. si quis e mancipiis. §. si impubes. de inst. Solu. ibi loquitur in mandato institoris, ꝙ nō reuocatur morte. Gul. de Cu. dicit prædicta vera, quādo prælatus solus iubet vel mādat: sed quid si prælatus cum c. constituit procuratorem, vel tutor b cum pupillo, l. neque. C. de procu. Et videtur idem b ꝙ solus prælatus possit reuocare, & ꝙ eius morte finiatur: quia cum requiratur voluntas vtriusque, statim cū altera voluntas desinit esse, mandatum est nullum. Et hoc videtur tenere Inn. in ca. presentiū. de test. lib. 6. circa prin. quæ olim erat extrauagans, hodie incipit presen5 tium. de test. lib. 6. Et prædicta vera, † quando vterque eorum mādauit. Sed quid si pupillus facit procuratorem cum autoritate tutoris, vel capitulum cum autoritate Abbatis, & sic Abbas ipse nō facit, dubitabile est.

ADDITIONES.

a alex. ¶ Op. ꝙ tutor. an mandatum prelati extinguatur morte eius. adde Bal. in l. mandatū, & ibi etiam, an finiatur mandatum antianorum finito officio. C. mandati. adde an mādatum factum nuncio curiæ per iudicem re integra finiatur, tex. est ꝙ non, in auth. vt nulli iud. Bar. in l. fundi, de acq. poss. & hoc no. quia quotidianum.
b alex. ¶ Videtur idem. adde bart. in l. actor. ĵ. te ratā ha. & in l. ambitiosa. de decret. ab ord. fac. & in l. 2. in fi. de ope le.

LEX LI.

a b **Eum qui.** Si dubitatur de virib. testī, non pt adiri b hæreditas. h.d. Querit gl. si apparent duo testamenta cō fecta eadem die, nec apparet quod prius, & quod posterius? Gl. remittit ad l. fin. C. de edi. di. Adrian. tol. Dic vt in l. j. §. j. de bonorum possessione secundum tab. vbi gl. ponit.

ADDITIONES.

a Pom. ¶ Eum qui. Limita vt per Anch. cons. 204. ver. non ob. de acq. her. l. eum qui. Et pro declaratione, vide Ale. & Are. in l. qui Romæ. §. duo fratres in 5. q. ad Bar. de ver. ob.
b Ale. ¶ adiri. De ista materia dixi post Bar. ibi, non omittas videre gl. no. in c. duobus. de rescrip. in 6. vbi iuncto tex. videtur velle ꝙ si duo testamenta sunt facta vno, & eodē die ꝙ præsumitur pro illo testō, in quo est institutus proximior. Si autē sunt æquales in gradu instituti, in dictis testamentis, præsumitur ꝙ illud quod est primo præsentatum sit primo, & confectum, & ita etiam ibi intelligit illam glo. Ioan. and. in nouel. Et de materia vide etiam late Pet. de anch. & doct. in d. c. duobus. vbi dicitur, quòd etiam præsumitur pro possessore. & Cy. in l. fi. C. de edi. di. refert Iac. & Bald. idem tenuisse, & c Batto. Brix. in quæst. suis dominicalibus. quæst. 56. quæ incipit: cum duæ mulieres in fine. adde ꝙ Pa. de Cast. refert ange. vidisse ad duam quæstio. de duob. testamentis factis diuersis temporib. à diuersis notariis, & diuersis tenoribus, & eadem persona erat instituta, & dedisse consilium quòd ex vltimo deberet adire hæreditatem, & non applicando animum plus ad vnum quam ad aliud, & ita fuisse obtentum. De quo vide Pet. de anch. consi. 357. & 253.

1 *Argumentum à contrario sensu habet locum in mandatis.*
2 *Explorasse ille dicitur quando aliquid ei persuadetur ab his qui scire debent nec tanta certitudo requiritur sicut in testibus.*
3 *Papa si mandat aliqui quòd prouideat tali de tali beneficio si reperitur idoneus, & prouideatur non acta inquisitione, an prouisio teneat.*

§. Filiusfamilias. §. iste legitur duob. modis. Primo, vt sit §. ibi, filius acceptus. Secundo, vt 1 nō sit ibi §. s̄m primam lect. h.d. Etiā † in mādatis habet locū argu. à ɔ̄rio sensu. s̄m aliā leg. h.d. Nō valet aditio, si non est seruata forma iussus. No. diligēter, † ꝙ qñ cōmittit̄ alicui aliqd qd dēat̄ ex 2 plorar̄, explorasse dr̄, qñ ab his qui hoc scire dēnt, aliqd esse persuadet̄. Pro hoc. s̄. de reb. eor. l. magis puto. §. nō passim. ĵ. ex quib. cau. in pos. eat. l. hæc aūt. §. j. de verb. ob. l. hoc iure. & l. ait prætor. §. fin. s̄. ex quib. cau. ma. Et sic non est necesse quod ad hoc qd exploretur dicatur ꝙ quis habeat tantam certitudinē, q̄ta requiritur in testib. qui debent de necessitate pbare. p hoc l. cum qdā. §. qd dr̄ 3 s̄. eo. & qd dixi in l. is pōt. s̄. eo. ¶ † Et inducitur in argu. ad q. Papa mandat alicui vt pvideat tali de tali bñficio, si reperiat̄ idoneus, a a ille pvidet nō facta inquisitione de idoneitate, an valeat? b Et hic b videt̄ casus ꝙ nō. Sed Inn. determinat ɔ̄ id. Io. And. tenet idē ex̄ de offi. deleg. c. j. in cle. Et ratio eorum est, ꝙ illa verba magis sunt modi, quam conditionis, cum illa conditio tacite inerat: & ideo expressa nihil operatur. l. muto. §. hanc autem. ĵ. de tute. Ad hunc text. respon. ꝙ in hæreditate, illa conditio non inest tacite, prout est in bñficio conferendo, & ideo aliquid operatur, & tene mēte.

ADDITIONES.

a ¶ Idoneus. Sed qñ Papa mandat ad instantiam alicuius, ꝙ se informet de aliquo, & si reperitur esse, vt fuit narratum, sic faciat, talis commissarius non potest procedere ad executionem, nisi seruata forma, & habita diligenti inquisitione super his de quibus Papa voluit, quòd se informaret, & debent vocari duo qui possent ex hoc lædi, arg. l. fin. C. si per vim, vel alio modo, & no. in cle. vnica. de offi. deleg. & per Fede. de Se. consi. 80. & per Old. consi. 42. vbi dicit quòd si Papa mandat quòd de idoneitate personæ solenniter inquiratur, & si eum idoneum reperierit, prouideat, quòd habeat necesse ante suam prouisionem inquirere, arg. l. cum hi. §. si prætor. s̄. de transac. & l. magis puto. §. si æs alienū. de re. eo. & hoc propter formam mandati, quæ est seruanda. c. cum dilecta. & de rescri. vn de subdit Pau. de Cast. hic, licèt Old. non alleget, quòd cautela est quòd commissarius pnunciet, & declaret se informationem habuisse, & ita reperisse, & quòd de hoc appareat acta notarij, alias non staretur simplicibus verbis eius, arg. c. quoniam contra falsam. de proba. & quod notat gl. in Cle. cum ei quem. de concess. præbend.
b Alex. ¶ An valeat. Vide Bal. in l. 2. C. quando prouo. non.

a **§. Sed & si quis** a Hæreditatis aditio non recipit conditionem. h.d. Facit l. actus legitimi. de reg. iur. Ratio quia cōsistit in voluntate, quæ voluntas firma nō est, si conditio opponatur.

ADDITIO.

a Alex. ¶ Sed & si quis. Vide Bar. in l. & si conditionꝰ supr à. de autho. tut.

LEX LII.

Cum hæres Si pater est furiosus, filiꝰ pōt adire, & sibi q̄reret sine iussu. h.d. a & hic est singularis a casus. Opp. s̄. e. l. si quis mihi bona. §. iussum. Sol. Fallit hic pp patris furorem. Opp. quod filius non possit manumittere, quia patri acquirit. l. placet. ĵ. e. Sol. quidam ꝙ hic manumittit, vt curator qd gl. reprehēdit d. l. seruum. ĵ. de manu. Vnde alij dicunt ꝙ hic manumittit ex priuilegio patris, tñ seruus est. Sed ex sol. vr̄ ɔ̄ literam q̄ dicit ꝙ habeatur pinde ac si paterfa. adiuisset. Dic ergo ꝙ hic ē casus specialis in quo filius non acquirit pr̄i. Ad idē l. Imperator. ĵ. ad Treb. Op. ad hoc de l. Antistius. §. fi. ĵ. e. Sol. ibi filius iussu curatoris patris adiuit, & ideo acquiritur patri: hic secus.

ADDITIO.

a Alex. ¶ Hoc dicit. Vide Bar. in d. l. placet. ĵ. eod.

§. Qui ex parte. Nō expectat̄ ɔ̄dō cuius euētus nihil operat̄. d.h. Op. ĵ. l. pxi. Sol. vt ibi. gl. signat hic qdā ɔ̄ria, & nō soluit, tolle sol'ones. Dicit gl. l. pecuniam ad has duas rñ. vt no. in d. l. si pupillus. Dicit Dy. ad l. hmōi. dic, ꝙ ibi exceptio pt īpedire trāsmissionem. & iō expectatio aliqd operat̄ hic non. ad l. i illa stipl'one si calendis. rñ. ibi expectatio affert debitori cōmodū dilationis: hic expectare nihil operatur, Nō ob. l. aliqñ. s̄. ad Velle. qa ibi reprobatur tota obl'onis substātia. l. si mulier contra senatusconsultum Velle. §. fi. eo. tit. ad Velle. s̄m Dy.

LEX LIII.

a **Qui ex duobus.** a Et hr̄di heredis acquiritur p parte portio in cōdōnis euentū. h.d. Contra immo statim pertinuit ad ipsum adeūtem, vt s̄. l. proxi. in fi. hoc est forte ɔ̄rium. Sol. dicunt quidam, vt Roge. & Azo. ꝙ hic in partem conditionalē habuit substitutum. Vide gl. hoc non vr̄ verum: quia instituto hærede decedente ante ɔ̄dōnis euentum, ad hæredem eius de illa portione nihil pertinet, et ɔ̄dōne existēte. l. fin. in prin. de vulg. & pup. & l. liber hō. §. si ita. ij. rñso. s̄. de hære. insti. nisi dicas, substitutum repudiasse, vel expresse dcm̄ fuisset p testatorem, ꝙ nō admitteret, nisi in ɔ̄dōnis defectū. vñ ipsi Roge. & Azo dixerunt al'r, videlicet ꝙ hic dēbat coniunctum. Hæc non vr̄ bona, qa dimidia illius partis delatę sub condōne statim esset sui adeuntis, alia dimidia nō transierit ad hr̄dem, primo hærede b mortuo, añ existētiam ɔ̄dōnis, d. l. liber hō. §. si ita. Vnde Rog. subaudit maxime, & hæc est bona lec. b vel clarius, ɔ̄dōne purificata, statim hēt totum iure accresc. sed aliam partē existēte ɔ̄dōne hēt iure instōnis, & si dicas, qūo instō ɔ̄ditionalis transit ad hæredem? c Rñ. speciale c est hic institutione patris quando nō hēt substitutū, vel ɔ̄iunctum. Transit. n. ad hæredē sicut ius accrescendi. Itē tenet sequens gl. quam tene mente, & dicam ĵ. eo. l. qui patri.

ADDITIONES.

a Alex. ¶ Qui ex duob. Istum tex. h c facit sing. Bal. & Ange. & Imo. & est limitatio ad §. & quid si tantum. ... Gallus. s̄. de liber. & posthu. & l. fi. de insti. & substit.
b Bona lectu. Vide Pau. de Castr. hic.
c Pomp. ¶ speciale. Vide per Rom. consi. 21. 1. vol.

§. Qui semel. Portio deficiens accrescit cohæredi inuito. h.d. Opp. de l. cum hereditate. ĵ. eod. tit. Sol. intelligas, nisi vellet dimittere.

LEX LIIII.

1 *Statutum loquens de dominio alicuius rei, non habet locũ in hærede, qui fuit dominus ficte hæreditatis.*
2 *Et an fictio semper locum habeat.*

Hæres. Hęreditatis aditio retrotrahitur ad tempus mortis. h.d. Quęro, vtrum hoc sit ſm veritatẽ, vel ſm fictio-
1 nem. Gl. dicit, ꝙ ſm fictionem, & bene. Et ſm hoc † si statutũ loquitur de dño alicuius rei, nõ haberet locũ in hr̃de qui fuit dominus ficte hęreditatis iacentis. Tex. est cum gl. in l. iij. §. hæc verba. ſ. de
2 neg. gest. ¶ † Quæro vtrum hæc fictio semper habeat locum? Gl. dicit ꝙ non, ita dicit reg. oĩa ferre. ĩ. de reg. iur. & alle. hic aliquos casus. Dic, quidam sunt casus in quibus requiritur veritas, & tũc illa fictio non attendit̃, d. l. iij. §. hæc verba. sic loquitur l. hæreditariæ. ĩ. de fur. & totus tit. de cri. expil. hære. cum. n. furtum sit contrectatio rei alienæ, &c. Requirit̃ ꝙ res sit aliena in veritate, ꝙ nõ est in hr̃ditate iacente, &c. Nã rei suæ nemo furtũ facit. Q̃nq; licèt illa fictio sufficeret, tñ nõ põt hr̃e locũ, nã vt hęc locũ hẽat, requirũt̃ duo extrema habilia, sicut in qualibet fictione trãslatiua, l. sciendũ. & l. deniq;. ſ. ex quib. cau. ma. & l. huic scripturę. ſ. ad legem Aquil. & l. quoties. ĩ. de noua. l. eũ qui. §. fi. de verb. obli. ita sunt q̃dã q̃ extinguũt̃ morte defuncti, ideo cum ñ reperiãt̃ tpe aditionis, nõ possunt ad hæredem pertinere, quia vltimum extremum deficit, vt not. in l. hæres in omne. ſ. eo. Quędam non erant tempore mortis, nec potuerunt inchoari iacente hæreditate, vt acquisitio vsusfructus. l. vsusfructus, de stipul. ser. & l. vsucapio. & l. fin. & l. ceptam. de vsuc. Et in istis similiter hęc fictio non habet locum, & ad ista reducuntur omnes casus positi in glo.

LEX LV.

1 *Possum per alium, quod non possum per me.*
2 *Hæres quis possit hæreditatẽ aditã repudiare, ne portio deficiens sibi accrescat.*
3 *Abstensione vnius cohęredum quando possit ille, qui adiuit, ex toto recedere.*
4 *Aditio defertur conditione ex lege ista.*
5 *Hæredi datur conditio huius legis.*
6 *Filia quæ adiuit pro parte cõtingente hæreditatẽ matris, si decessit relicto filio ex viro suo, an alia portione deficiente, filius ipse possit ex persona matris repudiare, & habere ex persona sua, vt auum maternum excludat.*
7 *Dispositio huius l. quod habeat locum etiam si hæres inuentarium non cõficeret.*
8 *Si non sunt creditores, sed legatarij, an habeat hæres beneficium huius l.*
9 *Creditores si non sunt, nec legatarij in hæreditate, sed aliæ implicationes quæ requirunt laborem animi, & personæ, an hæres habeat electionem.*

a **Cum hæreditate.** a Propter vnũ abstinentẽ, p̃t alius qui adierat, a toto recedere, nisi creditores eum ꝓ pte abstinẽtis, voluerint molestare. Idẽ de hr̃de eius. h.d. cum l. seq. & ẽ valde sing. tex. Dicit tex. eius portione, tũc ille q adiuit nõ poterit a toto recedere: qa, &c. vt seqtur in tex. Ibi cum dicit, dẽnt, dic vt ipsum cui accreuit, nõ ꝯueniãt vltra vires illius portionis. Ibi cum dicit tex. dent̃. hr̃s ergo est in totũ, nõ tñ tenetur ꝓ illa portione vltra vires illius portionis. ¶ No. qđ possũ
1 per aliũ, qđ nõ possum ꝑ me. Op. † gl. sed nõ soluit. Dic ergo ibi. l. in seruitute. sed hoc accidit hic ꝑꝑ inopinatũ casũ, q̃ rõ i i cessat. Ibi cum dicit gl. l. pen. immo ẽ l. antep. & ꝯcor. qđ intellige vt ibi in gl. Ad l. si certarũ. §. j. dic ꝙ ꝯcor. vel est ſpãle in milite. Et de hoc ꝑ Dy. extra, de re. iur. in c. de alicui nõ licèt. li. vj. vbi de hoc ꝑ eum. ¶ Venio ad ij. partẽ, & primo reuo o in dubiũ, intell'm text. quem gl. legit duob. mod. secũdã lect. tenẽt doc. ꝑ l. si minor. ĩ. e. q̃ lec. placet in effectu ꝑ l. antep. ĩ. ad Treb. & ꝑ d. l. si certarũ. §. j. ſ. tit. j. tñ qa expõ facit magnã violentiã lr̃æ. iõ expone tex. vt dixi legẽdo lr̃am, & recedit in eũdẽ effectũ. Op. quis nõ p̃t decedere ꝓ parte testatus, & ꝓ parte intestatus. l. ius nostrũ. ĩ. de reg. iu. So. vt dixi
2 legendo literã. ¶ † Op. de l. q ex duab. in fi. ſ. eo. Soluũt qdã, aliud in extraneo repudiãt, aliud in suo. Ita tangit̃ hic, & ibi, Ioan. dicit idẽ in suo, & in extraneo. vt hic ĩ j. gl. & ẽt ĩ gl. magna. qđ tenet gl. C. eo. l. qdã elogio. Rõ, qa ꝑ bñficiũ abstinendi hẽt suus idẽ quod emancipatus. l. nam nec emancipatus ĩ. de leg. j. & l. pro hr̃de. §. Papinia. ſ. eo. Opp. ſ. eo. l. si duo. Sol. ibi vnus primo repudiauerat, alius postea adiuit, hic primo adiuit, & sequuta est postea repudiatio, & sic inopinatus casus postea euenit, Oppo. ꝙ hæc electio non tribuat̃ ei. l. si minor. ĩ. e. Sol. ibi fuit abstẽtus per restõnẽ in integ. cum iam adiuerat, hic vero nunq adiuerat. Opp. ad hanc sol. de l. añpe. ad Treb. So. ibi in fideicommissario, qui sentit cõmodũ aditæ hæreditatis, iõ eius abstensione aggrauat̃ ĩ hoc, ꝙ aut totũ retineat, vel a toto recedat. Sol. p̃cedens loquit̃ ĩ hærede q se abstinet per rest nẽ: nõ debet igit̃ nocere alteri cohæredi, q
3 vult sua portione eẽ ꝯtentus. ¶ Et sic reassumo: † Aut quis primo adiuit, demum sequuta ẽ repudiatio alterius, aut repudiatio p̃cedit aditionem. Primo casu, aut repudiatio sequuta est ipso iure, aut bñficio p̃toris viui restituẽtis: si ipso iure, loqt̃ hæc lex: si bñficio p̃toris viui: aut loqt̃ ĩ cohęrede, aut in fideicõmissario. Scđo casu. s. qñ repudiatio p̃cessit aditionem: aut ille, qui postea adiuit, hoc sciebat, & loquit̃ l. si duos. ſ. eo. aut ignorabat, & hẽt locum
4 hæc lex, eadem rõne. ¶ Quæro primo, † quo iure deferat̃ hæc ꝯdõ? Rñ. ꝙ cõdõne ex l. cũ. n. hic inducat̃ aliqd in fauorem alterius, ꝓducit actionem & exceptionẽ. l. statuas. de acqren. re. do. possumus ẽt dicere ꝙ hic expediat̃ officio iudicis, d. l. si certarum. §. j. circa fi. ibi dum dicit, cõpellẽdũ eẽ. &c. Sed certe ali⁹ est casus ab isto vnde mihi plus placet, ꝙ oriatur condõ ex hac l. & etiã exceptio,
5 vt statim dicam. ¶ † Quæro cui datur ista cõdõ? Rñ. hæredi, in cuius fauorem facta est hæc lex. l. fideicõmissa. §. interdum. ĩ. de leg. 3. ergo agit hæres ꝯ creditores, & eos facit euocari, vt detur ipsi ptãs a toto recedendi portionem obuenientem: tũc si creditores impedire nolunt. pñt dicere se cõtentos eẽ eius portione, & pro residuo non tenetur vltra vires huius portionis: vel si volunt, deferunt illi electionem recedendi à toto, vel deferendi pro toto. Nisi. n. per creditores deferatur electio, non potest hæres hoc facere, vt hac l. ibi, quia non potest hæres exonerari, nisi deferatur cõdõ, posses ibi intelligere, ꝙ hæc electio deferatur ipso iure, nisi creditores dicant se velle esse contentos eius portione, & tunc erit illa practica, quis hæres expectabit vt creditores eum citent, & ipse hæres excipiet, ꝙ ꝑꝑ portionem accrescentem vult à toto recedere, creditores replicabunt ꝙ sunt cõtenti, vt rñdeat ꝓ portione sua, ꝓ alia non teneatur vltra vires hæreditatis. Itẽ aduerte ꝙ hic nõ ꝑmittit̃ hoc hæredi, nisi ꝑꝑ creditores: & sic si nulli eẽnt creditores hæc electio non committeret̃ hæredi. si. n. creditores sint, & nolunt molestare, non datur sibi illa electio, multo minus vbi nulli creditores sunt, quia nec volunt, nec possunt molestare.
6 Et hoc dixi in quæst. ex facto. † filia adiuit hæreditatem mr̃is pro pte sibi contingente, & sic ꝓ illa pte acquisiuit vsumfructũ patri suo: decessit remanente filio ex viro suo, alia portio deficit, nunc filius volebat totam repudiare, vt sic non hẽret eã ex ꝑsona mr̃is, sed posset habere ex persona sua, & per hoc excluderet auũ mr̃nũ ab vsufr. Certe nõ p̃t. Nam iste au⁹ nõ ẽ creditor hæreditarius. Nõ enim dẽbat hr̃e à matre, sed à filia sua: & iõ cum null⁹ sit creditor
7 hæreditarius, hęredi nõ defertur hęc electio, vt hic. ¶ Quęro † an hæc l. hẽat locũ hodie, si hæres inuentariũ nõ conficeret. Puto ꝙ sic. Nã ꝑꝑ omissionẽ inuentarij nõ grauatur, nisi in hoc ꝙ teneat̃ insolidũ, & ꝙ nõ possit vti bñficio Falcidiæ, ꝙ aũt ꝑdat bñficiũ huius legis nõ reperitur expressum, vt in corpore. de hære. & Fal. §. si
8 vero nõ defecerint. ¶ † Quæro, qđ si creditores non sunt, sed legatarij? Videt̃ qđ hẽat locũ hæc lex: qa quo ad ipsum hæredẽ legatarij sunt creditores. l. j. C. de bon. auth. iud. pos. In ꝯriũ, qa ſm hæc tpa qs legatariis nõ tenebat̃ vltra vires hæreditarias, vt l. j. §. pe. ĩ. ad Treb. & C. de leg. l. si vniuersæ, cũ ergo nõ p̃stabãt aliquod on⁹, ista lex nõ prouidebat: hodie forte secus: nã cũ teneantur insolidũ, & vltra vires hæreditarias, posset dici, hanc legem locũ habere: nisi diceres ꝙ insolidũ tenetur ꝑꝑ delictũ suũ, quia inuẽtariũ nõ fecit, ergo, &c. Sed posses rñdere, qa hoc delictũ nõ respexit portionẽ alterius, ergo nõ dẽt amittere bñficiũ huius legis, quod est prout
9 illa l. rescriptũ. ĩ. de iis quæ, vt indig. ¶ † Quæro, quid si non sunt nec creditores nec legatarij, sed sunt in hæreditate aliæ implicationes, q̃ forte requirũt laborẽ animi & personæ? Puto ꝙ ꝑꝑ hoc nõ deferatur ei hæc electio. Solũ. n. ꝑꝑ creditores defertur, vt hic patet. Et not. in ista l. cũ hęreditate, ꝙ quis qs hẽat cohęredẽ, tamẽ su⁹ heres dicitur, vt ibi, siue suo, siue extraneo. Nec ob. ĩ. ad Treb. l. apud Iulia. j. §. idẽ Iulian⁹, qa verũ est ꝙ desinit esse su⁹ hæres quantũ ad ea, q̃ ex testõ pendent. Sed illud ꝙ possit abstinere vel nõ, nõ pẽdet ex testamẽto. Ad hoc l. pro hærede. §. Papinianus. ſ. eo, facit l. ex parte. ĩ. eod. dixi in l. si filius. de vulgari & pup. substi.

ADDITIO.

a Ale. ¶ Cum hæreditate. Et hanc l. tã in extraneo, quam in suo limitat Bar. in l. in testõ. C. de impub. per l. si tu ex parte. ĩ. e. & an ista habeat locum in eo qui est institutus, & pupillo substitutus, Bar. est sibi contrarius in l. fi. ĩ. eo. & in l. j. §. his ita. de cad. tol.
Ic. F. Re. ¶ Adde pro limitatione huius l. alex. post Bar. in l. testõ. C. de impub. & aliis substit. & Pau. de Cast. hic, qui limitat tribus modis, cui adde aret. hic.

LEX LVI.

1 *Creditorum intentio cõtra filium, an sit fundata, nisi filius probet se abstinuisse.*

a **Necessariis.** Suus hẽt à p̃tore bñficium abstinẽdi si se solẽniter nõ immiscuit: sed si se solemniter immiscuit, tunc secus nisi restituatur vt minor: necessarius vero his
1 nullo mõ abstinere se põt. h.d. ¶ † Quæro vtrũ fundata sit intenb tio creditorum ꝯ filiũ, nisi fili⁹ ꝓbet se abstinuisse? Quidam dicũt ꝙ sic, Gl. hic ꝯ. & in l. j. C. si vt se ab hær. absti. & ibi Moderni vacillant. Veritas est ista, ꝙ vtraque opinio p̃t substineri. Nam filius, de iure

ADDITIONES.

a ¶ Necessariis. si filius ergo hæres. an sit fundata intentio creditoris contra filium statim adde casum secundum Bal. in c. j. in prin. an agna. vel fil. & ibi est tex. sing. secundum Bal. beneficiũ abstinendi est de iure ciui. De quo vide Bal. in l. si paterna. C. quæ in frau. cred. & vide Bal in l. j. de his qui ante ap. ta. Et quòd sit de iure ciui. tenuit Bal. in l. apud hostes. ĩ. de suis & leg. Pro hoc etiam facit l. j ſ. si vt se ab hær. abst. & l. defunctus. C. de leg. hær. vbi tractatur de beneficio abstinendi sumpto de iuris ciuilis prouisione, & ex hoc resultaret maxima vtilitas, cum duraret 30. an. aliàs autem durat anno. sed tamen videtur ꝙ sit de iure prætorio per legem istam, & quia tex. d. l. fi. alle. per bar. in d. l. j. de his qui ante aper. tab. non loquitur de beneficio abstinendi, sed de beneficio inuẽtarij, quod datur etiã extraneis hęredib. vt ibi patet in d. l. j. & d. l. defunctis, recitauit dispositionem iuris p̃torij, tamen p̃t dici ꝙ duret 30. an. quia filius vtitur beneficio abstinendi, dum cõuenitur à creditorib. hæreditariis per viam exceptionis. & sic erit perpetuum. l. pure. §. fi. de excep. do. Vide bal. in c. j. in prin. an ag. vel filij, & in l. j. & in 4. q. C. quando non pe. par. & in l. qui se patris. C. vnde li. & ꝙ sit de iure ciuili, videtur probari in l. j. in prin. ĩ. de colla. do. sed ꝙ sit de iure prætorio, ondo, nam ius ciuile bene p̃t facere quem esse hæredem, auth. hoc amplius. C. de fideicom. & no. in l. in substõne. ff. de vul. & pup. & ius prætorium non, l. & si sine. §. sed ꝙ Papin. de min. Vnde si esset de iure ciuili, sequeretur ꝙ filio abstinente, nũquã ex potentia suitatis confirmarentur tabulæ pupillares, & alij effectus suitatis non resultarent: qui idem operantur, ꝙ aditio hæreditatis, contra l. filius qui se paterna, & l. si pupill⁹. ſ. eo. l. & si filius qui patri. de vulga. & pup. pro hoc etiam facit §. sed his permisit prætor. Inst. de hæred. quali. & diffe.
Paris. ¶ an beneficium abstinendi sit de iu. prætorio. vel de iure ciuili, vid. Ias. in l. j. C. quãdo nõ pe. par. & ĩ. i. ver. q̃ vtrũ fundata sit, circa hoc ẽt vid. q̃ hẽs ĩ l. j. C. si vt se ab hr̃. abst.
b Pom. ¶ Quæro vtrum. Vid. alexan. cons. 137. in princ. & alexan. in l. non hoc. C. vnde legi.

iure ciuili est hæres noie & effectu, vt hic, & in §. sui. Inst. de hære. quali. & diffe. & ꝑ. tit. 2. l. j. s. qui sunt in ptãte, & ꝑ. de ꝯdi. & demon. in l. ꝯdõnis, & l. 2. s. de ꝯdit. furt. C. de cura. furio. l. fi. §. fin. §. j. s. eod. l. morte. scdo rñso. & ideo creditorib. tenet, & illo onere nõ eximi, tur filius, nisi vellet se abstinere, vt hic dicit tex. & in d. §. sui. Oportet ergo ꝙ filij voluntas declaretur. l. si ita legatū. §. illi si volet. ꝑ. de leg. j. Et hoc modo ꝓcedit opinio antiquorū. Sed pone ꝙ creditor egit ꝯ filiū, & fili⁹ in nulla pte iudicij fecit aliquẽ actū ꝑ quẽ videat se immiscere, vel forte fuit cõtumax, & sic de eius voluntate nihil apparet, poterit ne ꝯdẽnari, quasi creditorū intentio sit fundata? Vr ꝙ sic, per ea q̃ dicta sunt, qa tenet, nisi appareat voluntas ꝯria. Cõtrariū est verū. Sicut enī ille, q obligatus ē purè, & obl'atio illa sperat nouari ī ꝯdõnis euẽtū nõ pt interim ꝯueniri. l. pecuniā. si cer. peta. ita iste filius, licèt sit obligat⁹: qa speratur tolli ista obligatio in cõdõnis euẽtū. Sed si voluerit abstinere, interim ꝯueniri nõ põt, nec hẽt necesse hoc opponere, qa ius inducit hoc, quia id quod est verū à iure inductū, nõ est necesse exprimi ꝑ hoĩe, & hic est casus per l. j. C. si se ab hær. abst. ibi fides veritatis verborū adminicula non desiderat, & idem in l. ei q. s. e. facit s. l. q̃ sub ꝯdõne. ī fi. de ꝯd. inst. Et hoc mõ vera est opi. gl. q̃ dicit, ꝙ interim nõ est hrs quantū ad cõmodū, vel incõmodū: qa nõ pt vt hrs ꝯueniri. Et eo. mõ ꝓcedit sequẽs opi, posita hic in gl. dū dicit tenetur. i. teneri vr prima facie: qa vere tenet licèt nõ effectualiter, vt dixi. Dices tu, gl. ista q̃ dicit eū nõ esse hærede q̃tū ad cõmodū, ꝯdicit ei, qd dixi in l. si pupillus. s. eo. & ꝯ tex. in l. si filius q pri. de vul. & pup. Rñ. qd dã est cõmodū ex ipsa hæreditate ꝓueniẽs, qd nõ põt ab incõmõ separari, vt debita & credita hæreditaria, & in istū ꝓcedit qd dicit gl. Quædam sunt cõmoda, nõ ex ipsa hæreditate, vt ꝯfirmẽtur tabulæ pupillares, & tutelæ dationes, & in istis operatur existentia sui hæredis, et post abstensionẽ, vt in ꝯriis. Opp. de l. cum quasi. §. sed & si quis. de fideicom. lib. Sol. ibi spãle in libertate. Et de hac exñtia sui hæredis dixi in l. si filius qui patri. de vulg. & pup. substi. Opp. de l. ait Prætor. §. non solum. s. de min. Sol. vt in glo.

LEX LVIII.

Ex parte hæres. Seruus licèt habeat cohæredẽ extraneū, pro sua parte est necessarius, nisi sub condõne fuerit institutus, h. d. No. quod in summario dixi. Simile in suo & necessario. Dixi s. eodem. l. cum hæreditate.

LEX LIX.

1 *Ius substõnis pupillaris etiam hæreditate adita non transmittitur ad hæredes.*
2 *Ius accrescendi simplex non habet locum in diuersis hæreditatibus, sed quando est vnitum cum pupillari substitutione, sic.*
3 *Ius accrescendi vnitum cum pupillari substitutione, habet locum etiam post aditam hæreditatem.*
Ius substitutionis præfertur iuri accrescendi.
4 *Dispositio huius l. an habeat locum, siue adiuit pupillus, siue non.*

Qui patri hæres. Non est alibi ista lex quæ est noua & singularis, & non hẽt parẽ nec ꝯcordantem, h. d. Ius accrescendi transit ad hæredẽ, & si est vnitū cū pupillari substõne, trahit ad eã, vt hẽat locū post aditã hrditatem, & trahatur ad bona īpuberi. h. d. Et primo ponit dictū. Secũdo declarat illud hre locū ī hærede heredis. Secũda, ibi, quod sic. ¶ Quero ante oĩa, qd vult dicere tex. ibi, nã si ipsum, &c. Rñ. hrditatis prnæ aditio obligat hæredẽ, vt cogatur hre pupillarẽ: sed obl'ones trãseunt ī hæredes. ergo hæredes hæredis hre cogũtur. Op. s. e. l. quæsitū. §. fi. Sol. ibi nõ adiuit paternã. Opp. de l. si fili⁹ q pri. in prin. s. de vul. & pup. Sol. vt ibi. ¶ Venio ad gl. magnam, & op. † ius substitutionis pupillaris non trãsmittitur ad heredes. l. qui liberis. § fi. de vulg. & pup & l. sed si plures. in prin. eo. ti. So. dicit Roge. huic fuit proprium nomen substituti expressum, ibi appellatiuū. Gl nõ dãnat hanc solu. tamen hæc est falsa, primo, quia contra tex. in l. qui hẽbat. s. de vul. & pup. secundo ꝯ rõnem, magis. n. nõ trãsmittitur quod relictū est, sub noĩe appellatiuo hæredis, q̃ sub noĩe, ꝓprio. l. cū ita. de cõd. & demõ. Vñ gl. secundo mõ, quod hic nõ venit per ius substõnis, sed ꝑ ius accrescẽdi, & hæc vera, vt statim dicã. Tertij dñt, ꝙ hic loquitur qñ pupill⁹ adiuit. in ꝯrio secus. Innuit, quod indistinctè qñ pupillus adiuit, vt tũc ius substõnis trãsmittetur ad hæredẽ, qd est ꝯ casum d. l. q hẽbat. s. de vulg & pup. & ꝯ l. j. §. in nouissimo. C. de cad. tol. Tene ergo præcedentẽ sol. ꝙ hic venit per ius accrescendi, vt ꝓbat tex. ibi, accrescendi iure, &c. Sed ex. glos.
